



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

D. MICHAELIS
DE LVNA ET ARELLANO
RVBEA SANCTI IACOBI CRVCE NOBILITATIS
MILITARIS INSIGNITI, TORDESALENSISQUE DYNASTÆ.

Quondam in majori Collegio Alumni, & Vniversitate Vrsaconensi Im-
maculatæ Deiparæ Conceptioni dicatis Rectoris, Prima-
riique utriusque juris Professoris.

Postea in Conventu Indiarum Hispalensi, Regioq; Bética Provinciae Senatu
Summi Iudicis, ejusq; Metropolis Decurionis Politici.


Ac deinde in Granatensi, seu Illiberitanâ Cancellariâ Maximâ Senatoris.
Et apud Belgas & Burgundos Hispanorum exercituum disciplinæ armatae &
militaris Justitiæ Superintendentis ac Præsidis, annonæq; militum Præfecti.

Et Admiralitatis, sive Navalis Iustitia in Supremo Belgarum Consilio vindicis Consiliarii.

OPERA TRIPARTITA,

Scilicet { Iuris, Imperii, & Dominii Ratio.
Lectiones Singulares.
Et Iuris Canonici antilegomena, uno & altero volu-
mine distincta.


TOMVS PRIMVS.



ANTUERPIÆ,
Apud Viduam & Hæredes JOANNIS COBBARI, sub signo Sancti Petri:
M. DC. LI.
Cum Regia Gracia & Privilegio.

ILLUSTRISSIMO, AC NOBILISSIMO CONSULARI,
PATRICOQUE VIRO HISPANO CATONI,
Et aceris melioris indolis, eloquentieq; Tullio, meliorisq; jurisprudentie Papiniano,
INTEGERRIMI, SUBTILISSIMIQUE INGENII
D. JOSEPH GONZALEZ
EQVITI SANCTI IACOBI,
ET A CONSILIIS P.P. IV. H.R. ET V.O.I.

IN SUPREMO IVSTITIAE, GRATIÆQ; SENATV SENATORI,
Atque in Summo nostræ Catholicæ Fidei Inquisitionis Tribunalí vin-
dici Præclarissimo, suo P. gratissimo, & P. dilectissimo, summo E-
rarii publici, & Regii Quæstori, ac Præsidi, cujus fama virtutes
prædicat, & nobilitatem sequens imago demonstrat; anti-
doralis obligatio juris rationis vigilias D. & utriusque
juris aliqua singularia, antilegomenaque C.



S. P. D.

D. Michnél de Luna & Arellano.

Celeberrimus ille Romanæ eloquentiæ
flos (Te nunc alloquor Hispane, ô Illu-
strissi-
a 2

E P I S T O L A

strissime, & Vberrime Iurisprudentiæ fru-
ctus, Iurisconsultorumque optimè Prin-
ceps !) se à Publio Nigidio politicam, &
Reip. felicem administrationem sui tem-
poris didicisse fassus est. Quia sicut corpo-
ris humani animæ intellectus, voluntas, &
memoria essentia est : ita virtutes pruden-
tia, justitia, temperantia, & fortitudo Re-
gentium Reip. felicitatis quidditativa, &
essentialia sunt ; ut & ipse Tullius iterum
inquit : *Neque mores hominum optimi esse possent,
nisi hi viri Reip. prafuerint : sic & Ennius con-
testatur :*

Moribus antiquis res stat Romana, virisq.,
Eius igitur simul, & omnium creditor jure,
& meritò prædicaris ; & me quoque bene-
volentiae, & beneficentiae Tuæ debitorem
profiteor. Quoniam ut apud Callistratum
I. C. *An bona, qua solvendo non sint, ipso jure ad
fiscum pertineant, quasitum est, Labeo scribit (&
ipse refert) etiam ea, qua solvendo non sint, ipso
jure ad fiscum pertinere. Me solvendo non esse
fateor : sed me tamen jure vindicas ipso :
quia*

D E D I C A T O R I A.

quia Hispánicæ Reip. creditores : igitur & mei. Quid ergo retribuam , si solvendo non sum ? munusculum aliquarum mearum lucubrationum exhibebo. Etsi ipsæ aliis inutiles & invisæ sint : recognitioni tamen meæ & antipelargiæ , & professioni aliquam utilitatem præstabunt. Eas olim in Collegio meo , & Vniversitate publicè perlegi, quasdamque antagonistis meis in Toletana, & Granatensi Ecclesia ostentavi ; & quasi abdita, & adyta Curiæ ex ipso Iuristophylacio eruere existimavi, quæ scitu mihi necessaria , etsi alijs notissima censerentur. Quæque ex eis alteram lucem viderunt : sed nunc maturo judicio selecta , & aucta inter se pugnantia : & mecum etiam in tabernaculis castrorum, & inter tormentabellica (cùm non solum armis condecoratam , sed & legibus armatam Remp. esse expediat, & leges inter arma silere non semper verum dici possit, siquidem arma vera non sint , si eis justitia legesque defint) & cum ingeniole meo etiam in ergastulis apud

E P I S T O L A

Gallos captivus injurias temporis patiens
bellitare, mihi non inutile fore censui : & ne
etiam arundo in deserto iustitiae agitata vi-
derer, rescripsi. Hisce veluti Auxiliaris ac-
cessisti non unâ laude excellens, sed omni
genere & armaturâ virtutum, & sapientiae
præcellens vir. A Te ergo Iurisprudentiae
vindice, & literarum custode defendi pos-
sum ; & ratio iustitiaque libelli mei etiam
errans, & vaga illæsa permanebit. Hisce igi-
tur Tuum nomen præponam, ut sciant qui
legerint, Tuum in me quâdam sympathiâ,
vel antipelargesi patrocinium inclinasse,
stimulosque addidisse, ut ferè ab oblio-
ne aliquam juris notitiam etiam in injuriis
perhiberem. Ad hæc quidem nullius præ-
mii ambitio (quia fessum, & anhelantem
spiritum morâ recipere, sessione recuperare
vovi) me impulit: sed eximia & incorru-
pta æquitas Tua, præcipuaque sapientia,
quæ in discutiendis litibus, dum in supre-
mo Iustitiae infides subsellio, advocate-
rum hinc inde perorantium argumenta-
con-

DEDICATORIA.

concipiendi, eliciendiisque ex illis, immo ex toto jure, quod verius est, Senatusconsultum inde conflatum facilitas ingenii tui, claritasque & justitiae integritas, prudenteriae stabilitas, & animi rectitudo quasi jus alterum, & melius inviolabile rogavit, & stabilivit: & cum his in Solio simul, & gratiae, distributivaeque justitiae bonitatem, benignitatem, summamque præmiorum æquitatem elargiris. Vtriusque justitiae ex Te innumerabilem segetem Populus percipit, nobilitatis, & literarum chorus concipit, & fructum justitiae, & magnificenteriae suæ per Te ipse Rex ipso jure libenter adstrictus se colligere fassus est: ita ut copiosè à nobis neque dici, neque tantillum paginæ spatium complecti valeat, melius quidem fama, aptiusque loquitur. *Diadema tutum deferens uni, propriamq; laurum. Quis quis ingenteis oculo irretorto, spectat aceruos.* Sicque rationem dico, & Tuo merito dico: omne enim consecrati operis habes; quid & ipsum? Me igitur, non amplius dono:

Felix

EPISTOLA DEDICATORIA.

Felix illud, si in manum: & Me, si in animum parte aliqua velis admittere. Fave, fove, & vale.

Bruxellæ, Kal. Iunii, 100. 10C. LI.



OPE

OPERIS RATIO REDDITVR LECTORI.

Terum prælo, imò & puelio (*Sapientissime Lector*) me tua fidei committo, an gratum tibi adhuc nescio, & timo:

rigidiq[ue] severos
Censoris mores etiam collega timeret.

Sed quamvis me provocatum scito; inter illos esse me judica:

quos nec
Falsus honos juvat, aut mendax infamia terret.

Si bonus & candidus es, antequam abruges, inquire, ne incautâ accusatio-
ne, ut *Antyphilus æmulus in Spellem luende injuriae præcipitium irruas*:
nisi

Tibi plus mentis tibi cor limante Minervâ
Acriùs & tenues finixerunt pectus Athenæ.

Vidi jus temporibus: r[ati]o[n]e, cùm tempora omnia serviant juri: Vidi illud cunabulis Quiritariis involutum: cum æternitas sit infantia ejus: & magnitudo rerum omnium, justus annulus digitorum illius: Vidi imperium ab spuria voluntate novicâ ejus-irrationabiliter pendere: cùm non nisi à legitimâ ac nobilissimâ ratione genituram suscipiat. Vtile igitur opus & necessarium scire jus, rationem, & imperium, ab origineq[ue] hoc ternarium naturæ suppellectile pretiosissimum agnoscere: de quibus si illud intelligas axioma Philosophi, in tribus omnia esse posita, non falleris. O quis æmuletur, per spicaciterq[ue] videat? trado tibi facem, aut lucernam, quam si in me extinxeris, ex tuo proprio lumine potes accendere. Profero tibi Palladium illud, seu *Ancile signatum super nos verè de cœlo delapsum*:

In obtruso pignus memorabile templo.

Pignus quidem rationis, juris, & imperii, quod videre non fas; & quo non videre nefas est:

A D L E C T O R E M.

Auctor in incerto est, res est, Romana tuctur,

Vesta quod assiduo lumine cuncta vident.

Quia sola ratio pignus imperii simulachro ignis colebatur. Sic ex Ernio intellexit, & Cicero dicens: Iste est de celo sumptus ignis, sique mens est. Ecce Paladii Sacramentum referatum: ubi consisteret, ibi Orbis imperium fore ab Haruspicibus responsum traditur. Non equidem im- merito, si juris Ratio erat pignus Imperii, quod ubi non sit Ratio, non sit Imperium: inde nec Dominum. Filo igitur ipse suusmet rationis ingredi juris Labyrinthum hanc semitam in cultum non timui. Nam vegeta ingenia quo plus recessus sumunt, eorum vehementiores impetus edunt: et si soleant, qui ad alta, & ardua progrederuntur, retrorsum ordines moderatè sequi, non cursu fatigari: at me cespitantem respiciendo defeci. (sæpè saepius enim fit lucia prolabilimur) negotium tamen afferit ipsa in pulsante ratione; si non alterius, mea causa sit: Otium enim sine literis mors est, & vivi hominis sepulcra. Votum mihi fuit scire, remq; per suam causam agnoscere: iusq; ab origine & rationem ejus indagare; atque imperii natu- ram, ante vulgarem, tritamq; consultorum viam ut ei scire & sponte obedire possem; cognoscere. Quid ego post omnes? Quia non mihi sicut nec aliis Batavi dicterium denegatur: Ad quid loqueris, cum tot scripserint, & mundum illuminaverint? adhuc multum restat operis, mul- tumque restabit, quia inveniendis inventa non obstant. Quod ceipi dicere, immo discere judicio ex optimis viris, iusq; penetralibus selegi, aliqua tamen à conjecturā; sed ita clara ut perdicacia sit dubitare. Aliene prudentiae & meliori decurrenti semita aperitur; sed mihi campus esse vi- detur. Diffusa uimus res est, confusa, & obscura quibusdam fortasse videbi- tur, simul & alii vulgata aspergere, & mero meridie accendere lucernam, phanaticorum esse censemunt; scio enim difficultia mihi visa que alius non ob- scura patent, testorq; me ista detortis quibusdam variisq; judiciis, quibus nunquam liquet, aut lucet non libenter elaborasse. Sed moneo hic & clamo. quidquid hujus operis, à sapientissimis viris esse: satia mihi ad laudem, lu- minis illorum umbram fuisse. Disce igitur ab eis, et si in hoc umbraculo & tugurio juris rationem, & rationis imperium: felicitas tibi erit si mihi la- bor

AD LECTOREM.

bur fuit: selectas enim hic sapientiam non meas habes sententias, quas si apud te saepè agitare, & in animo benevolo revolvere vis, simul & unatotum hoc opus probabis; si tibi est cum Homero:

Pectus prudens animusque virilis.

Nam quibus alterum abest, volente me, absint; sicut odor unguentorum aliquis statim ad aëra dissipatur: non enim prodest cibus, neque corpori accedit, qui statim sumptus emittitur; sedeat ergo prudenter in pectore, & fideliter observa; aut magis profunde inquire; quia maris aquam dulcioram in imo esse aiunt quam in summo; sic fortasse sua viora tibi ista, cum penetra veris: aut si magis protrita tibi sapiunt; abi mi homo non ego cymbalum ad tuas aures: si nec ad gustum, noli legere; male enim respondent coacta ingenia reluctante naturâ. irritus labor est; ne quid invitâ Mineruâ. Sed cave; rationem rejicias, jus eliminas, & sic rationis nullatenus obtemperas imperio. Revertere, quæso, serie, & eruditte Lector, Magisterii accipe laurum, & sic nibil lapsus sum, aut siquid mihi clapsum, corrigas non culpes peto; quia reverâ in tanto opere, nec uni omnia per videre permissum: et si tutius per plana iter esse scio; in his tamen labentibus, & cespitantibus lans nulla; in illis nonnulla est etiam lapsis. Nec adeò audire mala recuso, dum ipsi rationi & juri consulo; dumq; originem ejus & excellentiam extollo, quia altis abrupta dependent, magnisq; rebus difficultatem natura ipsa proposuit, & qui navigat saepè patitur tempestates, majorque inde fructus & audacibus: Cùm strident funes, curvatur arbor, gubernacula gemunt (ait Plinius) cùm Gubernatoris scientia clara, & Diis maris simillima. Nec ego hic inter fluctuum scientiae, sed laboris peritos me statuo: delector enim audentibus, & delectari sequi, licet assequi desperem: at verò audacia moderationem non invenit; non magis, quam felix temeritas frænum; & sic nunquam, qui imitentur, deerunt. Prodesse semper, si non alteri dicendo, discendo tamen mihi volui: persuadereque animus animum meum fuit ad virtutem, eumque juris ratione ad bonam & aquam Imperii obedientiam ducere, dehortari & à vitiorum noxiis deterrere. Scopus enim, & finis hujus operis scientia & virtus, rationis utraque & imperii legitima proles. Secundi autem laboris est implicita solvere, ambi-

AD LECTOREM.

qua distinguere, obscura perspicere, & cum selectioribus intelligentiis utriusque juris, aliquas etiam Antinomias, sive antilegomena Canonum discernere. Proponere utilitatis habet plurimum; arrogantiae & audacie nihil: nec juba me, aut cincinni calamistris bulbos ornati delectant, sed ossa & nervi; nescit hic calamus feminam, nec alio odore quam virili pascitur. Etsi nunquam vota, & exspectationem explevero, quamquam ad hæc, majoraque ferenda animi & ætatis sat afferam. Utilia praxi cum spicibus iuris illustrata, & novissima antiquitatis origine dilucide exornata, reperies: et si tibi notissima videantur, eorum tamen interpretatio (teste Vlpiano) negligenda non est. Legem simul, rationem aut fidem in omnibus pusillis sponte deo; quæ malo à te penitari potius, quam laudari; & non diversis conferri diversa, sed singula per se expendi exoro: ne deterius in alio (ut ait Plinius) aliquid putas infectum, quod in suo genere perfectum esse potest: alias enim quis scriptorum fuit, in quo multi non multa desiderarent, & in quo licet probarent plurima, aliqua non damnarent? & æmular equidem hos & cum eis damnari adeò non erubescam, ut in laude etiam ponam. At quid ergo longiore præfatione, & patientia tua simul, aut conditione, moreque abutar? cum exigere, à quo vis ne peieret, ineptissimum sit, ut experientia edocens scitè Iuvenalis admonuit:

Nescis.

Quem tua simplicitas risum vulgo moveat, cum
Exigis à quoque ne peieret, & putet ullis
Esse aliquod numen Templis, aræque rubenti.

Neque securior, immo timidior, ipsam quoque commendationem operis, & excusationem erroris semper ex tuo ore pendere existimo. Frustra ergo alterum scopum tibi ultra proponimus: errare semper humanum est, præcipue meum, ignosce, & vale.

Vos tamen ô nostri! non festinare libelli,
Si post fata venit gloria, non propero..

Au-

Authores qui laudantur.

Dom. Gregor. Lopez Madera fol. 28. Dom. Don Joan Chumaceiro 350. Dom. Joan. de Solorçano 288. 289. & 133. Dom. Don Joan del Castillo 347. Dom. Amaya 339. D. Carranca 344. Seneca 154. Stoïci 154. & 99. Jureconsulti 145. Epictetus 105. Plinius illustratur 232. & 303. Mercurius Trismegistus discipulus Moysis 30. Plato discipulus Hieremias 93.

Index Doctorum, quorum sententiæ aliquæ novè impugnantur.

Bartol. & Osuald. fol. 209. iterum Bartol. & Anton. Gomez 252. Angeli & aliorum' 335. Osuald. 26. & 299. iterum Osuald. Cujac. Genua, & Basil. de Leon & aliorum 171. & iterum Basil. de Leon 215. & iterum cum Farinacio 222. Gratiani 220. in princip. Gothofredi 194. Cujacii 240. iterum 337. & iterum 445. & iterum 101. vulgo interpretum. Præceptorum Salmantic. 220. Anton. Fab. 28. Cujacii & Carranca 146. Fabri, Osuald. & Carranca 331. Soto 262. Suarez 169. Thom. Sanchez arguitur 349. & 353. Conradi, & Anastas. Germonii 278. iterum Anastas. Germ. 363. Just. Lipsii 204. D. Amaya 128. & 196. & 343. & 358. Intrigliol. 358. Narbonæ & aliorum 325. D. Joan. de Solorçano fol. 289. num. 4. Telli Fernandez 359. Joan. Andreæ, cum quadraginta tribus, 368.

Qui explicantur..

Claudius David defenditur, fol. 26. Plato explicatur, aut rejicitur 272. & 270. Aristotel. explicatur, aut rejicitur 294. Virgilius explicatur 109. & 251. & 311. D. Thom. & Scotus explicantur 122. & D. Thom. 263. & 295.

Errores qui refelluntur.

Platonis & Philonis error fol. 77. iterum Platonis 104. Arnoldi de Villanova 145. Manilii 149. Socratis, & Platonis 185. Aristotek. 167. Alberti Gentilis 250. Scholiaestes 336.

CAPITVM EPIGRAPHES.

LIBER PRIMVS.

De Iuris Ratione.

Cap.i.	Iuris notitia ex nomenclatura rerum.	fol. 1.
Cap.ii.	De universalis excellentia, natura, & signific. iuris.	5
Cap.iii.	Quid sit ius universaliter, quid sit in se, quid in alio, quid habeat in se, quid in alio, quare, ubi, quando, & quomodo.	13
Cap.iv.	Quomodo fiat ius, & à quo.	19
Cap.v.	Ratio iuris, prout ars est, ejusq; præstantia, etymologia, & diffinitio.	42
Cap.vi.	Ratio iuris humani, ac definitio, divisioq; utque Imperium Rationis, & potestas.	51
Cap.vii.	Omnis ratio, lex, ius, potestas, & imperium à ratione divina originem ius, & essentiam caput.	57
Cap.viii.	Iuris ratio insita Angelis, & Rationis Imperium ex signaculo similitudinis Dei: ad intellig. text. in cap. principium, 45. de pænitent. dist. 2.	67
Cap.ix.	Iuris ratio innata hominibus, & Rationis Imperium ex imagine, & similitudine rationis divina: & exornatur text. in capit. fin. ibi: & licet homo, de pænit. distinct. 2.	72
Cap.x.	Iuris humani ratio ad imaginem, & similitudinem rationis divina, mundi etiam Rector est.	81

LIBER II.

De Rationis Imperio.

Cap.i.	Imperium & potestas regendi nos ratio ingenita est.	87
Cap.ii.	Vbi ratio imperat omne ius est naturale, divinum, & humanum, & ab ea justitiam, & pax, & beata vita.	95
Cap.iii.	Quo pacto omnes actiones, & operationes humana rationis regimini subjaceant, ut sensu iuri natura adequata.	110
Cap.iv.	Qua semita communiones naturæ impulsu insurgunt, & ratio format, & specificat, & lumen iuris humana natura induit.	120
Cap.v.	Nullus genitus ex semine Ada (hoc est homo) potest in Orbe reperiri, nec esse, sine ratione naturaliter insita licet ea non utatur, unde consortis	

ferre manebus, ac novu[m] interpretatur sens. in l. non sunt liberi, ff.	
de statu homin. cum l. quaret, 135. ff. de verbis significat.	131
Cap. vi. Quid & quando Rationis Imperium operetur, quod esiam scire politico opus est.	153
Cap. vii. De actionibus humanis, Imperio Rationis omisso, gestis, sive per imprudentiam, sive fortuitam, sive fide, sive dolo, ac fraude ad explanationem, quamplurimum utriusque iuris decisionum.	162
Cap. viii. De impotencia rationis, illiusq[ue] generib[us].	184
Cap. ix. Quid operetur impotencia ad virtutis praecipitia inclinans, quid Imperium Rationis ad Eubuliam passiones reducens: inde plura de spectaculis agitantur, & iura exornata supellectile producunt in lucem..	188
Cap. x. De actibus humanis, & civilibus, qui coactione conditionali fiunt, inter aliquosque eorum singularis, & radicalis differentia novè praetribatur, quā iura difficillima interpretantur.	206
Cap. xi. Actio humana his, qui ratione carent, denegatur, virtus, & vitium, primum, & p[ena].	228
Cap. xii. Vindicatur Iulianus, & Ulpianus è caligine furiosa, in l. 2. §. voluntatem, ff. solut: matrim..	233
Cap. xiii. Ratio obligations ex re in his, qui Imperio Rationis carent, & lux datur Marcello, & Ulpian. in abdicatione sua legis, Marcellus, de fidejus-fer.	239

L I B E R III.

De Dominio Rationis.

Cap. i. Imperium Rationis est origo dominii, & radix.	245
Cap. ii. Ratio dominii in natura perfectione, & corrupzione, ac Etymologis, & diffinitio.	249
Cap. iii. Ratio juris natura in communione, & societate dominii rerum.	255
Cap. iv. Ratio juris gentium in rerum dominii distributione, ac divisione.	260
Cap. v. Enodantur verba difficillima D. Augustini, circa originem dominii privati, ac divisionis rerum.	265
Cap. vi. Ratio quare sint omnia communia apud perfecta natura sectatores.	267
Cap. vii. Ratio Platonis in instituenda Republ. ubi communia essent omnia omnibus.	270
Cap. viii. Ratio illibata, & pura Platonis queritur in illis verbis, In omnibus autem sine dubio & conjuges, propter auctoritatem Divi Clementis, quicq[ue] induxit. Execratur vulgaris sensus, satisfit exemplis &	

<i>plus & tandem ius naturale esse quod in lege. Et in Evangelio con-</i>	
<i>cinetur, defenditur.</i>	272
Cap. ix. <i>QuædCas dominis homini condonari in Paradiso ab ipso Auctore na-</i>	
<i>tura eadem, ac ipsam est dominii, quo nunc omnes gentes utun-</i>	
<i>tar.</i>	277
Cap. x. <i>Ratio quarè homo non sit suorum membrorum Dominus.</i>	280
Cap. xi. <i>Ratio Hierarchia, & imperii in homines, non dominii invenitur in</i>	
<i>natura perfecta.</i>	283
Cap. xii. <i>Nulli sunt homines, quibus natura dominari necesse sit, sed impera-</i>	
<i>re.</i>	287
Cap. XIII. <i>Ratio dominii in servos non est eadem, ac in catena omnia homini sub-</i>	
<i>jecta, quia in hac à natura, in illos à peccato exuberat.</i>	297

L I B E R I V.

De Rationis Civilis Imperio.

Cap. i. <i>Ratio juris civilis, & imperii à sociabili natura humana exurgit, & societa-</i>	
<i>ti civili ineft.</i>	301
Cap. ii. <i>Quoniam ex conjugali societate primum extra se profluxit imperium in ho-</i>	
<i>mines, ideo nuptie captatis siebant auguriis, & ritibus, quod bona nota</i>	
<i>litterarum exornatur calamistris, quibus explicatur lex 4. Cod. de cri-</i>	
<i>min. expil. bæred.</i>	305
Cap. iii. <i>Ratio unoendi postes domus mariti in simulachrum divini imperii, propria-</i>	
<i>tionisq; clypeum, ac amore in vinculum imperandi, & obediendi, & lux</i>	
<i>donator abditis Tureconsulorum oraculis.</i>	314
Cap. iv. <i>Confarreandi lux affulget, conveniendiq; in manum mos, & Iurisconsulco-</i>	
<i>rum aperitur lucerna, imò accenditur vento antiquitatis extincta.</i>	320
Cap. v. <i>Ratio matrimonii, ac legitimacionis, & illegitimacionis filiorum discriminis.</i>	
<i>Vnde questio dispensacionis in radice: & alia difficillima, ac utilissima</i>	
<i>lucem capiunt, & jura.</i>	326
Cap. vi. <i>Imperium rationis economicæ potestatis, indeq; intelligitur text. in l. unic.</i>	
<i>Cod. de emendar. propinq. & Novella 117. cap. 14.</i>	385
Cap. vii. <i>Ratio finis juris civiliter imperandi.</i>	389
Cap. viii. <i>Ratio quarè non solum imperandi, sed & dominandi ius tribuatur Prin-</i>	
<i>cipi.</i>	396

I N.

INDEX CAPITVM

Libri Singularium Lectionum Iuris.

Cap. I. <i>Singularis Lectio, Text. in cap. fin. in princ. lib. I. Decretal. tit. 29. de Officio & potestate Iud. deleg.</i>	403
Cap. II. <i>Singularis & antypophorica lectio ac illustratio Text. in l. non sunt, ff. de statu hominum, ex Iul. Paulo, olim lib. 4. Sentent. tit. 9. de Senatus consulo Tertull. Et Text. in l. queret, I 35. ff. de verb. signif. ex Domit. Ulpian. olim lib. 4. ad legem Julianam & Papiam, cum aliis iuribus & questionibus.</i>	456
Quæstio Prima. <i>De ratione differentia text. in d. l. non sunt, ff. de statu hominum, cum d. l. queret, ff. de verb. signif.</i>	461
Quæstio Secunda, <i>Vtrum decur differentia inter Osteneum & Monstrum.</i>	476
Quæstio Tertia, <i>De ratione quare spuri patrem habere non intelligantur.</i>	509
Quæstio Quarta, <i>Vtrum servus manumissione paterna nobilitatis conditionem recipiat.</i>	513
Quæstio Quinta, <i>De origine Legis regie.</i>	524
Cap. III. <i>Singularis lectio & illustratio Textus in lege capite trigesimo quinto, alias qui liberos 19. ff. de ritu nuptiarum.</i>	557
Cap. IV. <i>Singularis lectio, Textus in l. 1. & 2. iuxta Rubrica, Cod. ne fidejussores dotium denuo.</i>	592
Cap. V. <i>Hermogeniani & Ulpiani atque Pauli & aliorum I.C. responsa in l. pecunia, 222. & in l. 178. & in l. rei appellatione, ff. de verb. signif. novâ aliquâ luce juridicâ & politica illustrantur.</i>	707
§. I.	614
§. II. <i>De falsa moneta fabricatoribus, eorumq; crimine & pena.</i>	622
§. III. <i>Vtrum falsa pecunia fabricator, vel justa & legitima inficiator templi sacrí immunitate gaudeat, indeq; decisio Text. in cap. Inter alia, de immunitate Eccles. ueriusque juris concordi luce expenditur.</i>	630
§. IV. <i>In asylo templi Dei ratio & finis justitiae simul & pietatis constituitur.</i>	635
§. V. <i>Quod in criminibus, qua atrocitate implicantur, eorum perpetratores, indeq; & falsa moneta rei immunitate Ecclesiastica gaudere non debeant.</i>	642

C

I N-

INDEX LIBRI ANTINOMIARVM.

Quae in quinque Libris Gregorii IX. P. M.
Decretalium esse dicuntur.

EX LIBRO I.

DECRETALIUM.

<i>Proemium.</i>	663
<i>Ecclera de variis argumentandi mediis tam in Iure Canonico quam Civili.</i>	666
<i>Antinomia I. Ex libro primo Decretalium, Tit. 3. de Rescriptis. Textus in cap. certum, 3. ejusdem tituli, cum cap. sane, 2. de Officio Delegati.</i>	692
<i>Antinomia II. Diel. lib. 1. Decretalium ex cap. ex litteris 20. eod. tit. de Rescript. cum cap. dicenti, §. prescriptio, 25. quæst. 1. & cum Textu in cap. gratia, de re Script. lib. 6.</i>	698
<i>Antinomia III. Text. in cap. significavit, 36. eod. tit. cum cap. quia vero, de judiciis, & cum cap. saepe, de rest. spol. & cap. 1. de alienation. Iudic. & cum cap. dilecti, de foro compet. & cap. proposuit, de concess. præbend.</i>	704
<i>Antinomia IV. Ex textu in cap. fin. tit. de consuetudine, eod. lib. 1. Decretal. cum cap. consuetudinis, 11. distinct. & cum l. 2. Cod. quæ sit longa consuetudo, & cum §. pen. Inslit. de capitib. diminut. & §. fin. de legit. agnat. Tuteila.</i>	707
<i>Antinomia V. Ex textu cum in jure peritus, 33. de electione, eod. lib. 1. cum cap. fin. de inslit. & cum cap. per nostras, de jure patronatus, & cum cap. cum una, eod. tit. de elec.</i>	713
<i>Antinomia VI. Textus cap. inter corporalia, & cap. quanto, de translat. Episcopi, & cap. Gaudemus de Divortiis, cum textu in cap. quod proposuisti, & cap. concubuisti, & cap. uxor à viro, 32. quæst. 7. & cap. si qua mulier, 31. q. 1.</i>	720
<i>Antinomia VII. Ex textu in cap. admonet, 4. cum cap. quod in dubiis, 8. tit. 9. de Rennuntiatione, eod. lib. 1.</i>	722
<i>Antinomia VIII. Ex textu in cap. significasti, tit. de Officio Delegati, eod. lib. 1. & in cap. cum venissent, de eo qui mittitur in possess. cum cap. quisquis, 2. quæst. 6. & cap. si quis contra Clericum, de foro compet. & cum l. 1. ff. de offic. ejus, & l. judex post-equam, de re judic. & l. à Divo Pio, 15. ff. eod.</i>	736
<i>Antinomia IX. Ex textu ex cap. relatum, cum seq. cap. gracum, eod. lib. 1. & tit. de offic.</i>	

offic. deleg. & cap. legatos, de officio legati in 6. & cum l. venditor, 33. item si amicus, ff. de acquir. possess. l. si quis, 17. §. impubes, ff. de infis. act. & l. cuicumque, §. si ab alio, eod. tit. l. si pater, 4. ff. de manumiss. vind. & l. fin. de solution.	74 <i>i</i>
Antinomia x. Ex textu in cap. super questionum, 27. §. si vero, eod. tit. de offic. deleg. cum textu in cap. cum Bertoldus, 18. de sent. & re jud. & cum l. legatus, 12. ff. de offic. Proconsulis, & cum l. cum Praetor, 12. §. i. ff. de judiciis.	74 <i>g</i>
Antinomia xi. Ex textu in cap. i. de pacitis, cap. 3. de pacitis, eod. lib. i. Decretalium, cum l. jurisgentium 7. §. sed cum nulla, versu igitur nuda, ff. de pacitis.	75 <i>z</i>
Antinomia XII. Ex text. in cap. fin. de transact. eod. lib. i. & l. prospexit, 12. §. i. ff. qui & à quibus, cum l. i. Cod. de legibus, & l. placuit, 8. Cod. de judicis.	75 <i>s</i>
Antinomia XIII. Ex textu in cap. I. de his que vi, metis ve causa fiunt, eod. lib. i. cum cap. sicut, 17. de regularibus.	75 <i>g</i>
Antinomia XIV. Ex textu in cap. 2. eod. tit. de his que vi, cum Clement. 2. de paenit. & aliis iuribus infrà referendis.	76 <i>z</i>
Antinomia XV. Ex textu in cap. sacris, eod. tit. de his que vi, cum cap. inter alia, de sentent. excommun.	76 <i>y</i>

E X L I B R O II.

D E C R E T A L I U M .

Antinomia I. Ex textu in cap. I. tit. I. de judiciis, cum l. si convenerit, 18. ff. de iurisdict. & cum actione 3. Concilii Chalcedonensis, fol. 73. & cap. rursus, cum seq. I. quest. 3. cum l. si cum quo, 20. ff. communis dividendo.	77 <i>o</i>
Antinomia II. Ex textu in cap. discernimus, 2. cum cap. novit, ejusdem tit. de judiciis, cap. postulasti, de homicid. cum aliis in Decretal. & in 6. & cum cap. Menam, 2. quest. 5. cap. Constantinus, 96. dist. cap. Hadrianus, 21. cap. Synodo, 63. dist. cum aliis ex Decreto infrà referendis.	78 <i>s</i>
Antinomia III. Ex text. in cap. si diligenti, 12. de foro compet. cum l. si quis in conscribendo, Cod. de pacitis, cap. dilecti, in eod. tit. de foro compet. & cap. cum contingat, de jure jurand.	80 <i>g</i>
Antinomia IV. Ex textu in cap. quoniam frequenter, §. in aliis, ut lite non concert. cum exp. Pastoralis, §. præterea, de officio ordin. & cap. 2. & 3. de eo qui mittitur in possessionem, & cap. I. eod. tit. lib. 6. cum aliis infrà referendis.	81 <i>g</i>
Antinomia V. Ex textu in cap. I. de ordin. cognit. cum l. I. tit. I. ff. de rei vindic. & cap. causam maritim. 16. de offic. deleg. & in cap. accedens, 2. in fin. ut lite non concert. & in cap. ex conquest. de restit. spoliat. & in cap. porrò, de disportiis, cum aliis infrà referendis.	83 <i>g</i>
Antinomia VI. Ex textu in cap. in omni negotio, 4. de testibus, cum text. in l. Theopompus, ff. de dote prælegata, & cum cap. indicante, 9. de præscripte. & aliis infrà referendis.	84 <i>g</i>

EX LIBRO III.

DECRETALIUM.

- Antinomia i. *Text. in cap. I. Vesta, cùm cap. à nobis, & cap. fin. de cohabit. Cler. & mul. cum cap. interdixit, 32. dist. & cap. fin. I 5. quæst. 8. & l. eum qui, 19. Cod. de Episc. & Cleric.* 857
- Antinomia ii. *Ex textu in cap. de multa, 28. de præb. & dignit. cum cap. referente, 7. & cap. præterea 14. eod. tit. & cum cap. licet Episcopus, 28. eod. tit. lib. 6.* 860
- Antinomia iii. *Ex textu in cap. ad decorum, de infir. cum cap. nullus invit. I 3. dist. 61.* 863
- Antinomia iv. *Ex textu cap. injustum, de rerum permurata. & cap. nulli liceat, 3. I 2. quæst. 2. & cap. non liceat Papa, 20. ead. causa & quæst. cum cap. fururam, I 2. quæst. 1. & cum aliis juribus, infrà referendis hic enim ferè tota, res Ecclesiasticus alienandi discutitur, prohibitio.* 867
- Antinomia v. *Ex textu in cap. filius noster, 2. de testam. cum cap. si Episcopus, I 2. quæst. 5. ex Agathensi Concilio cap. 5 I.* 881
- Antinomia vi. *Ex textu in cap. querimoniam, eod. lib. 3. Decretal. tit. de jure patronatus, cum textu in Clem. plures 2. eodem tit.* 884
- Antinomia vii. *Ex textu in cap. eam te, 22. cum cap. cum propter, 27. cap. quoniam, 3. de jure patron. eod. lib. 3.* 887

EX LIBRO IV.

DECRETALIUM.

- Antinomia i. *Ex textu in cap. ex litteris, 10. de sponsalib. cap. inter cetera, 22. q. 4. cum cap. requisiuit, 17. cap. cum locum, 14. cum seq. eod. tit. de sponsalibus.* 890
- Antinomia ii. *Ex textu in cap. consuluit, 4. cap. insinuante, 17. eod. lib. 4. tit. qui Clerici vel pop. cum textu in cap. cùm ad Monasterium, 6. in fine, tit. de statu Monachorum.* 894
- Antinomia iii. *Ex textu in cap. cùm haberet, de eo qui duxit in matrimonium, in fine, cum cap. per venerabilem, 13. in fin. qui filii sint legitimi.* 901

EX LIBRO V.

DECRETALIUM.

- Antinomia i. *Ex textu in cap. Inquisitionis, 21. tit. 1. de accusation. cum cap. dilectus, 30. tit. 3. de Simonia.* 913
Anti-

- Antinomia II.** *Ex textu in cap. Matthaeus, 23. cum cap. dilectus, 28. de simonia.* 917
- Antinomia III.** *Ex textu in cap. cum in Ecclesie, 9. cum cap. ad Apostolicam, 42. boc eod. tit. de simonia.* 920
- Antinomia IV.** *Ex textu in cap. I. & 2. cum cap. salubriter, 16. tit. 19. de usuri.* 927
- Antinomia V.** *Ex textu in cap. ad falsariorum, 7. tit. 20. de criminis falsi, cum cap. cion non ab homine, 3. de Iudicis.* 932
- Antinomia VI.** *Ex textu in cap. fin. tit. de sortilegiis, eod. lib. 5. Decretal. cum cap. Cleros I. dist. 21.* 935



SYNOPSIS LEGVM.

QVÆ IN HIS QVATVOR LIBRIS

Scilicet DE
IVRIS RATIONE,
RATIONIS IMPERIO,
DOMINIO RATIONIS,
RATIONIS CIVILI IMPERIO,

E L V C I D A N T V R ,

IVXTA P A N D E C T A R V M S E R I E M .

De just. & jure.	Leg. 1. fol. 4. & 22. & 23. 49. 55. 61. 62. 119. & 121. & 290. & fol. 215. leg. 4. fol. 394. leg. 4. fol. 295. & leg. 3. fol. 304. & leg. 4. fol. 394. leg. 3. fol. 91. 127. & 286. leg. ex hoc jure, fol. 215.
De orig. jur.	Leg. 2. §. novissimè, fol. 392. & §. quod ad Magistratus, 393.
De legibus.	Leg. 1. fol. 46. & 129. leg. legis virtus, fol. 204. leg. 22. fol. 378. leg. de quibus, fol. 391. in fine, & 395.
De const. Princ.	Leg. 1. fol. 395.
De statu homin.	Leg. non sunt, 142. leg. 4. 293. & 299. leg. ult. fol. 369. leg. 18. fol. 375. leg. 4. libertas, fol. 293. leg. 5. fol. 298. leg. 23. & 24. fol. 331. leg. Paulus, 11. fol. 343.
De his qui sunt sui.	Leg. 1. fol. 387. & 388. & 394. & leg. 6. fol. 331. leg. 4. leg. 6. fol. 346.
De adopt.	Leg. fin. fol. 368. & fol. 345.
De rer. divis.	Leg. 1. 2. & 3. fol. 256. & 258.
De Senator.	Leg. 9. fol. 369. leg. 7. fol. 340. d. 1. 9. fol. 352.
De offic. Præsid.	Leg. 14. fol. 228.
De offic. Præfect.	Leg. 1. fol. 395.
De jurifdict. omn.	Leg. 15. fol. 170. leg. si convenerit, fol. 225. leg. qui judic. Jurisdictioni, fol. 390. leg. est receptum, fol. 391.
De in jus vocando.	Leg. plerique, fol. 319.

Siquis

Siquis jus dicent.	Leg.unic.fol.226.
De pactis.	Leg.32. fol.243.
De his, qui notant.	Leg.13. §.6. fol. 179.
Quod metus caus.	Leg.metum, leg. isti quidem, 208. leg. nec timorem, 210. leg.si mulier, cum aliis, fol.208.& 217. & 224. & leg. qui in carcerem, fol.217.
De dolo malo.	Leg.1.fol.175. & leg.7.8.& 9. fol.176. leg.31. 177. & leg.7. fol.178. & leg.24. fol.181.
De minorib.	Leg.32.fol.182. leg. Papinian. fol.370.
Ex quibus causis major.	Leg.7. §.adeo, fol.236. leg.13.22.& 24. fol.241. cum sequent.
De judiciis.	Leg.de qua, §.absentem, fol. 204. leg. 1, leg. 2. int fin. princ. cum leg. 22. fol.225. leg.exigere, fol. 322.
De inofficiis. testa- ment.	Leg.8. §.fin. cum sequent. fol.215. leg.29.§.1. fol. 358.
De rei vindicat.	Leg.52. fol.322.
De tributor.	Leg.1. §.3. fol.236.
De usufruct.	Leg.40. fol.317.
De servitut.	Leg.9. fol.383.
De servit. urban.	Leg.invitum, fol.237.
Si quadrup. paup.	Leg. 1. fol.46. 136.229..
Ad leg. Aquiliam.	Leg.5. fol.136. & 228. leg.8.leg.si ex plagiis, cum aliis, fol.182. & leg.7.§.siquis, fol.194. leg.scientiam, fol.236. leg. liber homo, 280.
De religios. & sumpt.	Leg.14. §.6. fol.198. leg.cum loca, leg.minimè, fol. 399.
De rebus credit.	Leg.si ego, 18. fol.173.
De condict. ob turp. caus.	Leg.4. in princip. fol.211.
De condict.indeb.	Leg.26. §.12. fol.296.
Pignorat. action.	Leg. 1. §. 2.1.24. fol.387.
De lege Rhodia.	Leg.deprecatio, fol.399.
Ad Macedonian.	Leg.1. fol.140. l.siquis, leg.7. leg. 19. fol.182..
Ad Velleian.	Leg.11.17. & 28. fol.174.
Mandati.	Leg.5. fol.380. leg.32. cum aliis, fol. 239. leg. 59. fol.243.
Pro socio.	Leg.3. §.fin.fol.177, leg.4. fol.260.
De contrahenda emption.	Leg. quid tamen, l.cum ab eo, leg.15.§.1. fol.171. cum sequentib. leg.9.& 10. fol.173. leg. qui officii, §.1. fol.176. leg.11. fol.178. leg.62.§.1. leg. 22.24.

- De actio. empti.** 22.24. & 34. leg. 70. fol. 180. leg. 6. §. 1. fol. 181.
 & leg. 1. & 2. fol. 216. leg. ad sacra, fol. 317.
Locati. Leg. 6. §. 4. fol. 172. leg. Julianus, 13. §. 27. & 28.
De adil. edict. fol. 176. leg. 11. §. si quis, fol. 178. leg. si sterilis, §.
 quamvis, fol. 179.
De jur. & fact. ign. Leg. videamus, §. 4. fol. 166.
De sponsal. Leg. 1. §. 9. fol. 140. l. 28. 29. & 31. fol. 165. l. 5. leg.
 11. leg. idem, fol. 179. leg. 1. §. 2. fol. 178. leg. 14.
 §. 7. fol. 179. leg. 3. 4. & 5. & 43. fol. 386. cum seq.
 leg. 44. fol. 299.
De ritu nuptiar. Leg. 9. §. 5. fol. 100. & leg. 2. fol. 68.
De donation. inter Leg. oratio, fol. 223. leg. 4. & d. 1. 16. fol. 340. &
 virum. 342.
De divorciis. Leg. à Divo Pio, fol. 176. leg. si patre cogente, l. 21.
Solut. matrimon. & 35. fol. 221. & 222. leg. 60. §. quamvis, fol. 223.
De act. rer. amot. leg. 8. leg. 39. & fin. fol. 361. leg. 32. fol. 369. leg.
De agnosc. lib. 57. §. 1. fol. 371. & leg. 1. fol. 376. leg. 24. fol. 339.
De concubin. leg. incestæ, leg. nuptiæ, fol. 334. leg. in liberæ, fol.
De authorit. tutor. 335. leg. 14. §. 2. fol. 337. & leg. 31. fol. 338. & leg.
De administ. tutor. 44. fol. 339. & 343. leg. 27. & 34. 42. 47. 65. fol.
De excusat. tutor. 340. & 341. & 343. d. l. eos 65. §. 1. leg. 63. leg. 18.
Qui testament. fa- & 25. fol. 343. leg. 27. fol. 343. d. l. 27. & 43. fol.
 cer. pos.
De liber. & posth. 353.
De jure deliber. Leg. 41. cum sequent. fol. 194. leg. 66. fol. 309. &
De acquir. hæred. 324. & 334. leg. 13. §. 1. fol. 350.
De legat. 1. Leg. 2. §. 1. leg. 9. fol. 342.
De legat. 2. Leg. 41. fol. 217. leg. 2. §. voluntatem, fol. 235.
Leg. 1. fol. 322.
Leg. 1. §. 2. fol. 323. & 325.
Leg. 3. fol. 333. & 336. & 339.
Leg. 1. §. fin. fol. 224.
Leg. fin. fol. 228.
Leg. 13. §. 7. fol. 383.
Leg. 20. §. fin. fol. 224. leg. qui testamento, §. nec fu-
 riōsus, fol. 232.
Leg. filius à patre, §. 1. fol. 368. & 344. leg. in suis,
 fol. 322.
Leg. fin. fol. 355. & 359. & 369. & 346.
Leg. qui in aliena, §. fin. fol. 223.
Leg. 45. §. legatum, fol. 359. leg. 53. §. 3. fol. 387.
Leg. 28. fol. 274. leg. 77. §. 13. fol. 359. leg. 88. §. da-
 maz,

- maz, fol. 346. 344. d.l. 77. 5. volo, fol. 347. & 348.
 d.l. 77. 5. hæreditatem, fol. 350.
De legat. 3. Leg. 50. fol. 118. & leg. 38. 5. 6. fol. 197. leg. 1. §. 2. fol.
 303. leg. item, 49. §. 4. fol. 333. leg. 36. fol. 353.
De ann. legat. Leg. 6. fol. 194. leg. 7. fol. 317. leg. Titia, 19. 5. 1. fol.
 321.
De usufruct. legat. Leg. 16. fol. 203.
De aur. & arg. leg. Leg. Seia, 6. l. Titia, §. Seia, fol. 317.
De condition. & de-
monstrat. Leg. cum avus, 102. fol. 355. & 357. l. 14. fol. 317.
 leg. 60. fol. 347. d.l. cum avus, fol. 347.
Ad Trebellianum. Leg. 17. §. 4. fol. 355. & 359. leg. ille à quo, §. intem-
 pestivum, fol. 288. leg. 17. §. 5. fol. 344. & 350.
 . cum seq. d.l. 17. §. 4. fol. 346. d.l. 17. §. 6. fol. 350.
 leg. 3. fol. 252.
De obsequiis. Leg. 1. fol. 335. & 337.
De operis libert. Leg. 37. §. 7. fol. 354. leg. 16. 31. 32. 36. 41. fol. 296.
 leg. qui libertinus, fol. 345. leg. 37. §. 7. fol. 331.
Unde cognati. Leg. 2. leg. 4. leg. 8. fol. 359. leg. si spurius, cum §.
 liis, fol. 359. l. 7. fol. 349.
De gradib. affin. Leg. 4. §. 2. fol. 349. cum seq.
Ad Tertullian. Leg. 1. §. 2. fol. 359. leg. 2. §. 2. fol. 352.
De damn. infect. Leg. 4. §. Prætor, fol. 319. & 323.
De donation. Leg. Aquilius, fol. 296.
De manumiss. vind. Leg. 7. fol. 194.
De fideicomm. lib. Leg. Thais, §. à sotore, fol. 278.
Qui, & à quibus. Leg. 9. & 17. fol. 214.
De acquir. rerum
domin. Leg. cum in corpus, 36. fol. 173. leg. 1. leg. 3. 5. & 44.
 fol. 248. & 250. & 256. & 257. leg. 20. §. tribus,
 fol. 258.
De acquir. possess. Leg. 1. fol. 257. & 261. & 293.
De usucap. Leg. 33. §. si dominus, fol. 209. leg. præscriptio, 45.
 fol. 257.
De re judicat. Leg. 52. fol. 322.
Quæ in fraud. Leg. si quis, 15. fol. 214.
De vi, & vi arm. Leg. 3. §. unde, fol. 296.
De diversis, & tem-
por. præscript. Leg. 7. fol. 257.
De doli, mali exce-
ptione. Leg. 2. §. si quis, fol. 182.
Quarum rerum act. Leg. 1. fol. 296.
De obligationib. Leg. sub hac, fol. 359. leg. 54. fol. 339.

De verbor. oblig.	Leg. si id. 22. fol. 174. leg. 36. fol. 181. l. 96. fol. 387.
De fidejussoribus.	Leg. Marcellus, fol. 240. leg. si à reo, §. si à furioso, fol. 240.
De furtis.	Leg. 68. fol. 261.
De public. judic.	Leg. 3. fol. 204. & fol. 274.
De sepulch. violato.	Leg. 4. fol. 399.
Expilatae hæred.	Leg. 1. & ultim. fol. 261.
De termino moto.	Leg. 2. fol. 128.
De Colleg.	Leg. fin. fol. 387.
Ad leg. Jul. Majest.	Leg. non contrahit, leg. qui statuas, fol. 316.
Ad leg. Julianam, de adulter.	Leg. 9. fol. 190. leg. 38. fol. 360. & 361. leg. 13. fol. 337. & 339. leg. penult. l. 2. fol. 343.
Ad leg. Cornel. de sicariis.	Leg. 1. §. Divus, leg. 5. leg. 8. fol. 182. leg. 12. fol. 233.
De questionib.	Leg. 5. fol. 360. & 361.
De pœnis.	Leg. 2. §. 1. fol. 303. leg. si pœna, 20. fol. 375. leg. 2. §. 1. fol. 303. leg. sunt quidam, 17. §. item fol. 349.
De sentent. passis.	Leg. 2. 3. & 4. fol. 375..
De bonis damnat.	Leg. 5. fol. 350.
De captivis, & posth.	Leg. in bello, §. facti, fol. 368. & 370. l. 20. fol. 396. d. l. in bello, §. 3. fol. 374.
De censib.	Leg. 3. fol. 398.
Ad municipalem.	Leg. ea quæ, leg. 22. §. vidua, fol. 322.
De jure immunit.	Leg. 5. in princip. fol. 286.
De administ. rerum.	Leg. 4. fol. 194. & 203.
De operis public.	Leg. 5. fol. 317.
De pollicitationib.	Leg. Septitia, fol. 193. & 203.
De extraord. cogn.	Leg. 5. fol. 350.
De reg. jur.	Leg. ejus est, fol. 335. leg. 31. fol. 368.

EXTRÆ PANDECTAS.

Leg. 12. tab. fol. 305. & fol. 308. & fol. 319.
 Romuli lex, fol. 321.
 Ulpian. tit. 9. fol. 320. & tit. 22. & 29. fol. 322. & tit. 13. fol. 340. & tit.
 9. fol. 394.
 Caius tit. 4. instit. §. 1. fol. 334. cum sequent.
 Paulus 2. sentent. tit. 19, fol. 336. & 343. & 5. sentent. tit. 2. §. 2. fol.
 341.

C O.

C O D I C I S I V S T I N I A N I .

De incestis.	Leg.4. fol. 129.l.6. cum aliis, fol. 360.
De spectaculis.	Leg. 1. fol. 195.
De majuma.	Leg.unic.fol. 195.
De expens.lud.lib.II.	Leg.unic.fol. 196.
De revocan.donat.	Leg.fin.fol. 213.
De hæreticis.	Leg.3.4.fol.266. & 5.fol.265.
De jure dom.imp.	Leg.fin.5.sin autem,fol. 278.
Si servus vel liber.	Leg.2. fol. 300.
De crim.exp.hær.	Leg.4. fol. 305.
De Episc.& Cleric.	Leg.49. fol. 323.
De donat. ante.	Leg.6. fol. 324.
De incolis.	Leg.7. & 9. & 10. fol. 325.
De natural.liber.	Leg.10. fol. 335. leg.7. fol. 360.
De repudiis.	Leg.7.fol.336. & leg.1.fol.350.
De nuptiis.	Leg.13. fol. 338. & 1.6. fol. 343.
De donat.inter.	Leg.24.fol.350.
De jur.aur.annul.	Leg.1. & 2. fol. 353.
De liber.& eor.lib.	Leg.fin.fol.353.
De instit. & subst.	Leg.generaliter,f.355.& 357.& 360.
Si nuptiæ ex rescr.	Leg.2. fol. 361.
Ad Orfitian.	Leg.si qua.fol.359.
De raptu virg.	Leg.unic. fol. 368.
De generalabol.	Leg.3.fol.375.
De hæred.instit.	Leg.1.fol.382.
De emend.propinq.	Leg.unic.fol.386. & 387.
De emend.serv.	Leg.unic.fol.387.
Ad leg.Jul.de adul.	Leg.Grachus, fol.387.
De testament.	Leg.3. fol. 395.
Ne fidejussor.	Leg.1. fol.395.
De quad.præscrip.	Leg.benè à Zenone, fol. 397.
Ad leg.Visell.	Leg.unic. fol. 397.
Si adversus vend.	Auth.sacramenta, fol. 218.

I N S T I T . I V S T I N .

De jur. natur.	§.jus autem gentium, §.quod vero, fol.119. 5. re- sponsa, fol.356. d.5. quod vero,fol.364.
Quibus in fraud.	§. in fraudem, fol.178.
De emption.	§. fin. fol.180.

De rer. divisione.	§. ferz, fol. 254. §. 2. cum aliis, fol. 258.
De his qui sunt sui.	§. sed major, fol. 279. & §. 2. fol. 298. cum seq.
De libertinis.	§. 1, fol. 294.
De nuptiis.	§. fin. fol. 335. & in princip. fol. 337.
De ingenuis.	§. 1. fol. 345.
De rerum divis.	§. singulorum, fol. 250.
De act.	§. 30. fol. 181.

IVSTINIAN. NOVELLAR.

Novella 189. fol. 189. Novella 105. fol. 197. Novella 54. fol. 309. Novella 74. cap. 4. fol. 321. Novella 89. cap. 1. & 9. fol. 330. & 331. Novella 74. cap. 1. fol. 332. Novella 18. cap. 5. & Leonis constit. 91. fol. 333. Novella 117. cap. 1. & 2. fol. 334. Novella 12. 22. 74. 117. fol. 335. Novell. 86. Leonis, fol. 336. Novella 89. cap. 8. fol. 345. Novella 78. fol. 353. & Novella 89. fol. 358. & 360. & Novell. 12. cap. 1. fol. 360.
Authen. quibus modis natur. eff. sui in princip. & quib. mod. eff. legit. fol. 358. & à fol. 330. cum seq.

C. THEODOSIANI.

De stud. lib. art.	Leg. 1. fol. 190.
De majuma.	Leg. 2. fol. 197.
De gladiatoriibus.	Leg. 1. fol. 201. 202.
De venat. ferarum.	Leg. 1. ibidem 202.
De hæreticis.	Leg. Eunomianis, leg. Doctores cum seq. fol. 280.
Ne sanctū Baptism.	Leg. fin. fol. 280. reiter.
De indulgentiis,	Leg. 5. fol. 375.

IVRIS. CASTELLÆ.

Leg. 28. tit. 1. part. 5. fol. 217. leg. 12. tit. 12. p. 5. fol. 244. leg. 2. tit. 24. part. 4. fol. 325. leg. 2. tit. 13. part. 4. fol. 331. leg. 1. tit. 1. part. 7. fol. 349. leg. 4. tit. 15. part. 4. fol. 371. & 381. & leg. 31. & 32. tit. 18. part. 3. leg. 9. & l. 12. Tauri, fol. 331. 332. & 372. d. l. 9. Taur. & leg. 6. tit. 8. lib. 5. Recopil. fol. 357. 358. & 359. leg. 1. 2. 3. tit. 14. lib. 4. Recopilat. fol. 372. & l. 15. tit. 10. lib. 5. Recop. fol. 373.

Decretorum jura, que in hoc opere explicantur, & exornantur.

Cap. humanum genus, distinct. 1. fol. 263. & 275. cap. 1. fol. 256. & cap. 5. & 9.

& 9. fol. 263. cap. jus naturale, dist. 7. fol. 27. & 119. & 261. & 278. in-
sum. dist. 8. fol. 263. & 271. cap. 1. fol. 266. cap. nervi, dist. 13. fol. 203.
cap. si quis, dist. 30. cap. ab exordio, dist. 35. fol. 278. 279. cap. 4. cum aliis, dist. 55. fol. 280. c. 2. 33. dist. fol. 333. c. 4. dist. 34. fol. 334. c. 145. de
consecr. dist. 4. fol. 129. cap. aut facta de pénitent. dist. 1. fol. 167. c. si-
quis 7. q. 1. fol. 101. cap. est ordo, 33. q. 5. fol. 127. c. 1. 5. q. 1. fol. 128.
cap. si Paulus 32. q. 5. fol. 129. & 368. c. 8. & 10. 32. q. 2. fol. 150. c. unic.
29. q. 1. fol. 171. c. definimus 4. q. 1. fol. 201. c. 9. 31. q. 1. fol. 204. c. 10. 32.
q. 4. fol. 205. c. præsens, 20. q. 3. fol. 319. c. inter cætera 22. q. 4. fol. 219.
cap. 4. 15. q. 1. fol. 229. cap. 2. 12. q. 1. fol. 251. & 268. & 271. cap. 7. 32. q.
2. fol. 289. cap. 3. 15. q. 1. fol. 253. cap. 9. 33. q. 5. fol. 281. cap. fin. cap. 9.
33. q. 5. fol. 285. cap. 12. & 15. ead. cauf. & q. fol. 285. cap. 2. & 4. 23. q. 6.
fol. 290. cap. dispar. 23. q. 8. fol. 291. c. quid faciet, 23. q. 4. fol. 292. cum
aliis ibi, cap. 1. cum sequent. 30. q. 5. fol. 324. cap. solet, 32. q. 2. cap. suf-
ficiat, 27. q. 2. fol. 334. cap. non omnis 32. q. 2. fol. 336. cap. ult. cap. ho-
norantur, 32. q. 2. fol. 337. cap. fin. 28. q. 1. fol. 337. cap. 6. 30. q. 5. fol.
338. cap. omnis 27. q. 2. fol. 342. cap. non mœchaberis, 32. q. 2. fol. 274.
cap. iste quidem, cap. objiciuntur, 32. q. 4. fol. 274. cap. 1. 35. q. 1. cap. 4.
27. q. 1. fol. 274. cap. fin. 17. q. 4. fol. 357. c. 2. 35. q. 2. fol. 363. & 364.
cap. dixit Sara, cum aliis, 32. q. 4. fol. 365. cap. fuit quidam, 25. q. 1. fol.
372. cap. rescripta, 25. q. 2. fol. 372. cap. multorum, 35. q. 6. fol. 367. &
379. cap. 12. 32. q. 2. fol. 382.

DECRETALIVM IVR A.

Cap. nam de const. fol. 128. & 362. cap. suscepimus, cap. 7. cap. 2. eod.
fol. 116. cap. dilectus, cap. 13. cap. 14. cum aliis de homicidio, fol. 116.
& cap. veniens, cap. ex litteris, fol. 221. cap. 27. fol. 336. & cap. 1. ne
sede vacant. aliq. innov. fol. 176. cap. 27. de sponsal. fol. 336. cap. tan-
ta, qui fil. sint leg. 370. & 377. & 379. & cap. 8. cap. quod nobis, fol.
374. cap. per venerabilem, cap. 2. fol. 381. & 382. cap. 1. de cogn. spir.
cap. 1. & 3. de cogn. leg. cum aliis fol. 373. cap. pervenit, cap. penult.
cum aliis, eod. qui filii sint leg. fol. 374. cap. 6. de consanguin. & affi-
nit. & cap. fin. fol. 363. & 374. cap. 1. & 9. ne Cleric. vel Monach. fol.
190. cap. 1. de torneam. cap. 2. de Cler. pugn. fol. 199. cap. quamvis,
de pactis lib. 6. fol. 218. cap. cum contingat, cap. si vero, cap. 15. de
jurejurand. fol. 218. cap. 9. & 11. de sponsal. imp. fol. 228. cap. 1. de ju-
diciis, fol. 225. cap. cum terra, de elect. fol. 227. cap. 2. de his quævi,
cap. ubi de electio, lib. 6. fol. 227. cap. ex parte de corpor. vit. fol. 280.
cap. fin. de consanguin. cap. 5. de eo qui dux. fol. 333. cap. ult. de
clandest. desp. cap. fin. qui matrimon. accusar. fol. 336. & 338. & 383.

cap. ex tenore, de for. compet. fol. 372. cap. 13. vers. ex rescripto, de
restit. spol. fol. 367. cap. 1. de consang. & affinit. fol. 367. & 379. cap.
accidentibus, de excess. Prælat. fol. 367. & 379. cap. 14. cap. ad
hæc, de filiis Presbyter. fol. 376. cap. 2. cap. ex publico, de convers.
conjug. fol. 376. & 378. cap. fin. de frig. & malefic. fol. 377. cap. debi-
tum, de bigam. 377. cap. 1. de concessio. præb. lib. 6. fol. 379. & 380.
& 382. cap. 1. cap. 5. de offic. & potest. fol. 380. cap. solicitæ, de ma-
jor. & ob. cap. tuam, de ord. cog. fol. 380. cap. 6. 7. & 16. de jure pa-
tronat. fol. 382. cum sequent. cap. cupientes, de elect. in 6. extrav.
antiquæ, de voto, fol. 378.

IVRIS NOVISSIMI.

Trident. sess. 25. cap. 19. fol. 119. Trident. sess. 24. cap. 1. fol. 219. & d.
sess. 24. cap. 9. fol. 221. & cap. 1. fol. 224. & cap. 1. fol. 336. & 341. &
cap. 5. fol. 367. & cap. 1. fol. 375. & cap. unic. fol. 377. & cap. 5. fol. 378.
& 384. motus Pii V. permisso Gregor. XII. fol. 203.



APPROBATIO.

Opera hæc *Tripartita* D. Michaëlis de Luna & Arellano, multa
cum eruditione & Iuris peritia conscripta, nihil verò
continentia fidei aut bonis moribus contrarium, luce
publica digna censui 30. Augusti, 1651.

GvILL. BOLOGNINO S. Th. L.
Can. & Lib. Censor Antwerp.

D E
IVRIS RATIONE
ET
RATIONIS IMPERIO.
LIBER PRIMVS.

C A P V T P R I M V M.

Iuris notitia ex nomenclatura rerum.

S V M M A R I V M.

1. *Verbi natura extollitur, ex qua notitia rerum deponit.*
2. *Vocis mysterio uititur, ut pietas civilis sit, justitia, temperantia, fortitudo, & reliquum virtutum agmen.*
3. *Injusti à notitia, fuga arripit.*
4. *Notitia dividitur in naturalem, & artificialem.*
5. *Notitia artificiali omnes indigent virtutes.*
6. *Consuetudo vim ex doctrina capit, doctrina ex notitia, notitia ex voce.*
7. *Lex est conclusio rationis, ex notitia rerum syllogizata.*
8. *A natura prohibetur, quod naturaliter cognoscitur vetitum, & naturaliter agnoscitur, quod arte rationis invenitur.*
9. *Lex i. ff. de justitia, & jure, exornatur.*
10. *Iuris scientia non est litigiosa, sed ejus ignoratio.*

A

O V E R :

VERBVM naturæ do-
num ! primò licet in
Chaos omnibus ani-
mantibus communi ,
aut s̄lebili potius, quām intelligibi-
li voce : deinde in luminosa ratio-
nis sphæra inventum , lucem à te-
nebris separans , licitum ab illicito
discernens. Illinc adeptas idæas in
tonitrua , ac verborum fulmina e-
vomens , & quasi è lenociniis , cum
mente, lingua, & auditu luxurians
genuit , parturit , parit , ac iterum
concepit : resque genitæ mutuò
implexæ , tanquam densi nemoris
rami , florum , & fructuum copia
ipsa sibi graves , in semina , & ali-
moniam , mentem ditant , ipsam
quæ beant genitricem. O nimis ful-
gurans , grande adipatum , ludibrum
dumque munus ! O splendor , &
fulgor incomprehensibilis myste-
rii , quòd Deus erat. Verbum , & Verbum
caro factum est. Joan. cap. i. quia Ver-
bum est imago æterni divini Ver-
bi , & ipsius Verbi incarnati simili-
tudo. Verbum enim , à mente ge-
nitum , non factum , imago & simi-
litudo Filii Dei est : & Verbum ip-
sum simul ab ore carnis expressum ,
imago , & similitudo Dei hominis
est. O felix natura ! quæ , et si in er-
gastulo , & lutoſa argilla , sola ima-
ginem Verbi accepisti , sermonem
ac linguam (ut ait Lactant. de ira ,
cap. 14.) ut enarrare Majestatem
Domini tui possis , ac Creatoris
nomen valeas invocare , voce articu-
lata , omnium creaturarum vice
fungens , cœlestium intelligentiâ ,
animantium vagitu , & inaniman-

tium fono , atque ipsorum elemen-
torum fluxu , & refluxu ; & in nul-
la earum similis intellecta auditur
harmonia significativa quæ divinæ ,
& sociabilis sapientiæ cantilena , in
mente simul , & carne , Sanctus ,
Sanctus , Sanctus Dominus Deus ,
& miserere mei. Inde quia initium
doctrina est nominum consideratio , (è re
ipsa testificante Epicteto , i. diss. 1.
18.) que confitit in notionibus rerum :
ideò initium sapientiæ est timor
Domini , eumque agnoscere , &
mihi non ignoscere. Hæc in omnibus
(ait D. Hieron. in epistol.) sola per-
fectio sua imperfectionis cognitio. Vocis 2.
enim mysterio utimur , ut pietas
civilis sit , justitiaque sociabilis , ac
fortitudo , temperantia , & pruden-
tia , atque exinde reliquum virtutum
agmen quæri , intelligi , & dis-
putari possit. Nam quorsum nomina
(inquit Tubero , l. Labeo §. id Tu-
bero , ff. de supellect. leg.) nisi ut de-
monstrarent voluntatem dicentis ; imò &
etiam naturæ rei , quia Servio , &
Celsi non videtur quisquam di-
xisse , cuius non suo nomine usus
sit : & vero illi interpreti , & asser-
tori Epicteto , d. diss. 18. qui pul-
chrè interrogatus , Quid admirabile ?
Non Cryippum (respondet) intelligere ,
aut Zenona ; sed istud , nosse voluntatem
nature. Ex nomine , & legerei , à 3.
notitia enim injusti fuga arripitur.
Initium salutis notitia peccati. Magna
vox , et si ab Epicurea Cathedra .
O ! ubi sumus Christiani , ab Epi-
curo vincimur ? quia & à notitia
justi , appetitio etiam virtutis ex-
urgit. Inde operam daturus Ulpia-
nus

- nus Juris Arti, quâ sequunt ab ini-
quo separans, licetem ab illicito
discernens, bonos efficiat, l. i. ff. de
just. & jur. *Prius* (inquit) *nolle oportet*,
unde juris nomen descendat. A Platone
didicit, *Prima comparanda scientia gra-*
dua in nominum notione consistunt, No-
titionem appellat Cicero in Topic.
quam *Gracium Euaniam*, *max prolepsim*
dicunt; *cæst insita*, & *ante percepta cu-*
jujus forme cognitio, *meditacionis indigena*,
& cogniti nomen expressa nota,
& sigillum est. *Sunt enim* (inquit Philo-
sophus, 2. Periherm.) *ea, qua sunt in*
voce eorum, quo sunt in anima, passionum,
4. *& affectionum notæ*. Notitia autem
dividitur in naturalem, & artificia-
lem: illa universalis est, quedam,
& universalium: hæc quæ sit ope-
ra industriæ, & doctrinæ nostræ
mentis. *Sine his* (Cicerone ad stipu-
lante 6. Academ.) *nec intelligi quid-*
quam, nec queri, nec disputari posse. *Mens*
ipsa, quo sensum sors est, atque ipsa sensus
naturalem vim habet, quam intendit ab ea,
quibus moveatur: itaque aliqua visa sic ar-
ripit, ut his statim utatur, aliqua sic recom-
dit, è quibus memoria oritur: cæcina autem
similitudinibus constituet, ex quibus effi-
cuntur notitia rerum. Eò cum acceſſi ra-
*tio, argumenti conclusio, rerumq; innumer-*abilium multitudine, cum & perceptio eorum**
5. *omnium appetat, & eadem ratio perfecta*
ab his gradibus ad sapientiam pervenire.
6. *Hac igitur artificiali notitiâ omnes*
indigent virtutes: quia uti clamat
Philosophiæ Princeps, 2. Ethic. c. i.
Non à natura, neque præter naturam in
nobis sunt virtutes, sed nati, facti q; sumus,
ad eas percipiendas naturâ, & efficiendas
confuetudine. Consuetudo enim vim
- ex doctrina capit, doctrina ex no-
titia, notitia ex voce. *Significationem*
nominis (dixit Themist. initio lib. 2.
Poster.) *esse Principiam omnis inquisicio-*
nis intellectus: est enim clavis, quâ
aperiuntur sensus, per quos lux
rationis, quæ sub modio corporis
est, luceat omnibus, qui in domo
sunt. Agnovit & Cicer. lib. 1. de
legib. *Ipsum hominem* (inquit) *natura*
non solum coloris et monis ornatis, sed
etiam sensus, tanquam facultates attribuit,
ac nuncius, & rerum plurimarum obscurus,
nec satis apertus intelligentius inchoavit,
quasi fundamenta quedam scientia. Intel-
ligentias (ait Just. Lips. lib. 1. ad
Stoic. Phil. c. 11. id est, noticias, sive
notiones rerum, sive nomina, etsi
non comprehensa, simpliciter tam-
en, syllogismo confecto, ab illis
ingeneratis scintillis cognita, &
naturæ igniculis. Seneca epist. 120.
erudiens Lucillum suum, quæren-
tem, quomodo ad nos boni, hone-
stiique notitia pervenisset; respon-
det, *Hoc nos docere naturam non potuisse,*
sed nobis videtur observatio collegisse, & re-
rum sape factarum inter se collatio, per
analogiam, nostro intellectu, & bonum, &
bonum judicante, nempe syllogi-
zante: ideò Apostolus dixit, in c.
nam concupiscentiam, de constit.
Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex
diceret, non concupisces. Lex, id est, con-
7. *clusio rationis scintillis prælibata,*
sive illata: natura nescitur, sed na-
*turali ratiocinatione, sive lege, sci-*tur peccatum, & à natura prohibe-**
- tur, quod naturaliter cognosci-
tur vetitum, & naturaliter agno-
scitur, quod arte rationis inveni-
tur:

tur : inde Romanæ eloquentiæ flos, & ex eo, & Plutarc. Carl. Scribanus lib. 2. inst. pol. c. 5. docet, *In arte, & doctrina plus esse præfidū, quām in natura :* & Philosophiæ Coriphæus 7. Polit. cap. 17. *Omnis ars, & disciplina implere vult id, quod deest naturæ :* di-ctante etiam Plutarcho, quod ex-perientia clamitat, *Nature dotem la-befactas socordia, prævitatem doctrina emendat.* Et hæc doctrina est juris, sive justi, & injusti scientia, quâ ratio instat, & ipsi appetitui, ne-lentus sit, stimulos addit, exempla, preces, pollicitationes, itemque increpationes, minas, verbera, ita ut cogatur vitiosus, facta objecto-rum injusti, & justi, mali, & boni, inter se diligenti comparatione scire reprobare malum, & eligere bonum : unde bonæ actiones se-quentur, vitioque exterminato succedet virtus, justitia, & pax : quia ut dixit Horatius :

Nemo adeò ferus est, ut non mitescere posset,

Si modo cultura patientem præbeat au-rem.

Et licet vincere consuetudinem dura sit pugna, verum est, quod D. Aug. sup. Ps. 30. & pereleganti, & dulcedine mollissima cecinit Hesiodus :

Virtutem posuisse Deum sudare paran-dam.

Hinc Quiritum Poëta rescripsit:

*— facilis descensus averni,
Sed vocare gradum, superasq; evadere
ad auras,*

Hoc opus, hic labor est.

Hæc virtus (inquam) est, omnif-que sapientia divinarum, atque humanarum rerum notitia, justi & injusti scientia, l. i. de just. & jur. 9.

quæ bonos efficit. *Magna vis est in virtutibus : sed artificiali notitia excita* (inquit Cic. 3. Tusculan.) *si forte dor-miunt ; quia etsi nullus* (ut Plato af-firmat lib. de justo.) *sive vir, sive etiam puer se neget justa, vel injusta cognoscere :* pauci tamen interrogati, præter vulgarem litis disceptationem, de-finitionemque, jus esse sciunt, & hoc crassâ Minervâ, cùm Tullius, lib. 1. de legib. dixerit, *Iuris scientiam* 10. *non esse litigiosam, sed ejus ignorantiam.*

Unde mirandum non est (ut Odouardus de civili facult. lib. 8. c. 2. inquit) Iurisperitos suæ Scientiæ, Artisque principia, licet summæ, & veræ Philosophiæ arcana, pretiosissimaque naturæ penetralia, apud Philosophos non invenire. Juris ergo altissimum nomen ab origine repetamus, & pro viribus aperiamus, ut apud nos omnis Scientiæ ratio inveniatur, nulla-que possit justi, & injusti, æqui, & iniqui, boni, & mali suboriri confusio.

CA-

C A P V T I I.

De universali excellentia, natura, & significatione Iuris.

S V M M A R I V M.

1. Ignarus verborum scire nescit.
2. Legis laus necessaria est.
3. Naturæ impetus infringendus non est.
4. Magnus est, qui in omnem partem vertere dictionem possit.
5. Ignorant æternitatem coacta amica naturæ.
6. Particularia qui negligunt prudentiam excludunt.
7. Ars nulla considerat singularia.
8. Iuris ars docet scire bonum, & aequum, & scire agere bonum, & aequum.
9. Ius est vox æquivoca, tanquam omnium actionum, & operationum finis, & perfectio.
10. Ius est ens aequum, & justum.
11. Ius est perfectio cuiusque rei, & quidquid ab eo devium, imperfectum, & injustum.
12. Ius est omnium possibilium bonitas.
13. Ius est duratio cuiuscumque entis.
14. Ius est, sicut completere ita non excedere dimensionem temporis, loci, quantitatis, & qualitatis cuiusque rei.
15. Äquitas est aqua entitas.
16. Potestas, seu potentia finita, duplex est, naturalis, & legitima.
17. Iure rationis abuti, non potentia, sed impotentia dicitur.
18. Ius est sapientia, non solum aëliva, sed & cuiusque rei passiva.
19. Intelligentia cuiusque rei passiva, est jus adæquatum, per quod scitur natura, & essentia ejus materialis, formalis, efficiens, & finalis.
20. Ius est voluntas passiva cuiusque entis, id est, perfectio, per quam quælibet res amabilis est.

A 3

21. Ius

21. *Ius est virtus cuiusque rei, & est naturalis, aut moralis, aut artificialis.*
22. *Virtutes Artes dicuntur, & Ars dicitur à Virtute.*
23. *Ius est veritas cuiusque rei.*
24. *Ius est ipsam et gloria, & voluptas.*

- I.** Escrit scire, verbo-
rum ignarus; cum ea,
quæ in voce versantur,
signa sint scientia ha-
bituum, & affectuum,
qui in animo sunt, à Philosopho,
2. Periherm. & Jureconsulto, I. La-
beo, 7. s. id Tubero, de supel, & ab
ipsa Sapientia discimus, Eccli.
c. 20. *Sapientem in verbis producere se-
ipsum.* Inde Zaleucum, & Charon-
dam sequutus. Cicer. 2. de legib.
2. priusquam legem recitet, de ejus
laude se dicturum promittit: &
D. Ambrosius, *De hominis* (inquit in
Exam. lib. 6. c. 6.) *creature dicturi, com-
mendationem ei praefruere, & prælibare
debemus.* O quis mihi verbum hoc,
pro dignitate, & ex vero scribat!
Audita non refero, nec visa: cæ-
cutiunt enim videntes, & vera put-
tant, quæ extra abdita Juris, laxan-
da ingenii fræna, nec unius semi-
3. tæ angustissimo gyro naturæ im-
petus infringendus. Vim incutit,
qui currentem in Papinianum, in
Ulpianum pellat, pro ingeniorum
varietate varia fere exurgit dictio,
ut non omnis fert omnia tellus, ita
nec omnia ingenia dictionem ean-
dem, cum tantum in hac tribuatur
imitationi, quantum naturæ: & illi,
qui ab istius arcanis proferat. Ma-
gnus quidem, si in omnem partem
4. vertere dictionem possit, nunc
- serpere, nunc montium vertices
pedibus calcare, nunc per plana,
nunc per præcipitia decurrere,
spargere hinc rosas, & violas, ibi
falsa, & rupes, lilia hinc legere, &
camamillo involvi, aut graminis,
ibi cedrorum ramis insidere, & nu-
bes etiam vincere; suaviter alibi,
tanquam secundo flumine labi, de-
cumanos alibi fluctus, audaci cari-
nâ scindere, & mare in rupes, &
vortices cogere, molli hinc spongiam
tergere, ibi ferro, & securibus fa-
vire, dulcibus aliquando mederi
novaculâ, aliquando & ignibus.
Sed quis in tam varias se vertat
formas? Quis in tam pugnantia
cogat calatum? Juvanda naturæ
pronitas, non eodem genere exer-
citacionis, quia ad vera diversis
flosculis magis amico intuitur pro-
tunditur. Refuga autem natura,
frustrâ expectabis victura, mori-
tura cogita, & ingloria, & ante
Dominum sepielienda, aut cum il-
lo. Ignorant æternitatem coacta 5.
amicæ naturæ, nec cineres vivere
spondebunt. Tentandum igitur
nobis duximus iter incultum, non
devium (*nulla via, invia virtus*) si à
particularibus ad eacumina mea-
tis Juris universalia ascendimus,
non absque duce: video enim Pa-
netium, M. Tullium, Senecam, &
Epictetum, annuentes in vertice,
&

6. & omnes Stoicos, proclamantes, eos, qui particularia negligunt, prudentiam excludere, quæ intellectus practici perfectio est : & sequor D. Isidorum, cap. 1. 29. dist. qui *ex causa, ex persona, ex loco, ex tempore consideranda omnia* (existimat) *quorum modi, quia medidius non indagantur, in erroris labyrinthum nonnulli intrinca-* do *impinguntur, cum ante judicant, quæ intelligant, ante inculpant, quæ iterando lecta perquirant.* Greg. & Hieron. c. 2. & 3. ead. distinct. Diversam autem semitam indicant Peripathetici, à suo Lanista ducti, in Rhetor. & 2. Metaph. tex. 15. nempe ab universalibus descendere, quia nulla ars considerat singularia, ut Medicina, non quid Socrati, aut Calliae salubre sit, sed quid tali, vel talibus, id enim artificiosum est. Nos autem, qui actionem, & scientiam insectamur agere, & scire agere; scire enim bonum & æquum, & sci- re agere, bonum, & æquum docet Rex Hispanus. *Si sabiduria non huies- se para saberlo fazer, non les valdria nada, ca la obra aduce al home acabamiento de lo que entiende, è es así como espejo, en que se muestra la su voluntad, è es su poder, qual es. Pro cogitationibus autem insensatis, ini- quietates illorum. Sapientiam enim, & disciplinam qui abicit, infelix est, & vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & ini- quietia opera eorum.* Et Philosophus, *Nec de virtute scire sat est, sed entendendum est ipsam habere, ac uti.* L. 6. tit. 21. part. 2. Sap. c. 11. 16. & c. 3. vers. 11. l. 1. de just. & jur. & ibi Bald. in princ. col. 2. 10. Ethic. cap. 11. & Greg. Mag. mor. cap. 2. Utramque ingredi o-

portet viam ; sed quia scire prius est, quam agere, & experientia, quæ singularibus superadditur, modus sciendi inaccessibilis: cuius ferè in senectute initium per disciplinam, & doctrinam aggredimur ductore, & à Philosopho D. August. qui, *cum multa rerum, & signa sine* (inquit) *principatum significandi, & res manifestandi vocibus, tribuam.* Lib. de Doctrina Christiana.

Jus igitur est vox æquivoca, 9. tanquam omnium actionum & operationum finis, & perfectio, l. 11. ff. de justit. cuius naturam si arte Raymundi Lull. & Petri de Guevar. in arte gener. mirabili per- scrutemur, & ab absoluto genere; *Ius est ens aquum, & justum :* cuius principia primitiva, & essentialia sunt bonitas, magnitudo, duratio, potentia, sapientia, voluntas, veritas, virtus, & gloria. Jus enim præ- 10. dicat bonitatem, cuius concretum est justum, licitum, æquum, honestum, pertinens, decens, adæquatum, honorificum, acceptable, sa- lutiferum, ornatum, sanctum, con- veniens, amabile, benemeritum, purum, dignum, debitum, beni- gnum, fructiferum, tranquillum, perfectum, & gloriosum ; ideo si arguimus ad perfectionem cuius- que rei, nihil aliud esse, nisi jus in- veniemus ; bonitas enim ipsa, & perfectio in quolibet ente jus est, & quidquid ab eo devium est, im- perfectum, injustum, illicitum, im- purum, inconveniens, indignum, inquietum, infructiferum, odibile, & pœnale : quidquid denique transi-

- transiliens lineas à natura depictas, malignitas, improbitas, peccatum, & aberratio est. Cicero in Paradox. ad Brut. Quoniam in staterà, & pondere, seu jure fecit omnia Deus; ideo cuncta, quæ creaverat, erant valde bona, Genes. cap. i.
12. & etiam omnium possibilium bonitas jus est : quia ipse creator attingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter in pondere, & statera ; inde dicitur etiam, *Omnia opera ejus veritas, & judicium, & omnia in mensura & numero, & pondere dispositi*, Sap. 11. 21. & iterum Job cap. 28. vers. 25. *Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in mensura.*

Jus similiter est magnitudo cujusque entis, neque excedens, neque excessa : est enim magnitudo substantia quidditativa secundum capacitatem essentialēm, quæ pertingens extremitates amplectitur medium cum plenitudine, & perfectione, in qua nihil aliud, nisi jus invenitur : inde principium relatum magnitudinis est concordantia, id est, unio bonitatis, duracionis, potentiaz & veritatis.

13. Jus etiam est duratio cuiuscumque entis, tanquam dimensio temporis ejus. Jus æternitatis soli Deo debitum, quia solus ipse est causa, & creator temporis, & omnium: Gen. 21. 33. Exo. 15. 18. Jus æternitatis insitum Angelis, & animis rationalibus, quia non ex contrariis, & corruptilibus, sed ex nihilo creatæ sunt. Jus denique temporale ex prima materia genera-

tis, & contrariis compositis, ideoque corruptilibus adæquatum : inde ex jure, & lege, æternitas, æviternitas, temporalitas, mortalitas, & corruptio, quoniam jus est 41. sicut complere, ita non excedere dimensionem temporis, loci, quantitatis, & qualitatis cujusque rei. Hinc etiam contrarietas jus est, tanquam principium relatum ; quia æternitati jure opponitur æviternitas, & æviternitati mortalitas, & corruptio. Hinc Lucan. lib 9. de morte Catonis.

Et tibi dant Stygie jus in sua fila sorores. Hinc naturæ satisfacere, & naturæ concedere, pro mori, dixit Cicero, pro Cluent. in Jugurt. *De eo, qui naturæ, & legibus satisfecit, quem leges exilio, natura morte mulctavit : & Salustius; Pati, uti necesse erat, naturæ concessit.* Hinc similiter aliud principium relatum, nempe, differentia est jus, quod est inter æternum, & æviternum, & inter ea, & tempore : & inde, quod jus sit inter Deum, & Angelos, ac animas rationales, inter easque, & corporalia, ac mortalia; quibus si arguimur ipsum jus adæquatum cuique enti inveniemus, non quidem frustra, sed mysterio, non strictura civili, l. 11. ff. de just. & jur. sed aula universali rerum. *Æquitas est æqua* 15. *entitas, quodque absque jure, iniqitas, id est iniqua entitas.*

Jus quoque est ipsa potestas rei, quia est principium, per quod bonitas, magnitudo, duratio, virtus, veritas, sapientia, voluntas, & gloria habent jus essendi, & operandi; quæ

- que potestas, seu jus in ipso Deo
solum infinitum est, Genes. 17. 1.
Esai. 40. 10. in creaturis autem si-
nitum: est enim adaequatum bo-
nitati, magnitudini, durationi, vir-
tuti, veritati, sapientia, voluntati,
& gloria; quarum omnium aqui-
tas, concordantia, unio, & relatio-
16. jus est. Et haec potestas, seu poten-
tia finita duplex, naturalis, & legiti-
ma: naturalis est jus, quod est in
omnibus rebus naturaliter essendi,
& operandi: legitima vero est jus
soli homini insitum, quia relictus
est in manu consilij sui, & eligit
jus, aut injuriam, potentiam, aut
impotentiam, justum, aut injus-
tum; ideo quod lege rationis ope-
ratur, potentiam exprimit, & jus
legitimum operandi, quod apud
nos gentium dicitur, quia solis ho-
minibus inter se commune est, & a
naturali supradicto recedere facile
intelligere licet, l. i. in fine, ff. de
just. §. 1. & 3. instit. de iur. natur.
17. Abuti autem jure, & lege rationis,
non potentia, sed impotentia dici-
tur, & inde non est jus, absque quo
nihil potens, nihil magnum, nihil
perfectum, & ex quo, tanquam ri-
vuli profluunt ceteræ legitimæ po-
testates, & virtutes omnes, d. l. 1.
§. 3. Et ad hanc potentiam, seu jus
potentiale, naturale, & legitimum
reducuntur quatuor causæ essen-
tiales, scilicet materialis, formalis,
efficiens, & finalis, & novem acci-
dentialia, nempe qualitas, relatio,
actio, passio, quantitas, habitus, si-
tus, locus, & tempus, quibus omni-
bus jure queque res operatur, &
- perennis jus bonitatis, magnitudi-
nis, durationis, veritatis, & virtu-
tis, ac gloria, depromittur, sive ex-
cessus, sive inæqualitas, sive in-
iquitas, malignitas, & pena.
I. aut facta, de penis, c. 1. 2. & 3.
dist. 29.
- Additur plus etiam admiratio-
nis, & honoris: jus est sapientia, 18.
non solum activa, sed & cuiusque
rei passiva. In Deo est summa sa-
pientia, & infinita; jure enim adae-
quatum, cum infinita bonitate, ma-
gnitudine, aeternitate, & potestate
ejus. Inde æqualiter infinita omnia
in eo sunt, & ab intellectu creato-
incomprehensibilia, Exod. 33. 20.
Regum 3. 3. Job 32. 8. Psalm. 93.
vers. 10. in Angelis autem sapien-
tia, intelligentia dicitur: in homine
vero intellectus: in animalibus
ceteris instinctus: in reliquis rebus
naturalibus propensio naturalis
appellatur, velut ignis sursum as-
cendere, lapidis in centrum tende-
re, jus est adaequatum ejus naturæ,
quo jure suo quælibet res rectè
operatur. Hinc homo instinctu ini-
què operatur, instinctu iniquè scit,
& sensu: inde jus suum homines
docens Propheta Rex; Notice fieri
(inquit) sicut equus, & mulus, quibus non
est intellectus. Intelligentia autem
cuiusque rei passiva est jus adae-
quatum, per quod scitur natura, &
essentia ejus materialis, formalis,
efficiens, & finalis. Inde dictum
est Psal. 18. Celi enarrant gloriam Dei:
& opera manus ejus annuntiat firmamen-
tum. Dies diei eructat verbum: & nox
nocti indicat scientiam, & i. ad Rom.
vers.

vers. 20. *Invisibilia enim ipsius à creatura mundi, per ea, qua facta sunt intellecta conspicuntur: sempiterna quoque ejus virtus, & divinitas.* Divus Dionysius affirmat, quod aliquæ creaturæ desiderant summū bonum eminenter, & naturaliter, ut inanimata quædā sensibiliter, quædam rationabiliter, quædam intellectualiter, sicque cuncta appetunt summum bonum, sed diversimode, & unumquodque secundū modum naturæ suæ. Quæ cùm illa sapientissimus hominum perscrutaretur, Altissimo dixit Sap. c. 11. *Omnia in mensura, & numero, & pondere dispositi, &c.* *Diligis enim omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti: nec enim odiens aliquid, constituisti, aut fecisti;* quibus convincunt hæretici Floriani, cap. penult. 24. q. 3.

20. Ius etiam est voluntas passiva entis cuiusque, id est perfectio, per quam quælibet res amabilis est; ideo complacuit sibi Deus in omnibus operibus suis. Vedit enim, & novit ea esse valde bona, Genes. 1. Sap. c. 11. vers. 21. & 25. quæ autem à jure, id est, perfectione deviant, odibilia sunt, quoniam voluntas passiva jus passivum est, per quod cognoscentis voluntas excitatur. Vnde ex D. August. venerabilis Fr. Ludovicus Gran. inquit in Symb. ex d. c. 1. ad Rom. omnia creata in nobis excitare, & jure vindicare voluntatem primam erga Deum summum Creatorem, quia ex ipso, & in ipso est jus essendi, & jus operandi omnium rerum. Boer. de consol. libr. 3. prof. 10. §. 1. Hinc

Deus tanquam fons perfectionis omnium jure super omnia diligendus ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, Exod. 6. 5. Marc. 12. 29. Luc. c. 18. 19. quia solus ille bonus est, & inde onne bonum ab illo: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum deservit est, descendens à Patre luminū,* D. Iacob. c. 1. vers. 17. omnisque, & prima dilectio charitas, & amor jure illi debetur, D. Thom. contra gentes cap. 38. probat, Deum ex sua natura, esse summum bonum, dicens, quod non est sua bonitas participatione, quod autem est bonum participatione, aliquid ante se presupponit, à quo rationem desumpsit bonitatis, hoc autem in infinitum non est possibile abiit, maxime in finibus: Ergo deveniendum est ad aliquod primum bonum, hoc autem est Deus: igitur Deus est summa bonitas, & sic primò diligendus. Aphorabius, & Theophrastus probant Periphatetici, quod prima causa est bonitas pura, omnifariè, simpliciterque perfecta, & in libro de causis, & Proclo asseritur, quod omnes virtutes finitæ dependent à principio infinito, quod est virtus virtutum, cuius perfectio necit finem. Super omnia igitur jure diligendum hoc principium infinitum bonitatum, & perfectionum.

Ius etenim est virtus cuiusque rei, & est naturalis, aut moralis, aut artificialis: naturalis est insita omnibus rebus naturalibus, veluti calcare, & ignis est: & deinde omne,

ne, quod ipsamet natura in omnibus operatur, & docet naturaliter agentia: moralis autem est, quæ media rationis intelligentia à voluntate perficitur. Hinc omnes virtutes morales, quorum concreta sunt justum, æquum, dignum, laudabile, legitimum, prudens, benignum, & sobrium: est enim quasi quid artificiosum rationis, & voluntatis: unde prudentia, justitia, 22. fortitudo, & temperantia, cæteræque virtutes morales artes dicuntur, uti ex Horatio lib. 4. carmin. Ode 15. Anton. & Acron.

*Ianum Quirini clausit, & ordinem
Reclum vagantis frena licentia
Iniecit, amovitque culpus;
Et veceres revocavit artes.*

Id est, virtutes, & è converso, ut Diomedes scribit Græcè, ab Arete, id est, à virtute ars dicitur. Ant. & Acron. in d. Ode 15. hinc articia, quasi affluentia, quorum concreta sunt omne compositum regulatum, arteque, seu jure adæquatum, & nihil absque jure: omnis enim virtus in actione, vel operatione justa consistit, & sine jure vitium est omnis actio, & operatio, quoniam secundum bonitatem, magnitudinem, durationem, sapientiam, voluntatem, veritatem actionis, & operationis appenditur, & regulatur virtus, gloria, & laus ejus in pondere, numero, & mensura, quia in qualibet re, actione, seu operatione oportet jure esse appensa, & mensurata, & æqualia

omnia illa principia primitiva, & essentialia, bonitatem, magnitudinem, durationem, potentiam, voluntatem, virtutem, sapientiam, veritatem, & gloriam.

Ius etiam veritas est, quâ illa su- 23. prædicta principia, sunt vera, necessaria, realia, naturalia, & primitiva, absque ea enim nulla res vera, quia veritas est vera entitas, & hæc æqua entitas, & ipsa quidditas, & æquatio, quâ quiete, & pace potiuntur unio, concordia, bonitas, & cætera dicta principia, ex æquitate, seu æqualitate, quiddativa rei proportio, commensuratio, & perfectio exoritur moralis, & intellectualis; quoniam veritas est adæquatio intellectus cum re, cuius bonitas consistit in veritate, & veritas in commensuratione, & commensuratio in pulchritudine. Plato lib. de bono.

Ius denique est ipsamet gloria, 24. & voluptas, ubi requies bonitatis, magnitudinis, durationis, &c. quæ voluptas, & gloria aut æqualis est, vel inæqualis, æqua, vel iniqua, illa enim, quæ appenditur, & commensuratur cum cæteris dictis principiis, bonitate, magnitudine, duratione, virtute, veritate, sapientia, & voluntate æqua est, quia necessariò dirigitur in Deum, tanquam in ultimum, adæquatumque terminum, sine quo non est bonitas, magnitudo, duratio, virtus, veritas, sapientia, & voluntas, (Ioan. Can. 1.) inde neque gloria. Quod autem est secundum naturam (uti lucerna Philosophiæ illuminat) id suave

contingit, sequunturque omnia voluptatem naturę consonam. Hist. art. 8. cap. 1. & lib. 10. Ethic. c. 1. & Greg. Mag. mor. cap. 2. Ea enim, quae tales afferunt volupates, que sunt obsecne, aequi improba, non esse jucunda; non enim prænè disposita, nec prænè dispositis sunt jucunda pacandum est, & jucunda simpliciter esse, nisi illis; quoniammodum nequa salubria, aut dulcia, aut amara, que agreeantibus, aut alba, que lippis videntur: diversa namque sunt, que ab honestis rebus, & qua à turpibus procedunt, & non sive, ut quisquam justi capiat volupatem, si non sit iustus, aut misericordia, & in carceris famili modo; at vero sensus omnis ad sensibile, est operatio quedam, perfecta autem ejus, qui bene est dispositus ad id, quod est pulcherrimum eorum, que ipsi subiiciuntur; ale enim maximè videatur esse operatio ipsa perfecta: bac autem perfe-

ctissimæ, & jucundissima; in omni namque sensu voluptes est, & in mente famili modo, contemplatione: jucundissima autem est ea, que est perfectissima: perfectissima autem est ea, que est ejus, quod bene se habeat ad id, quod est studiosissimum eorum que cadunt sub ipsam: perfecta autem operationem voluptu, non ut habitus, sed ut resultans quidam finis. Docet hactenus Philosophus Princeps, d. 10. Ethic. c. 1. Et inde, ad moralē consequendam virtutem maximum esse, gaudere in, quibus oportet, & odire ea, que oportet, didicit à Platone, lib. de bono, qui ait, Delectari dicimus in temperancem, sed & temperantia temperantem, quia quidem voluptes, si quis dissimiles esse neget insipiens esse mortuò videatur: quia altera est aqua, justa, & adæquata natura rei, altera iniqua, violenta, & absque jure.



C A-

C A P V T I I I.

Quid sit ius universaliter: Quid sit in se, & quid
sit in alio: Quid habent in se, & quid in
alio: Quare, ubi, & quando.

S V M M A R I V M.

1. *Ius est medium, per quod principium influit in finem, & finis refluit in principium.*
2. *Ius tribus litteris constituitur, & quare.*
3. *Quod natura suum unicuique rei dedit, ius ejus est.*
4. *Ius in se est ipsa bonitas rei, magnitudo, potentia, duratio, veritas, vir-
tus, voluntas & gloria, & eadem quidditates sunt, & eas habet in alio.*
5. *Ius est, aut primitive, aut derivative, aut possessive.*
6. *Sine jure non est bonitas, magnitudo, duratio, virtus, sapientia, po-
tentia, veritas, voluntas, nec gloria.*
7. *Iuris genera, & species tot sunt, quot res, quot actiones, quotque ope-
rations.*
8. *Ius tantum est, quanta est bonitas in qualibet re.*
9. *Ius in se est, quando est bonitas, & aequitas; in alio autem est, quan-
do est bonum, & aequum.*
10. *Ius etiam naturae quodammodo mutabile est.*
11. *Ius reperitur ubi est bonitas, & aequitas: unde oritur differentia juris
naturalis, quod omnia animalia docnit natura, & intelligitur lex 1.
& 2. de just. cum hęc instit. de jure nat.*
12.  *Ys est medium, per perfectius naturę vindicans; est
quod principium in-
fluit in haec, & fi-
nis refluit in princi-
pium, ab veroque latere mutando,
perfectius naturę vindicans; est
enim utriusque extremi insu-
ta, & refluxus perfecta natura,
five rei, five operationis, five actio-
nis. Hinc mirabilis artificio tribus litteris 2.*

- litteris constituitur jus: prima, I, ve-
rè suo charactere indicat principi-
um, tertia littera, S, propriè re-
fluit, & præscribit, quasi zona di-
ctionem, ac si non plus ultrà: me-
dia autem littera V, formatur una,
& altera littera, I, & S, ita ut illa
sola V, describatur, & intelligatur
tota dictio, Ius, & ista principium,
medium, & finis, & versa dictione,
Ius, legitimè legitur, sui, id est, bo-
nitas, magnitudo, duratio, virtus,
differentia, veritas, &c. nam omnis
perfectio tribus consummatur, &
omnis quantitas tria dimensione
absolvitur. Philosoph. i. de cælo,
cap. i. tex. 2. *Quia ut Pythagorici etiam
inquiunt, ipsum omne, ac omnia tribus sunt
definita, finis enim medium, atque princi-
pium ipsius omnis numerum habent, inde
ternarius numerus perfectus est,*
ut ait Poëta, *numero Deus impare gau-
det, & thure, igne, & oratione coli-
tur, & ipse ternario numero perso-
narum est, & inde perfectio, & cu-
jusque rei proprium jus est, seu
3. proprium sui est: quia quod natura
suum unicuique rei dedit, jus ejus
est, & inde quoniam moralis, &
civilis justitia naturam imitatur, s.
minorem, de adopt. suum cuique
tribuit, s. i. de just. instit. id est, jus
et iusque, est enim jus perfectio
omnis entis, natura, numero, pon-
dere, mensura, & intelligentia. In-
de non abs te, si illud Philosophi
asserentis, *omnia in tribus esse posse,*
intelligamus in his tribus litteris
jus, quibus omnis perfectio circum-
ducitur: O ineffabile verbum ius!
*o dictio admirabilis! Quisquis na-**

*turam ejus sciret, omnia sciret,
naufraga sine illo, immò nulla scien-
tia, nullaque virtus.*

Et quia quidditas est subjectum,
& fons omnium definitionum, cu-
jus quatuor species, nempe quid
sit jus in se, quid habeat in se, quid
sit in alio, & quid habeat in alio.
Ius ergo in se est ipsa bonitas rei,
magnitudo, duratio, veritas, vir-
tus, &c. ea enim sunt quidditativa
rei commensuratio, & inde jus ha-
bet in se ipsam bonitatem, magni-
tudinem, durationem, veritatem, &c.
& eadem met ipsæ sunt jus in alio,
& easdem habet in alio, ut docet
Plato lib. de bono. *Illa nobis faciles*
*firmitatem, puritatem, veritatem, sinceri-
tatem continet, que circa ea, que sem-
per eodem modo, & simplicissima sunt, stu-
det.* Et in Thæteteto, & Phædone
ait; *Summum bonum manare, & Dei si-
militudinem esse: nihil vero Solis fit simile,*
nisi quadam luminis ipsius infusione. Inde
bonitas est in bono, quia bonitate
fit bonus, jus est in justo, quia jure
fit justus, bonus, perfectus, verus,
sapiens, & gloriolus, quales omnes
juris Sacerdotes justitiam colen-
tes, bonum, & æquum profiteentes
jure efficere cupiunt. l. i. de just. &
jure.

5. *Ius etiam est aut primitivè, aut
derivative, aut possessive, primitivè
ex sola bonitate Dei, derivative
à Deo summo Cætore, in omnia
creata, in ipsam eorum natura,
mensura, æquitas, & proportio; in-
de dicitur *omnia opera ejus veritas, &*
judicium; velut jus positivum est
mensura, æquitas, & judicium
Prin-*

Principis; & quodlibet opus rectum artificis est mensura; veritas, & judicium ejus. Ius denique possessive est illius, cui inest; unde jus lapidis non est jus animalis: jus hominis non est jus leonis, sed quod natura, id est, Deus cuique impressit, & præscripsit in scrutabili veritate, & judicio, secundum bonitatem, magnitudinem, durationem, virtutem, sapientiam, veritatem, potentiam, voluntatem, & gloriam, quam voluit impartiri. Id proprium cujusque rei, & speciei est, l. i. de justit. & jur. §. 3. & naturale dicitur, quia à natura creante derivatur, & in natura creata possidetur.

6. Quare jus sit? Quia sine jure non est bonitas, magnitudo, duratio, veritas, virtus, & absque eo, nec dominus ulla, nec civis, nec gens, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest; nam hic Deo parer, & huic obediunt maria, terraq, & hominum vita ius is suprema Legis obtemperat; Cic. lib. 3. de legib. quoniam pondus, & statra judicia Domini. Ratio, quia essentiam, & substantiam rei detegit, sicut ratio ad quid ejus potentiam operandi profert: inde jus est ad faciendam honestatem, virtutem magnitudinem, durationem, justitiam, sequendamque prudentiam, fortitudinem, temperantiam, cæteraque virtutes, actiones, & operationes rectas, justas, æquas, & sanctas, atque gloriovas: hoc enim jus conatur, etiam reducere ad rectitudinem, naturalem quidquid extra mensuram ex-

orbitat naturæ. Arist. 7. Polit. c. 17. veluti jus divinum, & positivum convertere hominem ad pondus, & statram rectitudinis originalis, in qua creatus fuit.

Genera, & species juris tot sunt, 7. quot res, quot actiones, quotquot operationes; à natura enim omnia regulantur, veluti plantæ, & fructus, mensura, proportione, & rectitudine, seu jure Genes. cap. 1. juxta quod profert enim, ut protulit terra herbam virentem, & facientem semen, juxta gepsus suum, lignumq; faciens fructum, & babens unumquodque semen secundum speciem suam, & vidit Deus quod esset bonum. Iure deinde, juxta quod creatum fuit, omne reptile, & volatile, & omne animal in progressum generis sui, quasi censem, ac præscriptum, sive regulatum, atque instantे eo petitum, & edoculum movetur, regitur, operatur, & gubernatur. In genere suo, juxta species suis, & vidit Deus, quod esset bonum. Genes. d. c. 1. Ludovic. Granat. in Symb. l. i. de just. §. 3. vbi Gotifr. ex Ferrand. i. explicationum, 3. Plato de natur. lib. 32. Itaque cum yellet Deus (inquit Plato) omnia bona fore, nihilque quoad naturam patetur malum, quidquid erat, quod in cernendi sensum cadere posset, assumpsit non tranquillum, & quietum, sed temerè agitatum, & fluitans, idque ex inordinata jactatione redegit in ordinem; hoc enim judicabat esse præstantius. Homo autem ad imaginem, & similitudinem Dei, juxta jus intellectus, & rationis creatus fuit, cu- jus

jus pondere, & mensura eum operari oportet, s. quod vero, instit. de jur. natur. dicta l. i. de instit. Eugu. lib. 5. cap. 9.

8. Ius tantum est, quanta est bonitas in qualibet re, ideo est magnitudo ipsa. Mercurius loquens de summo bono, ait: Tanta est boni magnitudo, quanta substantia omnium corporum, & incorporearum rerum sensibilium, & intelligibilium, hoc est bonum: Partes autem juris in quaque re justa, sunt & qualitas, & quans, & quabile, rectitudo, regens, & regibile. Ius enim non est ipsa res, sed est bonitas essendi, & operandi ipsius rei, & ideo substantiale, essentiale, & inseparabile ab ipsa, & tanquam causa influit quantitates, & qualitates peregrinas, seu secundarias, rectum, & equum, justum, & sanctum, veluti ignis influit calidum, & siccum, cum magnitudine, & virtute regulatum, absque ullo excessu, vel diminutione: unde jus civile, non proprium, sed appropriatum jus est, peregrinum, & secundarium; quia omnis ars (& ita civilis & qui, & boni) conatur naturam imitari, nulla enim ars propriè efficere potest, quod natura, sed appropriata: inde principia, quantitates, & qualitates artis secundariae, & peregrinae sunt.

9. Si inquirimus, quando sit jus in se, quando in alio, inveniemus in se esse, quando sit bonitas, magnitudo, duratio, veritas, virtus, &c. In alio autem, quando sit bonum, virtuosum, & equum, magnum, justum;

quia jus in alio est, quando in illo habet omnia ea, quæ ab eo adaequata sunt, jus enim primitivè in se est, sine motu, & tempore. Primus motus (ait Arist. 11. Metaph.) movet ut amatum, & desideratum, *Hoc est Deus* (inquit Mercurius.) Ne igitur dicas aliud bonum, quoniam peccas impie, aut aliud quid Deum, nisi solus ipsum bonum, quia rursus peccas impie. Ita respondit ipsa veritas, & bonitas: *Quid me interrogas de bono? Unus est bonus Deus, est tibi nemo bonus, nisi solus Deus.* Matth. cap. 19. 17. Luc. 18. 19. Quoniam ipsa est bonitas, cui non est finis, & implet saeculum omne bonitatibus, & per quam omnia sunt bona, & sine ipsa nihil. Derivative autem, cum motu, & tempore, ex bonificabili bonum, ex &quabili &quum, ex justificabili justum, cum sua substantia immediata. Possessive, veluti in agente naturali, ex bonificabili bonum naturale, in agente morali bonum morale, in civili bonum civile; uti divinus inquit Philosophus Plato in Alcibiade, vel de natura, lib. 32. *Si eam, prout malum fert, malam appellis; contra, prout fert bonum, bonam vocare decet, inde quæ bonum, pulchrum, quæ malum, turpe.* Et docuit Author bonitatis, Matth. c. 7. v. 17. c. 2. 32. quæst. 4. *Nunquid colligant de spinis rarus, aut de tribulis ficus?* Si omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor malos fructus facit; non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere. Et quia derivative tempus motus est instrumentum substantialis potentiaz ope-

operandi, ut jus bonificabile sit, & æquabile, L. Valerius, apud Livium, l. 34. *Quis tempora aliqua* (ait) *desiderant leges mortales, & temporibus ipsis mutatis video; quæ in pace late sunt, plerumque bellum abrogat; quæ in bello, pax.* Et Iustinianus l. 1. de caduc. tollend. *Ut quod belli calamitas introduxit, hoc pacis lenitas sopiret.* Ita intellexit jus Divus Hieron. lib. 2. contra Iovinian. cap. 6. 32. quæst. 4. August. in c. seq. ead. caus. & quæst. dicens: *Quomodo Abraham placuit in conjugio, sic nunc virgines placent in perpetua castitate: servavit ille legi, & temporis suo, serviamus & nos Evangelio, & temporis nostro, in quos fines sæculorum decurrerunt.* Sic rectè Eustachius explicat. Arist. 5. Ethic. & lib. 2. Rhetic. ad Theodeft. jus naturæ quodammodo mutabile est: sic sane, si non naturam, sed homines ipsos species. Et Acron. Horat. 1. Epist. 10. ibi:

Mobilibusque decor, naturis dandus & annus.

Et ex Cicer. de invent. lib. 2. Senec. c. 2. de ira, 20. & Plutarch. in apoph. Gotiffr. §. fin. de jure naturali, cap. 1. 2. & 3. distinct. 29. c. 7. 32. quæst. 4. *Est enim tempus architecti juris normæ plumbeum perpendiculum, quoad pondus, mensuram, & rectitudinem, pulchritudinem, & bonitatem.* Gloriosa juris positivi civitas ædificatur à sapientibus, absque eo lapsum, & ruinam minatur: discat ergo artifex juris in aula perito-

rum Gregorij, Isidori, Hieronymi, & Augustini, nec inglorius jacebit: & quia ex facto jus oritur, & substantiale instrumentum facti est tempus, & motus, sumat justitiae libipens è manu Iureconsulti, Claudi, Saturnini, l. si ex plagis §. inclino, ad l. Aquil. l. 1. §. divus, ff. de Sicar. l. aut facta, ff. de pœnis, septem uncias, nempe causæ, personæ, loci, temporis, qualitatis, quantitatis, & eventus, & eis in statera juris naturalis divini, & positivi, ad æquilibrium fidele pendere, & coæquare conetur. Hinc plus, id est, iniquum, quatuor modis petitur, re, tempore, loco, & causa, & hujusmodi iniquus cadebat à causa, id est, rem amittet, teste Iustin. §. 28. cum seqq. de act. & ex Cicer. in Paradox. & in Rhetor. & Senec. 6. de benefic. c. 6. nec non Sueton. in Claud. & ex Paulo Consult. 1. sent. tit. 10. Rosin. lib. 9. antiq. c. 13. Hinc cognoscitur, an perpetuum, an temporale sit jus: proprium enim, firmum, & immutabile est, quia non indiget motu, nec tempore: sic intelligitur text. in §. sed naturalia, instit. de jur. natur. Appropriatum autem, & derivativum jus, est temporale, & mutabile, ita ut ex motu, & tempore propriam substantiam veræ appropriationis capiat.

Deinde reperitur jus, ubi est bonditas, magnitudo, rectitudo, duratio, virtus, &c. unde exoritur differentia juris, quia bonitas, ut bonificabile, aut est in re simplici agente,

te, veluti igne, vel in elementativo, & vegetativo, veluti planta; vel in elementativo, vegetativo, & sensitivo, veluti omni animali irrationali, vel in elementativo, vegetativo, sensitivo, & rationali, ut in homine, qui in parte elementativa habet jus bonificabile, commune igni, aeri, aqua, & terra: in vegetativa habet jus bonificabile, commune arboribus & plantis: in sensitiva verò & imaginativa, jus simile & commune omnibus animalibus: in rationali denique jus simile Angelis, quia ad imaginem & similitudinem Dei creatus est homo. Psal. 8. D. Gregor. in cap. 45. de p̄n. distinct. 2. Genes. 3. Apocal. cap. 22. ibi: *Ecce conseruus tuus sum.* Et sic jus diversum etiam cense-

tur secundūm quantitatē, & qualitatē, & specificam rationē situs, ut inquit Consultus Calistratus, *legem quoque respici conjugue loci oportet*, l. 5. s. 1. ff. de jur. immunitatis. Est enim situs instrumentum substantiæ, quo pars collocatur in parte, & species in specie, secundūm partiale, & specificam virtutem, quia bonum est in bonitate, magnum in magnitudine, æquum in æquitate, & econtrà secundūm motum, tempus, locum, qualitatē, & quantitatē, cum vera & propria, & specifica dimensione, pondere, & numero: quibus rectè intelligitur differentia juris naturalis, gentium, & civilis, l. 1. de just. cum seqq, & ss. de jur. natur. Siste, ne laetus accedas.



C. A.

C A P V T I V.

Quomodo fiat ius, & à quo?

S V M M A R I V M.

1. Iuris modalitas est ipsamet proportio, & mensura offendendi, & operandi cuiusque rei.
2. Ius naturale est naturae jussus, & imputus.
3. Ius est, quidquid jussu Dei, à qualibet natura operatur.
4. Finis est prima, & potissima causarum, gratia cuius omnia fiunt.
5. Quod caret fine, omni bono privatur.
6. Qui est ultimus finis, quod sit primum efficiens necessarium est.
7. Opus naturae opus est intelligentiae.
8. Natura semper agit, secundum id, quod convenit, & vel est proportionatum, justum, & adequatum.
9. Lege, jure, & jussu omnipotentis Dei omnia naturaliter operantur.
10. Quod à natura dirigitur, ab intelligentia dirigitur: ergo recte dicitur, ius est, quod natura omnia animalia docuit.
11. Ius, & ratio juxta quam omnia naturaliter operantur, neque est in secunda causa, neque in materia, sed est ratio, seu lex summi universalis Artificis naturae.
12. Terminus à quo omnia dependent suo ordine, & in quem juxta genus suum fluunt, unus est ipse Deus, medium, principium, & finis rerum omnium.
13. Philosophus dixit, nihil aliud est Deus, quam quedam universalis lex, & Seneca; nihil aliud esse naturam, quam Deum, & diuinam rationem toti mundo, & partibus ejus insertam.
14. Naturalia naturalis scientia scire oportet.
15. Oswaldus non recte introdit in Vaconium.
16. Lex appellatur à verbo thora, quod idem est, quod doceo, sive dispe-

- no, & jus, & lex aequivoce mutuantur.
17. *Claudius David defenditur ab accusatione Osualdi.*
18. *Ars non potest esse, nisi in artifice rationali, si docens est, & disponens.*
19. *Textus in c. jus naturale, 7. dist. 1. explicatur.*
20. *Ratio naturalis pendet à sua origine tripliciter, quia factura, imago, & similitudo Dei est.*
21. *Actus naturales hominis differunt in genere cause efficientis, & in genere cause formalis, à brutorum operationibus.*
22. *Ant. Faber non rectè infert consequentiam.*
23. *Natura influit quidquid ratio naturalis influit.*
24. *Dom. Gregor. Lopez Madera laudatur.*
25. *Ius omne proficiscitur ex ratione Legislatoris naturæ.*
26. *Ius naturale, quod inest ratione carentibus, regulatum jus est, & adaequatum, ex ratione, & jure supremi Artificis.*
27. *Incorrumpibilem numero, & corruptibilem specie, substantiam reverti necesse est.*
28. *Mercurius Trismegistus Moysis discipulus fuisse dicitur.*
29. *Testimonia ab infidelibus sunt nobis glorioса, quae consentiunt, & veris nituntur sacrae paginae, & nostræ fidei.*
30. *Ius naturale esse præceptum, & altissimi iussum, definitur ex sacrae paginae autoritate; quo omnia fūnt, & naturaliter operantur.*
31. *Ius naturale est iussus naturæ adaequatus naturæ ipsius rei, in qui, & circa quam jubetur fieri.*
32. *Ius naturale non est sine ratione supremi Artificis naturalis.*
33. *Ius, quod natura omnia animalia docuit, verè à prima causa efficiente ratio, & lex, sanctio, & velut vox divinæ mentis est.*
34. *Ius naturale, sive quod à natura fieri docetur, ars est boni, & aequi, ratione supremi naturæ Artificis.*
35. *Ius omne ex mente legislatoris rationem aequilibrium, & boni, & aequi statueram, & mensuram desumit.*
36. *Naturalia omnia operantur iussu, voluntate, & jure Omnipotentis, non necessitate.*

37. Ea

37. Ea etiam, quæ præter naturam fiunt, non tamen absque jure, & jussu Altissimi.
38. Ius naturalibus ordo est, non à naturæ necessitate impositus, sed à rerum causis Deo imperante collatus.
39. Necesitas parendi est, sed imperandi libera voluntas, & ratio supremi Imperatoris.
40. Operum omnium, & operum, & operationum naturalium causa, quæ format, & quæ efficit, ratio est.
41. Ius (quando dicitur) est, quod natura omnia animalia docuit, intelligitur natura, quæ causa est, sive ratio faciens, id est, Deus, non materia quæ jacet iners res ad omnia parata.
42. Vera cognitio Dei, & operum ejus, non est absque fide in contuberno humano.
43. Providentia est ratio, per quam facta sunt facta, fiunt, quæ fiunt, fient, quæ fient.
44. Legis æternæ imperio omnia fiunt.
45. Apud omnes ferè gentes nomen Dei quadrilaterum est, & quare.
46. Ius naturale nihil aliud est, quam mensura, sive norma, pondus, & statura operis naturalis.
47. Ratio ponderis, & mensura, non est in libra mensurali, seu ponderali, neque in re, quæ appenditur, sed in adæquatione æquibrantis, sive mensurantis.
48. Vis, transverso litterarum ordine, sine adjectione, nec diminutione, jus dicitur.
49. Ius, & lex, à legislatore vim, & virtutem capit, non à subditis.



I. Odalitas denique quia bonificare bonificabile secundum naturam suam jus est, teste proportionis, & mensurae essendi, & Platone, in Alcibiade, vel de natura, lib. 32. *Eas autem (inquit) neque erat, neque est quidquam, nisi pulcherrimum facere, qui est optimus.* Inde quæque res esse in se cum mensura, & rectitudine, jus est; & hoc modo transferri seu ipsa bonitas, magnitudo, &c.

in aliū, & esse in alio, ius est; communicare enim naturāgnis jus est, & similis simile generare. Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, cuius in semetipso sit super terram producas terram animam virentem in genere suo. Genes. cap. I. Ius enim est instrumentum à natura, hinc maris, ac foeminae conjunctio, hinc liberorum procreatio, & educatio, &c. d. l. I. de justit. ex dicta modalitate deprimitur regula juris: *Nemo plus in aliū transferre potest, quām ipse habet: & illa; Quod meum est, sine facto meo ad aliū transferri non potest: & ista; Nihil tam conveniens est naturali aequitati, quām voluntate Domini volentis rem suam in aliū transferri, rāram haberi.* l. 9. §. hæ quoque, de adquir. rer. dom. princip. institit. §. per tradit. de rer. divis. Hinc venditiones, locationes, conductiones, depositum, commodatum, & cæteri contractus, & conventiones hac modalitate regulantur, cognoscuntur, & judicantur. Hinc à natura, modo cuique rei ad æquato jus impulsum est, sive jussum: unde non immerito Antiqui jura dixerent jussa, authore Festo, & Rodolph. Agric. de invent. lib. I. Gotifr. in l. I. de justit. & Osualdo plures referentibus, lib. I. cap. 4. litter. A. Non immerito ex eo, quia per apocopen, ex jussu, aut justo jus scindatur, veluti dic, fac, pro dice, face, ut sensit Vaconius, 6. declar. 71. num. I. declar. 77. num. 6. Si originem repetamus à jussu primi moventis, & jubentis, à quo infinito omnes virtutes finitæ, & jura dependent, ut dixit Alphorabius, &

Theophrastus, & Empedocles discipulus Pythagoræ.

*Quæ faciunt, quæ sunt, quæque ab uno renatura sequuntur,
Et planta renata, maris, & feminæ
quæque,
Atque fera, volucresque, habitantes
æqua pīces,
Longevique Dei, quorum veneranda
potest.*

Quoniam ipse dixit, & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt: statuit ea in æternum, & in seculum seculi præcepit posuit. Iussit germinare terram herbam virentem, juxta semen suum, jussit producere animam viventem in genere suo. Genes. I. *Hæc & alia jussa intelligi sic oportet* (inquit Cicer. libr. 2. de legib.) ac retita populorum vim habere ad rectè facta vocandi, & à peccatis evocandi, quæ vis, non modo senior est, quām et. us populorum, & civitatum; sed equalis illius calum, atque terram tuentis & regentis Dei. Ejus enim lege æterna, & jussu, jura, & leges impununtur aquis, ventis, atque procellis sonantibus, & cuique rei operanti juxta semen suum, & in genere suo: & tum justum est quidquid producitur, quia illius, qui est optimus, neque erat, neque est fas, nisi pulcherrimum facere. Plato de natur. libr. 32. Igitur quidquid jussu illius, à qualibet creatura operatur jus, & à tali jussu jus rectè dicetur. Hæc omnia docet dulcissimo metro Boëtius Severius, lib. 4. de consolat. metr. 6. & bibe equidem ambrosiam.

Si vis

3.

Si quis edifici jura Tonantis
Para solens cernere mente:
Affice summi culmina cali,
Alio justo fidere rerum.
Pescarem servant sydera pacem,
Non Sol rutilo concitus igne
Gelidum Phœbes impedit axem:
Nec qua summo vertice mundi
Flectit rapidos ursa meatus,
Nunquam occiduo lora profundo:
Cætera cernens sydera mergi,
Cupit Oceano tingere flammus.
Semper vicibus temporis aquis
Vesper seras nuntiat umbras:
Revehicque diem Lucifer alnum
Sic alternos reficit cursus
Alternus amor, sic astrigeris
Bellum discors exulat oris:
Hæc concordia temperat aquis
Elementa modis, ut pugna nra
Vicibus cedans humida succis,
Iungantque fidem frigora flammis,
Pendulus ignis surgat in alum,
Terraque graves pondere sudant.
Iisdem causis vere repenti
Spirat florifer annus odores:
Æstus Cererem fervida siccatur:
Remeat pomis gravis Aurumnus.
Hyemem desfluus irrigat imber,
Hæc temperies alit, & profert
Quidquid vitia spirat in orbe,
Eadem rapiens condit, & aufert.
Obitu mergens, ortu supremo
Sed interea Conditor ultus,
Rerumque regens flectit babenus
Rex, & Dominus, fons, & urige.
Lex, & sapiens arbitrit aqui,
Est qua mora concitat ire,
Sifit retrahens, ac ruga firmat:
Nam nisi reblos gerocans iussi,

Flexos iterum cogat in orbis,
Quæ sumc stabili concinat ordo,
Dissipata suo fonce sacrificare:
Huc est cunctos communis amor.
Reperanteque boni fine secessi,
Quia non aliter durare queunt:
Nisi converso rursus amore,
Refluane causa, qua dedit esse.

Hæc ita cognoverat Annæus Lu-
canus Cordubensis illustris Poë-
ta, libr. 9.

Hæremus tuncli superis , templete
tacone,
Nil agimus, nisi fronte Dei : non vo-
cibus ullis
Numen eget , dixitque semel nascon-
tibus auctor,
Quidquid scire licet , sterilis nec legis
arenus,
Vi caveret paucis , mersitque pulvredo
verum.

Etiam arenis dedit jus , mersitque
in pulvere verum, ut caveret pau-
cis , & ita ne germinarent decre-
vit: & inde iussu Dei jus siccitatis,
& sterilitatis insitum est arenis , &
cæteris rebus, ita, vel ita germina-
re , aut non ; vel operari in genere
suo, juxta jus suum.Hanc senten-
tiam illustrat ex Philosopho , D.
Thomas , i. Ethic. cap. i. ibi : Ideo
bene enuntiarunt bonum esse, quod omnia
apparet (explicat Angelicus Do-
ctor) Non est intelligendum solùm de ha-
bentibus cognitionem , que apprehendunt
bonum , sed etiam de rebus carentibus co-
gnitione, quæ naturali appetitu tendant in
bonum , non quasi cognoscant bonum , sed
quia

- quia ab aliquo cognoscente moventur ad bonum, scilicet ex ordinatione divini intellectus, ad modum, quo sagitta tendit ad signum, ex directione sagittantis; ipsam autem tendere in bonum, est appetere bonum, in quantum tendunt ad bonum, non autem est unum bonum, in quod omnia tendunt, sed secundum differentiam cuiusque; non secundum distantiam à primo movente, sed in ordine ad finem, pluribus se exercens motibus. Finis enim, prima est, & potissima causarum gratia; cuius omnia fiunt, quā remotā necessum fore omnia cessare, ut docet Aristot. & ex eo Petrus Martinez Complutensis, 2. Physic. text. 29. & 2. Met. text. 8. & 2. de Cælo, cap. 12. text. 71. Quoniam omnia sunt propter finem ultimum: ipse autem solus non est propter alia, sed propter seipsum: & nihil esset sine fine bonum: quare, quod caret fine, omni bono privatur; ob idque nulla esset, aut inciperet actio, sine remoto: prima enim illa causa, quæ sibi sufficientissima est, & nullius indiga, seipsa contenta est: quare movet omnia ut finis, qui desideratur, & amat, & movet non mota; omnia enim gratia boni agere vindentur. Philosoph. 12. Metaph. text. 36. quo desiderio rebus omnibus intime inducto, ad divinam assimilationem, quoad fieri potest, & rebus ipsis permittitur intrinsecus, secretissima arte naturæ sollicitantur quæque res juxta genus suum: inde sequitur, Deum esse primam causam efficientem omnium rerum, & operum omnium naturalium: nam si est ultimus fi-
- nis: quod sit primum efficiens, necessarium est; quia si Deus non esset, omnia annihilarentur: ergo esse, Deus causa est omnium rerum, atque adeò ex hoc solum, quod est finis, à quo omnia pendent, colligitur esse causam efficientem: nam quod pendet à fine à se distincto, extra se habeat causam necesse est; quoniam remoto illo, à quo pendet, tollitur dependentia; & appetitus, aut desiderium, quod est gratia boni, quod finis est: & per consequens tollitur esse. Igitur fateri necesse est, primam causam efficientem omnium rerum, & operationum naturalium (ut eruditè probat Petrus Martinez, lib. 2. de Cælo, cap. 12. text. 17.) esse ultimum finem, id est, Deum, qui suavissima, & secretissima intelligentia, non humeris (ut magnus ille Atlas, fallaci sensu Poëtarum gigas) sed verè sine labore, & miseria, omnia portat verbo virtutis suæ: ex tali enim principio pendere cælum, & naturam, fateatur Philosophus, 12. Metaphys. text. 38. libr. Physic. 7. text. 49. & Martinez 1. de cælo, c. 12. tex. 40. & quæcunque aguntur, ab intellectu agi, quoniam opus naturæ, opus est intelligentiæ. Hinc scitè dixit Iustinianus, *naturam arte ratiocinari*, novella 18. cap. 5. in fine. Agit ergo per voluntatem, & liberè, quoniam libertas usus est rationis, ob idque semper agit natura, secundum id, 8. quod convenit, & rei est proportionatum: inde sicut non deficit in necessariis, non abundat in superfluis,

fluis, fiunt enim omnia ratione, & jussu primæ causæ; quia etsi naturaliter dicantur operari, intelligitur 9 lege, iure, & jussu, & voluntate liberrima omnipotentis Dei: necessitas enim licet sit optima conditio essendi, ad intraque operandi, non tamen operandi ad extra. Ex quibus omnibus (inquit Petrus Martinez, lib. I. de Cœlo, cap. 12.) deducitur, quod primæ causæ actio, etiam omnium actionū prima est, & quod à natura dirigitur, ab intelligentia 10 dirigitur, & à voluntate dirigente omnia in finem; & sic à jussu illius libero, præsertim cum liberè agere, perfectio in nobis sit, quæ Deo minimè est neganda: ergo rectè dicitur, jus est, quod natura omnia docet, quia juxta præscriptum jussus, decreti, & voluntatis Dei naturaliter operantur, & non aliter: jus enim, & ratio, juxta quam operantur naturalia omnia, neque est in secunda causa, quia hæc est velut instrumentum artificis; & etiam movetur, & omne, quod movetur, ab alio moveri certum est, & pri- 11 mum movens illic, atque hoc loco cœlum docuit; & quia non potest dari creatura aliqua, quæ non dependeat ab alio, scilicet à Creatore, ideo dicunt Theologi, non posse dari substantiam supernaturalem creatam. Neque in materia, quia hæc patitur, & movetur: agere verò, & movere alterius potentia est. Ita Philosophus inquirens jus, & vim operandi, seu causam omnium rerum; & reijcens Socratis, & aliorum Philosophorum opiniones, in-

quit, lib. 2. de generat. c. 9. text. 53. Verum enim verò, & hi quoque non rectè dicunt: pati namque, & moveri, materia est; agere verò, & movere, alterius potentia. Palam autem est cum in iis, que natura fiunt: nam neque aqua ex se animal facit, sed natura; neque lignum leviticam, sed ars: quare & isti, ob id & quia portionem omittunt causam, haud rectè dicunt; quiddicatem enim, formamque exterminant. Præterea potentias, atque vires corporibus tribuunt, per quas admodum instrumentaliter generant, eam, qua à specie sumitur, causam auferentes; etenim quoniam (ut ajunt) calidum segregare, & frigidum congregare, natum est & cærorum quodque, aliud agere, aliud pati; ex his, & per hac gigni, & corrupti cetera omnia, dicunt: at ipse quoque ignis moveri, ac pati videtur. Præterea perinde faciunt, ac si quis ferræ, & instrumentorum cuique, eorum qua generantur, causam tribuat: nam cum quis ferræ secat, dividit quidpiam, & cum corradit, leve fieri necesse est, & in ceteris simili modo: quare si quam maximè agit, moveatque ignis, quo modo tamen moveat, non ultra contemplatur, nempe quod deterius, quam instrumenta. Hactenus ille, q. em explicat Petrus Martinez, ibi, dicens; Inquirendum igitur adhuc superest principale agens, exemplo artis, qua naturæ pedissequa est, atque imitatrix: nam præter materiam, ut lignum; atque præter instrumenta ut dolabrum, & ferram, artificem spectamus, qui artem dirigat, & artificia construat: eodem igitur pacto in naturalibus efficiens contemplandum est; namque ignem nullo efficie extrinseco moveri dicunt; perinde afferunt, ac si securim, nullo artifice se-

cante, secare conseruant. Est ergo jus naturale omnibus insitum, ratio, seu lex summi universalis Artificis, quæ cum eo est, cuncta componēs, fuit & erit: & ita dicit apud Job 38. *Circundedi illud terminis meis, & posui vectem, & ostia, & dixi; usque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes flustus tuos. Sunt enim* (ait Petrus Martinez , ex Philoso- pho , lib.2.de generat. cap.11.text. 70.) *cælum, & intelligentia, in motu, & actione cause subordinata: quare si tunc oportuit cælo actionem non adimere, modo etiam neque ipsam intelligentiam agendi vi defraudare: nam sicut hæc inferiora à cælis pendent, ita & cœli à suis intelligentiis ; admonendum enim unius causæ ad effectus concurrunt, atque secretissimo, & inscrutabili modo operantur: hinc dicitur à Philosopho , 12. Metaph. Omnia unum esse, ex ratione ordinis;*

12 terminus enim , à quo omnia dependent suo ordine , & in quem iuxta genus suum fluunt, unus est ipse Deus, medium , principium & finis rerum omnium: in quibus tribus perfectio earum est posita lex, sive jus. Hinc Philosophus dixit;

13 *Nihil aliud est Deus, quam quædam universi lex, libr.de mundo. Quid enim aliud* (inquit Seneca lib. 4. de benef. Ambr. Calep. verb.natura) *est natura, quam Deus, & divina ratio toti mundo, & partibus eius inserta: & sic natura dicta est ab eo, quod aliquid nasci faciat, cuius proprietatum causam aliam nullam invenimus, præterquam quod ita naturâ comparatum sit, seu ita visum sit natu-*

ræ, ab ea que jussum. Unde his ab origine repetitis, (naturalia enim **14** naturali scientia scire oportet) Osualdus lib.1. c.7.lit.B.invehit in **15** Vaconium 1. declar. 1. num. 9. & declar. 2.num. 2. haud rectè, ex eo, quod scitè jus naturale arborum & herbarum agnoscit, & omnes omnino inclinationes naturæ naturali juri tribuit: quia inspecta prima causa efficiente , à qua est omnium rerum perfectio & operatio, lex, sive jus , est, quod natura omnia docet, sive influit. Lex inter Hebræos ap- **16** pellatur à verbo *thora*, quod idem est, quod doceo, sive dispono; & jus, & lex æquivocè mutuantur , teste Valer. Max. lib.9.c.1. de oppugna- tricib. legis Oppiæ : & sic lex, & jus docens, & disponens, solum in prima causa efficiente , seu Artifice summo est: lex autem, sive jus edictum, & dispositum, est in omnibus rebus , ab illo creatis , quas ita dis- ponit, & disposuit , ut & aquis , & ventis , & procellis sonantibus le- gem posuerit , ne transirent fines suos. Quis ergo negabit? Siquidem adeò tritum fuit inter sapientes axioma : *Qui naturam dicit, exclusa mente, & intelligentia, nomen inane dicit: & hoc modo fraus in vulpe, saevitia in leone, sagacitas, & blanditia in cane, jus naturale est.* Pater Ludovicus Granatensis in Symbo- lo ; & in cæteris animalibus quid- quid natura docet, & disponit : & sic defenditur Claudio David, ab **17** accusatione Osualdi, dict.lib.1.c.7. lit. B. At verò jus, tanquam ars docens, & disponens, non potest esse, **18** nisi

nisi in artifice rationali, sive in eo, qui dominus est suarum actionum, sive factus ad imaginem, & similitudinem universalis supremi Artificis; quia ars nequit esse sine ratione, nec ratio absque libero arbitrio: ut rectè agnovit Cicero pro Milone, dicens: *Ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus, & feru natura ipsa prescripsit.* Ideò post Deum, & Angelum, solus homo, jure, seu arte rationis operatur. Ita admittendus est Osualdus lib. 1. cap. 7. lit. I. & Antonius Faber, 1. Jurispr. 2. pr. 1. ubi dicit, *jisus aetimandum esse ex ratione:* & intelligendus est D. Isidorus, c. jus naturale, 7. dist. 1. 19 ubi inquit, *Ius naturale est commune omnium nationum, eò, quod ubique instinctu naturae, non constitutione aliqua habetur;* agit enim ibi de jure tantum naturali, quo universale humanum genus regitur; cuius exempla subjecit, de libertate, de acquisitione eorum, quæ cœlo, terra, mariquæ capiuntur, &c. Et propriè inservit Gratianus, in summa, 1. distinct. & per totam, qui tantummodo egit de duplice jure, quo humanum genus regitur: de cæteris autem animantibus, nihil; quia nullum ex eis, praeter hominem, habet ius, & artem seipsum regendi. (Hoc didici à Præceptore meo Domino D. Ferdinando de Ojeda, Juris, & omnifariæ, ac omnigenæ eruditio- nis, ex penetralibus scientiarum peritissimo, tunc Collega Majore, & Majore quidem mei Collègii, & in ejus litterarum emporio, Magisterii Decretorum Magistro, nunc

autem aulæ Regiæ, sive urbis Praefecto, viro Consulari, ac Parricidii Quæstori, & in nostri Philippi Quarti, melius quam Diana lucis ius dicente.) Dicitur autem ab Isidoro, *instinctu naturæ;* quia natura rationem tribuit, & ideo dicitur naturalis ratio. Deus quidem ipse de pingit imaginem suam: & licet hæc liberè operetur, non necessitate jussus naturæ, ut cætera animalia: pen- 20 det tamen à sua origine tripliciter, quia factura, quia imago, & quia similitudo illius est: causa enim pendet ex causa, ordo longus rerum trahit. Insita igitur est ratio instinctu naturæ, deinceps illa ratio est primum principium omniū actuum humanorum, secundum Divum Thomam, 1. 2. quæstione 58. cap. 2. ipsaque noscit dominium, & libertatem naturalem, ipsi quoque homini insitam à natura, & exinde decernit, ac præscribit decreta, & iussa, sive jura vivendi, & operandi, iuxta lineas, & præcepta sui originalis: hoc enim ratio suadet, si imago, & similitudo est. At non est dicendum, hominem ex necessitate agere, cum actio humana non sit, nisi sit libera, & rationalis, ut dixi infra, ex Divo Thoma, & Patre Azor, lib. 1. mor. c. 20. ita ut etiam actus imperatos à corporis natura, & sic communes cæteris animantibus, veluti videre, audire, edere, deambulare, dormire, coire, &c. voluntate suā laxat, aut reprimit, quia dominus est omnium suarum operationum quod neutquam reliquis conceditur animalibus, quæ impul- D 2 su, &

su, & vi naturali abdita rapiuntur,
Animalibus enim (ait Seneca) *pro ratione imperio, homini pro imperio ratio est* : unde Boet. lib. 1. prof. 6. De caligine exiens vidit omnia regi lege æterna , hominem autem relictum fuisse in manu consilii sui : sic actus naturales hominis , quia sunt actus mentis rectæ rationis, ut docet D.

21 Thom. differunt in genere causæ efficientis , & in genere causæ formalis , à brutorum operationibus. Hinc scitè ex Covarr. in reg. peccatum , de reg. jur. in 6.2. rel. §. 1 i. nu. 4. & Ant. Fabro , 1. jurispr. 2. pr. 1. & in l. 1. s. 3. de just. Osualdus lib. 1. c. 6. lit. G. subscribit, jus naturale, in operationibus communibus omnibus animantibus , commune esse homini materialiter , non verò formaliter. Sed supponens Ant. Faber hoc verum antecedens , miserè defecit in consequentia , quam intulit

22 ibi : *Ergo edere, bibere, dormire, & alia hujusmodi, licet sint naturalia, non tamen erunt juris naturalis, quia fiunt ex necessitate cōmuni hominibus cum brutis, magis quam ex usu rationis; quā destruit suum antecedens, & definitionem Vlpiani, in d.l. 1. d. §. 1.* Nam si hæc naturalia communia sunt æquè hominibus, & brutis, absque differentia rationis , ad quid essentialis differentia humana ? ubi illud commune, tantùm materiale ? & illud differens formale ? quia cæteri actus humani, nempè elicit, intelligere, credere, velle, intendere, frui, eligere, consentire, & uti, communes minimè sunt, nec materialiter, nec formaliter ; sunt enim præ-

cipui humanæ naturæ , rationalisque ; isti autem , & illi imperati juris naturalis sunt , quia quidquid 23 ratio naturalis influit , natura influit ; *Omnium artifex docuit me sapientia.* Prov. 20. 27. & iterum ; *Lucerna Domini spiraculum hominis, quæ investigas omnia secreta ventris:* quidquid impulsus naturalis movet, natura movet. Hinc ubique Plinius, *naturam parentem, rerumque opificem* appellat ; est enim mirabilis , & artificiosa natura , quæ vario, abditissimoque , & inscrutabili artificio instruit , & docet , quidquid unicuique proprium sui est , & hoc est jus naturale , quod suum cujusque rei proprium est, naturaliter edoctum , & impulsum ; & sic verè intelligitur Vlpianus , & illustratur ab alio, etiam melioris notæ Consulto, eruditissimoque D. Gregorio Lopez 24 Madera , supremo hujus Regni Senatore , & magno , ac magno quidem etiam virtutibus , & scientiâ: qui nemo sic lucem protulit hujus intelligentiæ caligini , dicens , animadvers. c. 2. n. 5. & seqq. non opus esse ratione in brutis, ad id, ut jus in eis sit naturale : quia jus omne (inquit) proficiscitur ex ratione Legislatoris naturæ , qui est Deus. Prov. d. cap. 20. n. 12. *Aurem audiensem, & oculum videntem, Dominus fecit utrumque :* non autem requirit rationem subjectorum, sed illis tantum parere necesse est. Idem, quod dicitur apud Manilium ; *Materieque datum est cogi, sed cogere mundo.*

Supposita intelligentia Platonis in Phileto,

Phileto, ubi asserit, quæque cum ratione fieri, & divina scientia, & ab ipso Deo, & naturam iuxta rationem, & cum ratione, ac mente, cuncta adornare: quia omne opus suum intra, & extra tenet, propria originis generatione conceptum, ut dixi ex Seneca, & aliis, infrà, de imperio, & potestate Angeli, ex Omnipotentis signaculo: estque Artifex universalis, qui omnia opera naturalia, aptè inter se arctat, & licet diversa, & varia, omnia tamen dependent à regula, norma, & jure tanti Artificis: omnia enim naturalia in pondere, & mensura facta sunt, & fiunt, Prov. c. 11. num. 1. *Et pondus aquum voluntas ejus,* dicitur: inde sapientia Dei est causa efficiens juris, ut eruditè notat Weseueclus, lib. 1. tit. 1. parat. lit. F. nu. 15. Et patet de fide, ex Apostolorum actib. c. 17. *In ipso enim vivimus, movemur, & sumus:* & sic quidquid illis inest, & ipsa operantur, regulatum jus est, ad æquatumque, non ad æquans ex natura sua, sed ex jure supremi Artificis, rerū omniumque Genitoris. Ita præsensit P. Gregorius in Meth. par. lib. 2. cap. 3. Albertus Gentilis, 3. lect. 1. Loriotus, de jur. art. 10. & Forcatulus, dial. 37. num. 3. & ex Platonicis, & Pythagoricis Turnebus, in 1. Cicer. de legib. quibus annuit Osualdus, supra relatus, lib. 1. cap. 6. lit. G. Et Pater Molina, ex Philosopho 5. Ethic. cap. 7. jus naturale definiens, *Illud esse* (inquit tract. 1. de just. disp. 4. num. 1. & 3.) *quod ubique eandem vim habet,* & non quia vide-

sur, aut non videsur, id est, cuius obligatio oritur ex natura rei, de qua est præceptum, & non ex arbitrio præcipientis: isto tamen ultimo verba mutuato, pro *operantibus*, sive *facientibus*; quia, qui nō est arbiter, non est præceptor, & solus Deus est arbiter, & præceptor juris naturalis, inde immutabile est: quia nō ex arbitrio, & præcepto rei mutabilis, & temporalis, sed æterni, & immutabilis præcipientis, licet in re mutabili, & circa rem mutabilem, temporalemque præceptum sit: illinc nunquam injustum est, sed semper æquum habetur. Ita explicatur Urbanus Papa, Justinianus, & Isidorus, c. sunt quidam, 25. qu. 1. §. sed naturalia, de iur. natur. cap. jus naturale, dist. 1. & Plato, lib. 10. de legib. ait enim, *Naturalis cuiusque speciei instinctus inanis esse non potest, sed hominis species, immutabiliter, ad Deorum religionem fertur:* semper enim illa divina sapientia instaurat, quod abiit, eodem jure, specie, & numero immota, & ignota quadam suavissima agitazione, uti Philosophus etiā intellexit, in extremis vitæ suæ, palinodiā erroris sui, de æternitate mudi recantans, in Politic. *Simul* (inquit) *natura sempiternam esse completa, ac individuorum reparacione, proprieatè quæ per speciem tantum durare res poterant, non per numerum;* sic provisum fuit ab ipsa divinitate, aut nutriente divino, natura utriusque, masculi, & feminæ, ut invicem copularentur. Idē dixit Vlpianus, l. 1. §. jus naturale, de just. & ex eo Justinianus, princip. instit. de jure nat. *Hinc descendit maris, ac feminæ*

27

conjunctio, hinc liberorum procreatio: incorruptibiliū enim numero (dociet idem Arist. lib. 2. de generat. ca. 11. text. 70.) corruptibilium autem, non numero, sed specie, substātiā reverti necesse esse. Hinc Justinianas novella 22. de nuptiis, in principio inquit; Matrimonium sic est honestum, ut humano generi videatur immortalitatem artificiosè introducere, & ex filiorum procreatione renovata genera manent, jugiter Dei clementia, quantum est possibile nostra immortalitatem donante natura.

28

Et ille magnus Mercurius Trismegistus, potius quam prophanus scriptor, Theologus inter Ägyptios; (nec ambigo didicisse à Moysē, quæ vera dixerit, contemporaneus enim fuit:) ut ille in Genef. 1. & 2. iste in Pimandro ait; Ex templo Deus, verbo sancto suo, clamavit; Pullulate, adolescite, propagate universa germina, & opera mea: item dominator omniū, ex templo sancto suo, mentali, opificeque verbo existat Sol, ac simul dicto ignis, qui natura sublimis, ac levis esset; hanc scilicet purissimū, ac luminosissimū, atque efficacius, & genitalius corripuit, spiritu suo, natura, & extulit in alio ex aqua: Quibus verbis adeò illustratur nostra doctrina, ut non nisi Magistro Moyse, fidelique instructore, dixisse videatur. Subscriptit deinde firmissime in dialogo quinto, cui titulus inscribitur: Quod Deus latet, ac patens sit, Tatium filium erudiens, rerum omnium creationem, ac ipsius Creatoris providentiam, mire interrogat: Quis mare suis finibus circumscripsit? Quis terra pondus sistit, & librat in medio? Est certe (res-

pondet) aliquis, ô Tat, horum author, & dominus: etenim locū, vel namerum, vel mensuram servare, absque authoris virtute, impossibile est. Ordo fieri à deformitate nequit, eges autem deformitas domino.

O Germana vox! imò fidelis lux: 29
oraculi vice habeo: gloria enim nobis testimonia ab infidelibus, quæ consentiunt, & veris nituntur sacræ paginæ, & nostræ fidei, ut illa istis; ubi Job alloquens ipse Deus, increpat imperitos, qui naturalia opera sapiētissimo ipso privant Artifice: *Quis posuit* (interrogat Job c. 38.) *mensuras ejus?* si nosti, vel quis tendit super eam lineam, &c. & ibi: *Per quam viam spargitur lux,* dividitur astus super terram? *Quis dedit* vehementissimo imbri cursum, & viam sonantis sonitru? ut plueret super terram, absque homine, in deserto, ubi nullus mortaliū commoratur, ut impleret inviam, & desolatum, & produceret herbas virentes. *Quis est* pluvia pater, vel quis genuit stillas roris, &c. ibi: *Quis posuit in visceribus hominis sapientiam,* vel quis dedit gallo intelligentiam? & ibi: *Quis preparat* corvo escam, quādo pulli ejus clamant ad Deum, vagantes, eò quod non habeant cibos? Nunquid nosti tempus partus ibi cum in petris, vel parturientes cervos observasti? Dínumerasti menses conceptus earum, & scisti tempus partus earum? Incurvantur ad fætum, & pariunt: separantur filii earum, & pergunt ad pastum, egrediuntur, & non revertuntur ad eas: *Quis dimisit* onagrum liberum, & vincula ejus quis solvit? &c. & ibi: de struthione, duratur ad filios suos, quasi non sint sui, frustra laboravit,

*laboravit, nullo timore cogēte; privaravit enim eam Deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam, cùm tempus fuerit, in alium alas erigit, deridet equum, & ascessorem ejus; & ibi: Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expendens alas suas ad austrum? Numquid ad præceptum tuum elevabitur aquila, & in arduis pones nidum suum? Ecce ubi patet, omnium operū, & operationum naturalium, solum Deum esse artificem, jure, & ratione Creatoris, summiq[ue] artificis, & gubernatoris; Sicut domus sine artifice, aut pannus sine texente fieri non potest, ita nec universum hoc sine auctore: Eusebius Cæsar. lib. 7. de præparat. Evang. cap. 4. ut etiam apud ipsum Job, cap. 37. dicitur; Flante Deo, concrescit gelu, & rursum latissima funduntur aquæ, frumentum desiderat nubes, & nubes spar-gunt lumen suum, qua lustrant per circuitum, quo cunque eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne, quod præcep-rit illis super faciem orbis terrarum, sive in una tribu, sive in terra sua, sive in quo-cunque loco misericordia sua eas jussérit inveniri. Ausculta hac Job, s[ic], & considera mirabilia Dei. Ecce ubi defini-tur, jus naturale esse præceptum, & Altissimi jussum, quo omnia fiunt, & naturaliter operantur. Quod quia verè, è corde iterum dixit Mercurius ille Trismegistus, dial. 5. *Quis enim singula finxit? Nónne hæc solus ipse invi-sibilis Deus cuncta, propria volun-tate molitus est? & cùm statuam, ac imaginem absque fabro, ac pictore fieri nullus afferere audeat, miram mudi hu-jus constitutionem, sine conditore consti-tisse putabimus? O cæcum! ô nimis im-**

*pium! ô profundis obrutam ignorantia tenebris! Cave, cave fili mi Tati, ne un-quam artificium prives artifice. O magna lux naturalis! quæ à Patre lu-minum, etiam radium tuum immisisti in eos, qui non sequuti fuerūt: iterum enim (inquit ipse Trismegistus, in hymnodia) Cano iam Creatorem, omnium terrarum distributorem, calum aequilibrantem, jubentem ex oceano aquam undique fluere dulcem, ad hominum alimentum, jubentem ignem fulgere supernè, ad actiones hominum. Jure igitur, seu jussu omnipotentis, omnia naturalia fiūt: inde quidquid natura docet fieri, jus naturale est, 31 sive jussus naturæ, ad æquatus natu-ræ ipsius rei, in qua, & circa quam jubetur fieri, nexus quodam subtilissimo, causa pendente ex causa, jure ex jure, jussu ex jussu, natura ex na-tura, operatione ex opere, genere ex genere, specie ex specie, indivi-duo ex individuo; à principio opifi-cii, lōgo pulchram catenam rerum omnium naturalē trahente ordine: Seneca 3. de benefic. A quo igitur? nisi ab eo, qui sapientia sua æterna attingit à fine, vñq[ue] ad finem, & dis-ponit omnia suaviter; Ignis (enim Psal. 148.) grando, nix, glacies, sp[iritu]s procellarum: qua faciunt verbum ejus. Hac sciëtiâ iterum excitabatur ad laudes Dei ipse Propheta Rex; *Qui descendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis: ip[s]i] viderūt opera Domini, & mirabilia ejus in pro-fundo; dixit, & stetit sp[iritu]s procel-la. Psal. 106.* Vedit & ille perspicax ju-ris naturalis lynæus Trismegistus Mercurius, & quasi interpres vide-tur,*

tur, in Pimandro, dial. 12. *Arduum* (inquit) quiddam est ô filii, Deum percipere: hunc quoties intueri velis; adverte mundi ordinem, atque ordinis ejus ornatum, adverte necessitatem illorum, que sensu percipiuntur, providentiamque cunctorum; qua facta sunt ante, & qua quotidie sunt. Ex quatuor ergo his, fili, agnoscet, percipiesque Deum, ex ordine scilicet rerum, ex naturali earundem obedientia, ex illius providentia, qua singularis quibusque prospicit. Ecquisnam ergo est tam naturæ lumine captus, qui cum ingentem hanc mundi navim, recto itinere, ac irrefragabili lege, per temporum varietates, ad occasum, veluti ad portum properare conspicit, summum ibi nautam, ac moderatorem Deum esse non percipiat? Quis etiam tam vecors, qui cum haec omnia rerum corpora in hac magna mundi urbe, nova, ac perpetua pacis, ac amicitiaz lege conciliari, numero, & specie conservari animadvertisit: statim sapietissimum his Deum gubernatorem, qui ea imperio, & iussu coercent, efficiat, & conservet, praesidere non existimet?

32 Cave igitur, cave, ne jus naturale sine ratione constituas, ne artificium prives artifice, ne in atheismum incidas: nam, ut inquit Lactantius, lib. 1. instit. divi. ca. 11. Nemo est tam rudit, tam feris moribus, quin oculos suos in cælum tollens, tameisi nescias, cuius Dei providentia regatur hoc omne, quod cernitur, aliquā ramen esse intelligas ex ipsa rerum magnitudine, motu, dispositione, utilitate, pulchritudine, temperatione, nec posse fieri, quod id, quod mirabiliter ratione constas, non consilio majori

aliquo sis instratum. Iterum Trismegistus ille, in libro, qui inscribitur, quod Deus invisibilis, fit ex operibus manifestus. *Aspice* (ait) quos artes unius materia, quot opera, una circumscriptione, cunctaque pulchra, cuncta cum mensura, cuncta seorsum. *Quis* hec omnia fecit? *qua* mater? *quis* pater? nisi invisibilis Deus, qui sua voluntate cuncta operatus est? at statuam, vel imaginem sine artifice, aut pictore, nemo dicer extitisse: *hoc ergo opificium fuit sine opifice?* O cactatem incredibilem! ô magnam impietatem! ô incredibilem ingratitudinem!

Excitemur ergo ad veram juris naturalis cognitionem, & inde ad laudes omnipotentis ejus artificis, his verbis ejusdem Mercurii; *Quando vero laudabo te, Pater tuus, & momentum capere non valemus* (tuū enim inquam est) *Quia potissimum in re laudes cantabo tuas? Nu in illis, quia creaveris? an in illis, quia non creaveris? Num in illis forte, quae in lucem e tenebris eruisti? an in illis, quia latet adhuc arcano finu recondita? Per quid tandem hymnos tuos dicabo? Nunquid in laudatione talis ipse mei juris existam, an potius alter efficiar? Ipse profecto est. Quidquid ego sum, ipse est; quidquid agam, ipse est; quidquid denique dicam. Quid verius? quid fidelius? sed cape à puriore lympha fideliū, & sacroru. Scriptorum Divi Gregorii Nazianz. lib. 2. de Theolog. Theodoreti, lib. 4. de Græc. affect. curat. Cyrilli Hierosolymitani, catech. 9. Tertull. adversus Marc. libro 1. cap. 14. Athanasii, oratione contra idola; Ambrosii exam. lib. 4. cap. 1. Augustini, in Psal. 148. Clementis recogn. libro 8. Ex quibus Zacharias*

Zacharias Boverius, in *Symbol. demonstrat.* i. artic. 6. eruditè, & fortiter insurgit cōtra Atheistas. Quid de animalibus (inquit, post plura de jure, & ordine cæterarum rerum) dicendum, cùm divinâ providentiâ factum sit, ut cum temporis sene-ctâ resloverentur, per progeniem reparentur, & mira quadam dispen-satione providentiaz, nascituro pecori lac præparetur, in uberibus, ac statim ut natum fuerit, nullo docente, sciat ubi alimoniaz suæ horrea requirat.

Gignuntur autem non solùm mares, sed & fœminaz, ut ex utro-que possit rursus constare posteri-tas. Sed ne viderentur hæc naturaz quodam ordine, potius quâm dis-pensatione Conditoris fieri, pauca quædam, ad divinaz providentiaz indicium, immutato prorsus ordi-ne, servari jussit: nam ut per os concipiatur corvus, & per aurem mu-stella generet, (jus etiam naturale est iulſus, & præceptum summi Moderatoris)ut aves nonnullæ, sic ut gallinaz, interdum ova, vel ven-to, vel pulvere concepta pariant, alia quædam animalia marem, vici-bus alternis, in fœminam vertant, & sexum per annos singulos com-mutent, ut lepores, & hyenaz, alia etiani ex terra orientur, atque inde carnem sumant, ut talpæ; alia ex ci-nere, ut viperaz; alia ex putrefactis carnibus, ut vespæ quidem equi-neis, aptes autem bubalis; alia ex simo boum, ut scarabæi; alia ex herbis, ut de oxymo scorpius; & rursus herbæ ex animalibus, ut ex

cornu cervi, vel capræ apii, & af-parragi; quid de phœnix, ex ipsa-met morte vitam iterum vindican-te? Claudianus, de Phœnix.

Parturiente rogo cur in natura labo-rat?

Æternam ne perdat avem.

Et quid opus est plura enumerare, an non divinæ providentiaz opus est? quæ mutato ordine eo, qui à natura datus putatur, multimodis differentiis generationem, & nativitatem animalium cōstare voluit, ut ex his non irrationalis rerū cursus, sed supremæ cujusdam mentis, omnium Opificis ratione ductus ostenderetur. August. 5. de Civit. cap. 9. Igitur quod natura omnia animalia docuit, verè jus est, & à prima causa effidente, ratio, & lex,

*sanc̄tio, & velut vox divina mentis, cuius lege immobilis rerum humanarum ordo seritur, (Livius ait, lib. 25.) Quâ contemplatione, Philo Judæus in-signis Platonicus, de mundi opific. invehit in eos, qui Platonem improbè intellexerunt: quem defen-dit cognovisse mundum, non ab æ-terno; quia in omni opere patrem, & genitorem, & opificem Deum illum, ar-chitec̄tum appellat: opificium autem ve-nustum, ac quasi partum, ac prolem, ab exemplari intelligibili simulachrum il-lius artificis, qui solus æternus est. Abs-que illa tamen nota, testis integræ frontis est D. Gregor. Nazianz. in orat. 2. de Theol. qui, *Quemadmo-dum* (ait) *quispiam citharam pulcher-rimè constructam, & elaboratam cons-piciens, ejusque concinnitatem, & con-stitutionem, aut etiam cithara cantum**

33

E audiens,

audiens, nihil aliud, quam ipsum cithara conditorem, atque citharæ dum mente reputat, atque adeum cogitatione fertur, etiam si de facie ipsi ignotum, eodem quoque modo nobis us, qui res universas creavit, easque moveat, atque conservat, sese declarat, etiam si animis nostris, ingeniiisque comprehendendi nequeat. Quis ergo naturæ conditor, & juris naturalis citharæcdus est? nisi suprema ratio, divinaque sapientia, ac lex illa æterna, & jus summi Dei, *Sine quo* (Ciceronis utor verbis, i. de legib.) neque domus vlla, nec civitas, nec hominum universum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus posset. Et sua eloquentia præclarè hoc iterum persuadet; *Qui namque convenit* (ait de natur. Deor.) *signum, aut tabulam pietam; cum aspexeris scire adhibitam esse artem, cumque procul cursum navigii videris, quin id ratione, & arte moveatur, non dubitare, aut cum solarium, vel rescriptum, aut ex aqua cōtemplare, intelligere, declarare horas, arte, non casu, mundum autem, qui & has ipsas artes, & earum artifices, & cuncta denique complectitur, consilii, & rationis esse expertem putare?* At si divinam administrationem, & Deorum à rebus providentiam secluserimus; que in natura excogitari poterit ratio, per quam ea, que à natura fiat, administrari dicantur? Igitur à fortiori, jus naturale, sive quod à natura fieri docetur, ars est boni, & æqui ratione supremi naturæ Artificis, cuius (ut canit Statius, i. Thebaid.

---*Grave, & immutabile sanctis (id est jus)*

Pondus adest verbis, & vocem fati sequuntur.

Delirant, qui apud principia, & nexus naturalium causarum, necessitatibus cedunt, ut Tacitus, 4. Annal. Nos verè à causa principe id petimus, id est, Deo, ex quo suspensa sunt omnia, à quo sunt omnes causæ causarum. Fatetur Senec. 2. qu. natural. Quis enim arbores cortice superinduit, quo ab æstu, ac frigore, & reliquis temporum injuriis se ipsas tueri valeant? Quis folia eisdem tribuit, quibus tenerculi, ac molles fructus ab irruentibus imbris, ac solis ardoribus protegerentur? Quis generationis appetitū animalium? Quis apta ad lactandos fœtus ubera, & ad aleandos miram solitudinem, & solertiam? Quis aves docet nidos componere, paleas substertere, ova foovere, fœtui incumbere, alimēta pro iis sollicitè querere, pro eorum tutela decertare, & cætera, quæ ad futuram speciei conservationem necessaria sunt, enixè prouidere? Quis formicis providentiam, apibus solitudinem, serpentibus prudentiam, ac cæteris omnibus proprias naturas, motus, ac propensiones ministrat? Si naturā eam esse velint, quam rerum veluti matrem esse putant: cum ea mentem non habeat, quo consilio ea efficere potuit? Neque enim ubi non est mens, aut consilium, vis vlla esse potest, quæ res disponat, atque ad suos fines dirigat? Ergo jus naturale ratio est, consilium, & lex universalis Artificis naturæ, bonique, &

35
æqui naturalis ars: & verè quia omne jus ex mente legislatoris rationem æquilibrij, & boni, & æqui stateram,

stateram , & mensuram desumit; quod exactè , & pulchrè confirmat Plotinus Enn. libr. 3. cap. 2. Platonem initatus. *Totus (dicens) mundus providentia quadam imperatoria est constitutus, cornente actiones, & passiones, & qua adesse oportet, alimenta, arma, machinas, & profectò quacunque ex his inter se connexis conspirantibus consequuntur: sunt prævisa, ut quocunque ex his evenit, locum, ubi bene situm sit, nanciscatur. Procedunt quidem omnia ab exercitus duce, & sagaci quadam, solertia ratione: quævis etiam externa sunt, ab eoque aliena, que hostes sunt illaturi. Procedit autem hac divina providentia ab inicio ad finem desuper se diffundens; nec aequalis secundum numerum proportione, sed secundum comparationem quamdam proportionis, alter distribuit alibi: quemadmodum in uno quodam animali, à principio ad extremum risè conexo, membrum quodlibet munus proprium possidet, & melius quidem actionem habet præstantiorem, deterius autem inferiorem sibi convenientem; etenim partes inter se diversæ, diversas habens actiones; unum nihilominus ex cunctis, & providentia una; omnia enim, qua in mundo intelligibili sunt, ratio sunt, supra autem rationem intellectus, & anima pura: quod vero deinceps, quatenus inde provenit, providentia est, & quatenus est in anima pura, & quatenus in animalia propagatur. Ratio usque in partes inaequales distributa progradientur, idcirco nec facit aequalia, sicut appareat in quolibet animali: qua vero deinceps sunt, providentiam comitantur; amica enim est Deo providentia ratio, qua hanc secùs se ha-*

bet in mundo, quam in animali sanitas: que quidem ratio in mundo regnans, ordine per cuncta procedit, & qua sunt, & qua fiunt. O quam valde attollit D. Basil. exponens versiculū Psalmi 32. Omnia opera ejus in fide; & sacram etiam Domini sententiā, per Matth. 10. Nonne duo passeres esse veneunt, & unus ex ipsis non cader super terram sine Patre vestro? vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. (Fido igitur calamo inquit Basil. in Psal. 32.) Cave dicas, temerè factum est hoc, & spōte hoc provenit, nihil enim inordinatum, nihil non præfinitum, nihil accidit frustrà, nihil temerè fertur. Omnia enim operantur iussu, voluntate, & jure omnipotentis, non necessitate. Eliminetur Epicurus, qui tertianæ, ac quartanæ febris reditum, maris æstus, carnis reviviscit, arborum pullulationem, naturæ monstra admiratur, atque ex iis, naturæ necessitatem rebus inesse infert. At cur potius (inquit rectè Boverius) ex his ordinatis, ac vicissitudinariis motibus metis aliquujus supremæ sapientiam non stupet? Quæ res ita gubernat, ut nihil omnino inordinatum esse sinat; quia etiam ea, quæ præter naturam sunt, non tamen absque jure, & iussu Altissimi. In omnibus ergo ordo est, non à naturæ necessitate, impositus, sed à rerum causis, Deo imperante, collatus.

Sed nihil in tota magis est mirabile mole,
(inquit Manilius lib. 1.)

Quam ratio, & certis quod legibus omnia parent.

Si ratio imperat, ergo libera voluntas: & sic mentitur ipse Manilius in aliis versiculis, lib.4. quos apostolus lactizō.

Quod non arbitrio veniunt, sed semine certo:

Gratia nec levior tribuetur dulcibus eis;

Quod natura dedit fruges, non ultra voluntas.

- 39 Necessitas parēdi est, sed imperandi libera voluntas, & ratio supremi Imperatoris. Hujus veritatis fulgorē perfusi Stoici, duo rerum principia esse dixere: nempē efficiens, & patiens, illud Deum, hoc materiam (verè quidem si fateantur, & materiam ex nihilo creatā ab ipso Deo) non coeternam, ut aliqui assēclæ Aristotelici erroris somniare, sed temporalem, uti est de fide, & etiam assēsu Platonis, & optimæ notæ Philosophorum ferè omnium, & radiis rationis eruditè defēdit Zacharias Boverius in Symbolo, demonst. i. art.7. & 8. cum sequent. Videatur ergo (inquit Laërtius) Stoicis duo esse universorum principia, efficiens, & patiens, & patiens quidem qualitatis exorsum essentiam materiam; efficiens autem rationem, quæ in ipsa est, sive Deum. Diffusus Seneca, epist. 89. Dicūt, ut scis, Stoici nostri, duo esse in rerū natura, ex quibus omnia fiant, causam, & materiam: materia iacet, iners res, ad omnia parata, cessatura, si nemo moveat: causa autem, id est, ratio materia formar, & quocunque vult, versat, & illa varia opera producit; esse ergo debet aliquid unde fiat, deinde à quo fiat: hoc causa est, illud materia. Igitur omnium operū, & ope-

- 40 teria. Ititur omnium operū, & ope-

rum, & operationum naturaliū causa, quæ format, & quæ efficit, ratio est, estque ipsius Dei. Nec immēritò Crysippus pro ratione supponit veritatem, pro natura necessitatem; veritas enim, & jus cujusque rei est adæquatio debita divinæ rationis cum re ipsa. Solum peccatum materia inobsequens est: quia repugnat divinæ rationi, & veritati, ut mirè differit Seneca i. qu. natur. in præfat. *A magno Artifice non formantur prava, nō quia cessat ars, sed quia id, in quo exercetur materia inobsequens arti est.* Et discimus à D. Ambrosio, lib.6. epist. 34. *Quid Deo est impossibile? non quod virtuti arduum, sed quod natura contrarium: impossibile est ei mentiri, impossibile istud, non infirmitas est, sed virtutis, ac majestatis.* Et inde, quidquid natura docet fieri; jus recte dicitur, ab ipsa ratione effetricè: quæ causa, sive ratio est operis naturalis: & sic statim Seneca inquit; *Quærimus, quid sit causa?* Respondet: *Ratio faciens, id est, Deus.* Iterumque; *Vniverſa ex materia, & ex Deo constant.* Et M. Tullius; *Naturam dividebant (refert) in res duas, ut altera esset efficiens, altera autem, quasi huic se præbet, ex qua efficeretur aliquid in eo, quod efficeret, vim esse, id est jus, censabant: in eo, quod efficeretur, materiam quandam, in utroque tamen utrumque.* Et ex illorū dogmate Apuleius, de dogmate Platonis; *Quas essentias dicimus, sive materias, duas esse ait Plato, per quas cuncta gignantur, mundusque ipse, quarum una cogitatione sola concipiatur, id est Deus, altera sensibus subiecti potest, quæ est materia.* Itaque quando dicitur,

41 dicitur, *jus est, quod natura omnia animalia docuit, intelligitur natura, quæ causa est, sive ratio faciens, id est, Deus, non materia, quæ iacet iners, res ad omnia parata.* *Duo rerum omnium principia Plato statuit* (inquit Laertius) *Deum, & materiam, quem illum etiam mentem appellat, & causam.* Causa autem, id est, ratio, materiam format (ait Seneca, epist. 65. & consol. Helit. cap. 8. Just. Lips. lib. 2. Physiol. Stoic. c. 8.) & incorporalis ratio ingentium operum artifex est. Et Mercurius Trismegistus, c. 1. Ratio sancta naturæ supervenit, & ignis purus exiluit ex humida natura in altum: movebatur autem à ratione spiritali, quæ super ea ferrebatur ad auditum, quibus profecto paria. Moyses, *Spiritus Domini ferebatur super aquas*, id est, ratio divina, & sapientia per materiam decurrentes, & omnia creans, & efficiens fovebat aquas, rerumque formas educebat verbo virtutis suæ. Bover. docet contra Atheistas, in symb. dem. 2. art. 21. Unde Homerus allegoricè induxit Protheū, & Eidotheam: illum quidem sapientem, primam, & principem causam, quæ in varias, quasque vult, se vertit formas, sive ex eo, quia erat omnium artium peritissimus, omniumque rerum sapientissimus, de quo Virgil.

—*novit namque omnia Yates,
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.*

Sive (ut alii ferunt) quia captum amore Pamontæ, in omnigena spēcim se variasse; isti tamen fabularum tenebrosa caligine obnubila-

runt veritatem, quia verè scimus, quod cœlum ipsum quam latè tendatur, quam rapidè voluatur, vel quod in noctem astris distinguatur, vel quod in diem sole lustretur, propter hominem fieri ab illo summo omnium Moderator, cum miro, divinoque æquilibrio, sive jure sapientiæ, & potentiarum, ac bonitatis ejus. Scimus tenebrarū, & luminis recursantes vices, ut sit nobis operis, & quietis æterna reparatio, nec non Solis ambitus in annum, & Lunam actu suo, senioque labore circuagere in mensem, ut cum admirabili, varioque temporum ordine, diversæ fruges homini, stabili etiæ æmula varietate, luxurient: qui ordo, quæ varietas facile turbaretur, nisi maxima ratione, & jure cōsisteret. Inde auctorem suum, parentemque testatur. Ver æquè cum suis floribus, & Æstas cū suis messibus, & Autunni maturitas grata, & Hyberna olivitas necessaria: quæ concinnitas reciproca, & perennis, nascendi, pereundi gyrum. Quo pacto, absque potentissima ratione, & potentia rationabili? Siquidem singula, non modo ut crearentur, fierent, disponerentur, & iterum, atque iterum; incessanter reparentur, eodem ordine, naturâ, & perfectione summi opificis, & perfectæ egent rationis, verùm etiam sentiri, perspici, intelligi, sine summa solertia, & ratione non possunt. Quidvè animantium loquar, adversus sese tutelam multiformem? Alias armatas cornibus, alias dētibus septas, & fundatas vngulis,

E 3 & spi-

& spicatas aculeis, aut pedum celeritate liberas, aut elatione pennarum, summaque ratione praeditum suum profitentes architectum. Aspice cum Philostrato, Eg. Mas. araneas attexentes domos.

Si quid araneo miraris in ordine docta.

Has quidem latas, has vero concavas: in latis et statem agunt, in cavis hyemant, quamplurimos exprimentes orbes filorum, quorum a primo ad minimum extensi continxunt laquei, que atque orbes inter se distantes, per quos qui in perficiendo adjuvant, opere discurrentes, remissa intendunt stamina, verum & texendi mercedem assequantur, muscas, si quae telis implacentur, capientes: unde ne pradam quidem ipsarum præterit, ac neglexit summa illa omnium artifex sapientia; *Quid sapientia locuplesius, qua operatur omnia? & quis horum, qua sunt, magis quam illa est artifex.* Sap. c. 8. 5. & Tertull. lib. de pallio Cataclistæ, Ambros. in Exam. lib. 5. cap. 17. Unde nisi ab ea tam artificiosa, tamque perfecta musicæ avium scientia, tam ingeniosa modulatio, tam gratus auribus sonus? unde nidorum edificium, de quibus dictum est; *Nidus enim sapientia pretiosior est auro.* Unde apibus tantum laboris, atque industriæ amor? (Admiratur D. Gregor. Naz. orat. 34.) ut & illæ favos construant, ac sexangularum fistularum, sibiique invicem, ex adverso respondentium adjumento contineant, & per intermedium parietem, atque angulos, & rectis

lateribus alternatim invexos, domicilium suum fulciant, idque in tā caliginosis aluearibus, obscurisque figmentis. Admirari tibi rationi humanae, admirari fas, sed non imitari; sapientioris enim, ac prudentioris Artificis opus est: penè intelligit, imò non intelligit ratio humana. Lactant. de ira Dei, cap. 10. Rationes ergo divinæ artificia, & opera naturalia sunt. Hoc Crysippi, apud Lactantium, argumentum validum sane extat. *Si quid est* (inquit Crysippus) *quod efficiat ea, que homo, licet ratione prædictus efficere non possit, id profectò est maius, & fortius, & sapientius hominem: homo autem non potest facere cælestia, nec minuscum terrestrium animalium, nec foliorum herba.* Ergo illud, quod hac efficerit, superat hominem arte, consilio, prudentia, potestate. *Quid igitur potest esse, nisi Deus?* Quis dispositus membra pulicis, & culicis (interrogat D. August. Psal. 148.) ut habeant ordinem suum, habeant vitam suam, habeant motum suum? unam bestiolam brevem minutissimam considera, quam volueris; si consideres ordinem membrorum ipsius, & animationem vitæ, quâ movetur, pro se fugit mortem, amat vitam, appetit voluptates, devitat molestias, exerit sensus diversos, viget in motu cōgruo sibi. Quis dedit aculeum culici, quo sanguinem sugat? Quâ tenuis fistula est, quâ sorbet? Quis dispositus, & disponit ista? Expavescis in minimis, lauda magnum Artificem, cuius jure, arte, & sapientia omnia fiunt. Prædicta admiratione, etiam

etiam ethnici Philosophi sere omnes agnoverunt Deum omnium rerum opificem, post Trismegistum, qui à Moysé libavit, Plato sectator ejus (quem eruditè contra Proclum, & Simplicium defendit Plutarchus, de dogmat. Philosoph. Deinde Empedocles, Euripides, Sophocles, Phocilides, Phoenices, Arates, & Jamblichus, quem divinum Platonici appellant, & Anaxagoras Chaldaicæ Theologizæ assecla : cujus sententiam commendat Plato in Phædone; Audiens (inquit) ex libro Anaxagora, mentem esse mundi adificatricem, hac sum misericè letatus, nullamque puto probabiliorem reddi posse rationem, & in Cratyllo esse, (inquit) justissimam, quam Anaxagoras mensem dicit, afferit Cratylus; que cum sit Imperatrix, nullique commixta, eam tradidit omnia creasse, per omnia commeniam. Subscripsit Diogenes Apolloniata, temporibus Anaxagoræ, qui per aëris nomen divinum quoddam numen intellexisse videtur, cuius virtute universa condita sunt, & fiunt. Et Thales Milesius, unus ex Græciæ septem viris, qui non in aere, sed in aqua illud adesse existimat divinum numen, à quo omnia fiunt. Sed quia in mente illorum erant squamæ infidelitatis, etiam in dictis, quas apollactizans Zacharias Boverius, in Symbolo, demonstr. 1.4.5. & 6. vere, & fideliter veritatem exprimit;

42 quoniam vera cognitio Dei, & operum ejus, non est absque fide in contubernio humano: in caliginosa enim natura humana, post pec-

catum, lumen rationis crepusculum tantum est, & dubia lux, nisi adveniente infallibili, & indubitate fulgore Solis fidei: *Bonitatem, & disciplinam* (canit Psalmista) *dote me: quia mandatis tuis credidi.* Ratio sapientiae fides est; cui proximi etiam crepusculum Seneca, & Epictetus proxima veritati dixerunt; ille enim epist. 95. & de provid. cap. I. & II. quest. nat. & lib. 3. de benefic. *Primus (ait) est Deorum cultus, Deos credere.* (Ecce fides) Deinde, reddere illis maiestatem suam, reddere bonitatem, sine qua nulla maiestas est; scire, illos esse, quis præsident mundo, qui universa vi sua temperant. *Vivit Deos propitiare, bonus est.* Satis illos coluit, quisquis imitatus est. Præesse universis providentiam (etiam ait) & interesse nobis Deum, ex quo suspensa sunt omnia, causa causarum, causa pendet ex causa privata, ac publica, longus ordo rerum trahit, causa rerum implicata, nexus, & catena divina rationis, & legis, quæ omnia certo, & in aeternum dicto equilibrio decurrunt: quia, ut inquit Divus Damascenus, *Providentia est divina voluntas, sive sententia, per quam omnia, quæ sunt, convenientem ordinem, & regimen habent.* Sive (ut inquit Laertius in Zenone) *est ratio, per quam facta sunt facta; fiunt, quæ fiunt, fiunt, quæ fiunt.* Et Epictetus Hierapolensis (licet servus, & corpore claudus, mente tamen nobilissimus, ac rectus, & venustissimus, qui inter nocturna Philosophiæ Gentilitiæ astra, quasi stella Veneris refulxit, nec ambigo barbarico Domitianæ edicto ab Urbe relegatum,

legatum, quia amicum Christianæ veritati.) Iste ergo, ut ex Agelio, & Suida, Just. Lips. ad Stoic. Phil. lib. 1. cap. 19. cùm de opere naturali se ipsum interrogaret, quomodo fiunt hæc omnia? *Quemadmodum* (inquit) *Moderator ea moderatus est, statim iussis esse, hominem succedere, statuit abundantiam, & caritatem, terra virtutem dedit, dedit & vitium, omnes id genus contrarietas, pro concordia rerum, unicuique nostrum dedit corpus, & membra corporis, &c.* Dedit & vitium, scilicet sterilitatem, ut inquit Consultus Vlpianus, l. 15. de locato, l. fluminum, §. 2. & 4. de dam. infect. Denique nemo dixit, palustris loci, vel arenosi nomine, quasi virtiosi commissi stipulationi, quia naturale vitium est. Et ibi; *Non violentia ventorum, vel qua alia ratione, que vim habet divinam.* Et iterum: *Si qua tamen vicia ex ipso re orientur, veluti si vinum coacuerit, si rancis, aut herbis segetes corrumpantur.* Et Cicero dixit, de provid. cap. 5. æternæ legis imperio omnia fieri, quam Plato, lib. 10. de rep. *Adrastra legem appellavit; & Pindarus, omnium Reginam mortalium, immortaliisque esse.* Et Plutarchus concludit adversus Crysippum, hoc evidentissimo argumento; *Nisi Deus cuncta fecisset, si necessitas rebus inesset, non omnium Dominus esset, quod existimare, aut dicere, impiissimum est.*

45 Non absque magnò mysterio Dei nomen quadriliterū est, apud Hebræos *Heoba*, apud Græcos *Deos*, apud Latinos *Deus*; Persi, Syri, Magi, *Orsi*, pro Deo utuntur, Egyptii *Tens*, Arabes *Alha*, Mahometistæ

Abdi, Itali *Dio*, Hispani *Dios*, Galli *Dien*: quia ut Platonicis placet, quadruplex Dei excellentia nomine significatur; prima *natura*, secunda *esse*, tertia *virtus*, quarta *operationis*: quibus cuncta efficit, ac disponit. Cave igitur, cave, ne atheizes, neve fatizies, ne artificium juris naturalis tanto prives artifice, & opus mirabile naturæ, consilio opificis omnium, & ipsam operationem naturalem perfectione, cùm jus naturale nihil aliud sit, quam mensura, sive norma, pondus, & statera operis naturalis. A quo ergo hæc mensura, pondus, & numerus? nisi ab æterna illa Sapientia, cui dicitur Sap. cap. 11. vers. 21. & 25. *Omnia in mensura, & numero, & pondere dispositi.* Et iterum, Proverb. cap. 11. num. 1. *Pondus aquum voluntas ejus.* Ac iterum, *Et librabas fontes aquarum.* Et de Deo vero, verè intelligitur versus Colum. lib. 10.

Et paribus Titan orbem libraverat horis.

Et Lucani lib. 9.

Heic quoque nil obstat Phœbo, cum cardine summo

Stat librata dies.

Nec obliqua meant, nec Tauri Scorpius exit.

Rectior aut Aries donat sua tempora Libra,

Aus Astræa jubet lentos descendere Pisces:

Par Geminis Cheiron, & idem, quod Carcinus ardens.

Humidus Ægoceros, nec plus Leo solitetur Vrba.

Quoniam ratio ponderis, & men- 47 suræ,

suræ, nec est in libra ponderali, sive mensurali; neque in re, quæ appenditur, sive mensuratur, nec in dupli- ci stateræ lance: sunt enim hæc instrumenta, & materia: sed ratio est in adæquatione mensurantis, deli- berantis, & trutinantis: ex quo æquum, & justum, sive jus. Quis enim dicet, adæquationem, & mensura- tionem carere ratione, ex eo, quod libra, & res, quæ librâ appenditur, & mensuratur, expers rationis, & etiā sensus sit? Nemo quidè sanx men- tis: igitur nec jus naturale, ex eo, quod natura rei, quæ in opere na- turali appenditur, & mensuratur, ratione sit iners, & incapax, à con- silio, & ratione æquibrantis, exu- lare ausus erit. Siquidem jus natu- rale, verè est adæquatio operis na- turalis, cum natura rei; ideo sem- per justum, semper æquum, firmum, & immutabile est. Et quia hæc ad- æquatio, ponderatio, & commen- suratio est vis (sive ut inquit Phi- losophus, lib. 5. Metaph. cap. 12. text. 17. *Principium motus, vel muta- tionis in alio, vel quatenus aliud est, at- que etiam aliquid bene, re & tèque, aut ex volūtate afficiendi facultas.* Vis etiam naturalis dicitur, & à vi, jus, trans-

verso litterarum earūdem ordine, sine adjectione, nec diminutione, non ascitè appellatur, quoniam jus est vis efficiendi, & bene faciendi multa, ac magnæ, & omnia in om- nibus, quia est productiva, & con- servativa rerum bonarum, ut docet ille Philosophia Consultus, lib. i. Rhetic. cap. 9. Productiva perti- net ad theses, conservativa ad hy- potheses: & sic vis, & ratio juris, & legis efficiendi, producendi, conser- vandi, imperandi, verandi, permit- tendi, & puniendi, l. virtus, s. de le- gib. à Legislatoro virtutem capit, 49 non à subditis. Itaque jus naturale non potest non esse ars boni, & æqui summi Legislatoris naturæ, omnis jurisque Consulti incompre- hensibilis, cuius verè est æquum, & bonum, ac æquitas ipsa, adæquatio, & jus, justitia, fortitudo, temperan- tia, omnipotentia, magnificentia, magnanimitas, & liberalitas, pru- dentia, & sapientia, & ratio: & si quid in nobis est, ab illo est; imò ni- hil in natura, nisi ab illo. O vix hu- manam in homine naturam, quam utinam parte aliqua imitari mihi fas! & per vestigia ista serpere, et si longo intervallo.

C A P V T V.

*Ratio juris, pro ut ars est, ejusque præstantia,
etymologia, & definitio.*

S V M M A R I V M.

1. Sicut omne jus naturale à diuina ratione Authoris pendet naturae: ita jus humanum, sive omnium actionum humanarum rectitudo à ratione dependet humana.
2. Post peccatum Adæ ratio humana incerta est, & plerumque falsa.
3. Iure adæquato Incarnationi Iesu Christi Domini, nostri Redemptoris, sanctissima, immaculataque Virgo Maria Mater ejus fuit absque vitio concepta, & ab omni labe præservata.
4. Nulla ars solâ naturâ contenta est.
5. Arte opus est, ut rectè ratiocinetur, & ut rectè operetur, quæ Iurisprudentia dicta est.
6. Homo tygri assimilatur.
7. Usum intelligentiae, munus civilis intelligentiae Plato appellat.
8. Prudentia duplex est.
9. Iurisprudentia artificiosè discenda est.
10. Eventus humani sunt in alta nocte.
11. Artifex sue artis legibus parere debet.
12. Romani artificio juris, magno dominio, & imperio potiti sunt.
13. Absque juris arte, nulla felicitas imperii est.
14. Duodecim Tabularum leges, licet civilis sapientiæ elementa, omnium tamen scientiarum complementum sunt.
15. Apud Hebreos tot præcepta legum, quot membra, & ossa humani corporis fuisse traditur.
16. Ars jubendi debet esse altera natura.
17. In cognitione rerum nihil præstantius, quam intelligi, nos ad justitiam esse natos.

Ad

18. *Adiustitiam non nisi collectis, & collatis præceptis naturalibus gen-
tium, & civilibus pervenitur.*
19. *Iustitia est ars commensurandi æquum, & bonum, distribuendique.*
20. *Iusti, injusti distinctio.*
21. *Animal omne irrationale, quodcumque fecerit, jure fecisse existimatur,
& quare.*
22. *Homo, quia positus in manu consilii sui, non naturæ vi, sed rationis
arte operari debet.*
23. *Ratio ratiocinando jus dicit, quod est medium, sive proportio, & pari-
tas inter bina extrema, & inde perfectio omnium humanarum actionum.*
24. *Inter tradere plura, aut pauciora, & inter plura, aut pauciora accipere,
jus est, cuius actio iustitia est media, scilicet inter injusti extrema.*
25. *Quare aliæ virtutes non ita indigeant arte, sicut iustitia.*
26. *Agere, & pati non sunt extrema virtutis, in agendo enim virtus, aut
vitium consistit.*
27. *Ius statera est, & pondus, sive ratio æquibrantis; iustitia, ipsa dimen-
sio, mensuratio, & appensio; justum autem, appensum, & dimensum.*
28. *Quando rectè dicitur, jus de iustitiae fonte manare.*
29. *Iustitia, quando à jure nomen vindicat.*
30. *Vlpianus explicatur in illis verbis, Ius est ars boni, & æqui.*
31. *Adæ peccatum nihil, nisi extrema, & vitiosa nobis parturit: at vero
ars civilis implere vult, quod nostra naturæ deest, id est, æquum, &
bonum.*
32. *Haec definitio, Ius est ars boni, & æqui, debet intelligi, non solum in
principia virtutis iustitiae, sed etiam in ceteris moralibus.*
33. *Instrumenta, & regulæ hujus artis, boni, & æqui sunt leges.*
34. *Ius ciVile est omnium virtutum æquilibrium, & ars artium, atque scien-
tia scientiarum.*

Sol e v r omne jus natu-
rale à ratione divina
supremi illius libripen-
dis , naturæque æquili-
brantis pendet: ita jus ,
sive bonitas , & rectitudo actionum
omnium humanarum , seu liberi ar-
bitrii , à commensurazione rationis
dependet humanæ , sive ethicæ , sive
politice : nam licet hominem natu-
râ justum fuisse factum , ut & Tullius
cognovit , rationemque illi in-
genitam , & cognatâ , ac lègem cor-
dibus inscriptam , æquū , & bonum
cuique , per se obviū , & perspicuum ,
& nihil magis naturæ , & rationi cō-
sentaneum esse , quam justum ab
injusto , & quum ab iniquo secernere
subscribo : tamen , post peccatum
hominis , quippe ratio pro captu cu-
jusque , & affectuum perturbationi-
bus , varia , & diversa , ac per hoc in-
certa , & plerumque falsa : unde scri-
bit Plutarchus , de fratern. am. *Mor-
talium res si cunctas examines , invenies
in plerisque surpidinem.* Quia ut fu-
rialis illa apud Ovidium Virago
prosiftetur :

— *Video meliora , proboque:*

Deteriora sequor.

Et Horat. lib. 2. epist. 1.

Nam nemo sine viisiis nascitur.

Et Ausonius.

*Vix bonus , & sapiens , quem vix rep-
perit unum :*

*Millibus è multis hominum Consul-
tus Apollo.*

Et Eccles. cap. 7. *Non est homo justus
in terra , qui faciat bonū , & non peccet.*
Fuit tamen mulier , Virgo sanctissima , ex qua natus est Jesus , ille , qui

repertus est ex miryadibus unus ,
vir bonus , & sapiens , & cuius excel-
lentiâ , & providentiâ , ratione , jure-
que adæquato Incarnationi ejus , il-
la , ex qua natus est sola etiâ , & una ,
non solum nata est sine vitiis , sed
etiam concepta , & absque omni
labe præservata purissima Virgo
Maria Mater Dei . Et his duobus
adimpletur pluralis numerus illo-
rum , in quos etiâ regnavit mors (ut
inquit Apostolus ad Romanos 5.
num. 14.) non peccaverunt , in simi-
litudinem prævaricationis Adæ , ibi:
*Sed regnavit mors ab Adam , etiam in
eos , qui non peccaverunt , in similitudinem
prævaricationis Adæ . Pluralis enim elo-
cucio (ait Vlpianus , in lib. 12. de te-
stib.) duorum numero contenta est : cæ-
teros autem omnes , qui peccarunt ,
in similitudinem prævaricationis
Adæ . Cùm enim species recti deci-
pere solēt , ut apud Jurecōsultos ca-
vetur , l. 3 i. ff. depositi , l. 2. de jur. &
fact. ig. l. 9 i. s. sequitur , de verbor.
obligation. Et ex judicio Cyri , apud
Xenophōtem , lib. 1. de instit. Cyri ;
maximè si propriæ innitatur rationi
c. ne innitaris , de constit. Inde , licet
omnes artes , ac disciplinæ , etiâ me-
chanicæ , à ratione humana originē ,
& perfectionem capiant ; nulla ta-
men est , etiâ vitissima , & trivialis
professio , quæ solâ naturâ contenta
sit , & quæ nō tyrocinio , magisterio ,
usu , & exercitatione artificiali indi-
geat , l. 5. s. vltim. ad leg. Aquil. l. 1. in
princip. & s. 2. de extraord. cog. toto
tit. de excus. artif. C. lib. 10. nam &
loqui arte opus est , ut rectè loqua-
tur , eloquatur , quam Grammati-
cam ,*

cam , & Rheticam appellamus, lib.6.in princip. & s. Philosophi, de excus.lib.1.in princip. de extraord. cog.l.2.l. Grammaticos, C. de Professor. lib.10.Et arte opus est, ut rectè ratiocinetur : quæ Dialectica, si vē Logica dicitur, quas jus laudat, & foveat, alioqui non solum facillimè erratur, sed etiam, ut notat Hor. de arte Poët.

In vitium ducit culpa fuga, si careret arte,

Naturā fieret laudabile carmen in arte?

Quæsum est, ego nec studium sine divite vena,

Nec rude quid profis video ingeniū : alterius sit

Altera poscit opem res, & conjurat amicē.

Multò magis arte opus est, ut rectè operetur, quæ Jurisprudentia dicta est, princeps, ac domina omnium scientiarum architectonicè, ut asseruit Arist. 1. Ethic. cap.2. & lib. 6. cap.2. & polit.lib.3.cap.8. aliàs 12. Et ideo *Ars artium* (ut merito dixit Gregorius, cap. 4. de æstat. & q.) *scientiaque scientiarum est, regere animalia varium, & multiplex.* Tygri enim homo assimilatur in voluptuoso, vario, indociliique sensu, sed arte affectus , peculiariter obsequens, subjicitur virtuti, teste Horatio, lib.3. ode 3.

*Hac remarentem, Bacche Pater sue,
Vexere tygres, indocili jugum
Collo strahentes.*

Inde rerum singularum prudensia est (ait Philos.6. Ethic.cap.8.) *qua nostra homini per usum fiunt : non per*

usum plurium annorum , quia brevis vita est , & experimentum longum , sed per usum intelligentiæ 7 (quem munus civilis intelligentiæ appellavit Plato , dialogo Euthyd. & discipulus ejus Philosophus , 4. Polit. cap.4.) æquum ab iniquo separet , licitum ab illicito discernat , meditatione plurium, non singulorum. Virgil. 1. Georg.

Vt varias usus meditando extenderes artes.

Ita boni artem, & æqui, justi, & iusti scientiam , sive omnium scientiarum, & artium architectonicè civilem sapientiam , divinarum denique , & humanarum rerum omnium extundat notitiam. Dupl. 8 cem enim esse prudentiam firmamus ; aliam merè naturalem, qualis singulorum esse potest ; aliam præscriptis legum , & juris arte instruētam , informatamque , quam Jurisprudentiam appellamus : illam diversiformem, vagam, nutantem, & erroneam : l.31 ff. depositi, hanc unam , & eandem certam , & constantem , à qua prudentes , sapientes , & sophi merito dicuntur, l.2.5. 18. & 19. de orig. jur. Neque si quis naturali prudentia etiam polleat, ideo prudentiam juris, cuius artem non didicerit, posse continuò sine summa sua , & publica fraude sibi arrogare : nam quamvis jus ratione constet humana , non tamen simpliciter , sed artificiose extricandum , expoliendum , & absolvendum est, atque in unū, & integrum æquitatis corpus , quod suis omnibus partibus perficiatur , compōnendum,

nendum, l. i. §. 3. & l. 2. §. 1. C. de veter. jur. enucleand. quia cùm eventus omnes humani sint in alta nocte, & (ut inquit Plinius, Panegyric. ad Trajan.) *Occultas eorum semina Deus, & plerumque bonorum, malorumq[ue] causa sub diversa specie latet.* Ideo jus inventum divinū est, quo cognoscantur, l. i. de legib. s. Unde Aristot. 3. Politic. scribit; *Qui leges imperare jubes, Denm jubes imperare; qui verò hominem, belluam adjungit:* huic enim similis est, propter affectus, quibus lex non movetur. Hinc etiam ipse Princeps legibus alligatū debet profiteri, l. Boethos, C. de Tabular. lib. 10. l. 4. C. de legib. absque illarum enim arte, Horat. de arte Poët.

Quidquid delirant Reges plectuntur Achivi:

Iura negat sibi nata, nihil non arrogat armis.

ii Ubi enim opus perfectum, si artifex suæ legibus artis non paruerit? Ita qui Juris artis præscripta contemnit, vincula' non modò judiciorum, sed etiam utilitatis, perfectio- nisque vitæ communis, ac privatæ revellit; & justitiam rerum confusam, & inconditā reddit molem, & propensionis potius incultis, quām ratiocinationis pānis perpolitis involuit, cùm nō nisi apti, non tamen propēsi naturā simus, evigilato studio, ex quatuor potētissimis causis, sacerdorum in cōdendo diurnitate; & prudentiæ artificium, in elabo- rando jure, multitudine, & præstantia; publici, ac privati status, in explorādo variatione; ac imperii, in

perficiendo, absolvēdoq[ue] magnitudine. Æquum ab iniquo separemus, licitum ab illico discernimus: pacto quo Romani, & artificio, quasi Dei numine in æquita- tem propensi, dcmnio maximo, & imperio potiti sunt, ut exornat D. August. lib. 5. de civit. Dei, c. 1. 12. & 21. ex Lamprid. & Salust.

Tu regere imperio populos, Romane, memento:

Ha tibi erunt artes.

Hec eadem cura fuit Persis, quibus singulare studium fuit juventutem in æQUITATIS inquisitione, justique, & injusti notitiâ continuò exerce- re, & in hanc rem magistros adhi- bere, ac præsertim regiæ proli, quæ in spem imperii erudiebatur, ut vi- dere est apud Xenophont. lib. 1. de Cyri institut. & Platonem, in Al- cib. nam *in jure cavere* (inquit Tullius, lib. 2. de offic.) *consilio juvare,* atque hoc sententia genere prodeſſe quamplurimis vehementer, & ad opes augendas pertinet, & ad gratiam. Et Lactant. lib. 7. divin. instit. cap. 15. Scitè (inquit) Seneca urbis Roma tem- pora distribuis in aetas: prima infan- sia, à Romulo genita, & quasi educata; deinde pueritia, cateris Regibus antea, & disciplinis, institutisque formata; & adulta, tuore rejecto Tarquinio, malis legibus obtemperare, quām Regibus; & adolescence fine Punici belli termina- ta, cœpit juvenescere; ac deinceps subla- ta Carthagine amula Imperii, viriliter manum porrexit in orbem: cùm jam bellorum materia deficeret, viribus suis malè usq[ue] ipsa se confecit; & sic senectu- se ad alteram infantiam revoluta, Re- gis .

13 *gīs tutoris administrō egere cāpit.* Ideo quia absque Juris arte nulla felicitas est, nec imperii, & libertatis diuturnitas; quoniam summa libertas parere legibus est, ut civitas fundatur legibus, Quirites à Græcis sapientiæ indagatoribus, juris quæsierunt rudimenta, l.2. §. exactis, de orig. jur. nempè duodecim Tabularum leges, quæ licet civilis sapientiæ elementa, omniū tamen scientiarum complementum, ut Favorinus Philosophus, apud Aulū Gell. lib. 20. meritò dixerit, non minùs cupidè duodecim Tabulas à se leetas, quam decem libros Platonis, de legibus. Et Tullius, lib. 1. de Oratore, verè ex animi sententia; *Fremant omnes, licet dicam (inquit) quod sentio, Bibliothecas me hercule, omnium Philosophorum, unus mihi videtur duodecim Tabularum libellus: si quis legum fontes, & capita viderit, & authoritatis pondere, & utilitatius ubertate superare.* Inde & ipse Cicero, lib. 2. de legib. cæteri pueri, sicut carmen necessarium memoriter discebant, exemplo Persarum, & Græcorum: de illis enim Xenophon, lib. 1. de Cyri instit. de istis Philosophus, lib. 5. polit. cap. 9. & problemat. sect. 19. nu. 28. *Omnium, que ad rerum publicarum diuturnitatem, & stabilitatem faciunt, maximum est (quod nunc omnes negligunt) puerorum educationem, atque instructionem, ad Reip. administranda formam legum, quarum nullus est usus, nisi cives eas, quasi in mores verserint, ab ipsa pueritia ius informari, & imbuti.* Quod Agathyrnis in more fuisse xatae sua Aristoteles refert, & Plu-

tarchus in Lycurgo, pluribus exponit Lacedæmonios, suas leges, non tabulis, sed moribus exprimi voluisse, ut quasi in naturam transirent. Hinc apud Hebræos tot præcepta, quot membra, & ossa humani corporis fuisse traditur, hoc est, sexcetesima decima tria præcepta, ut altera natura sit ars jubendi, quæ 16 facienda sunt, prohibendique contraria; sicut ipsa ratio naturalis, quæ cum ipso genere humano prodita est. §. singulorum, instit. de rer. divis. l. 24. de statu hom. l. 1. de acquir. rerum domin. Cujus est individuus, & coœvus effectus diffusus in omnes (ut inquit Cic. 3. de Repub. & lib. 1. de legib.) constans, sempiterminus, qui vocat ad officium, jubendo, & vetando à fraude deterret: & ita omnium, quæ in Doctorum disputatione versantur, nihil esse præstabilius, quam planè intelligi, nos ad justitiam esse natos, eamque disceire & ipsi monent mortui, apud Virgilium, 6. Æneid. verf. 618.

— *Phlegiasque miserrimus omnes*

Admonet, & magna testatur voce per umbras,
Discite iustitiam, moniti, & non temnere Divos.

Ad quam, quia est voluntas constans, & perpetua, jus suum unicuique tribuens, non nisi collectis, & collatis naturalibus præceptis gentiū, & civilibus, quæ jus constituit, pervenitur: est enim ipsamet justitia, ars commensurandi æquum, & bonū distribuendi, ita ut neque in dexteram, neq; in sinistrā partem inclinet,

- inclinet, & à punto in punctū pertingens rectitudo : ratio denique, æquitas, & proportio cuiusque rei bene gerendæ, seu gestæ : unde canentium voces etiam justas dicimus, cùm cæteris concinentibus concordes sint: vestem item, & calceos justos, qui pedibus, & corporibus proportione respondent: balistam quoque rectè dispositam ad signum ferendum, justam appellamus : justum enim dicitur in universum, ad rectū finem conducens, & artificiali medio non carens. Injustū autem, & ab una extremorum meta devians, injustum est, id est, absque debito jure factum. Proinde
- 20 omne animal irrationale, quia rotam naturæ suæ rectam involuit, quodcūque fecerit, jure fecisse existimatur, l. i. §. 6. 10. & 11. ff. si quad. paup. & inst. de lege Aquil. §. 2. jus quæ exequitur ab ipsa natura edictum, id est, proportionem illam, & mensurā naturalem operandi, quæ vulgo dicitur instinctus, sive stimulus, cuiusque animalis naturæ adæquatius, & in fine recto impetu propensio genitalis, hoc est jus, quod natura omnia animalia docuit, quo injuriam nequeunt inferre, l. i. de just. & jur. d.l. i. §. 3. ff. si quad. l. 55.
- 21 de reg. jur. Arist. 5. Ethic. c. 9. At vero homo, qui positus est in manu consilii sui, arbitrioque prædictus, non naturæ vi, sed rationis arte subtilissima operatur; ideo rationis lineas transgrediens præscriptas, aberrat, injuriamque committit, injustum facit; quia ratio ratiocinando jus elicit, & jus est medium quod-
- 22

dam, proportio, & paritas inter bina extrema: itaque est perfectio omnium humanarum operationum, actionumque, ac virtus earū, veluti inter scandescere, & nimiam abjectionē. Jus est humanitas quidem: *Talem verò (monet Justinianus, novel. 17. cap. 2. & 5. & novel. 24. c. 2. Sen. de ira, c. 16.) præbebis sometipsum omnibus, & publicè, & privatim, ut terribilis quidem sis delinquentibus:* (non scandescens, sed constanti, & recto motu, ut docet Calistratus, in l. obseruandum, ff. de offic. Pres.) *mansiuerissimus autē, & misis omnibus placidis, & devotis, & paternam eis exhibens providentiam.* Inter edere, & esurire jus est, id est, temperantia; inter temeritatem, & metū jus est, id est, fortitudo; inter scire quod non oportet, jus est, id est, prudenter, inter tradere plura, aut pauciora, & inter plura, aut pauciora accipere, jus est, cuius actio justitia est media, scilicet, inter injusti extrema; nam licet singulis virtutibus, uti mediis, bina vitia extrema tribuantur: justitiae tamen uni nullum illud, præter injustitiam assignatur; & quævis cæteræ plus, & etiam minus, tanquam extrema respiciat, & fugiant, intra suæ operationis limitem actio circumscribitur, justa, sive injusta, media, aut excedens: illa autem, quæ media est inter plus, & minus dando alteri, & plus, & minus accipiendo ab altero, sociabilis virtus est, circumferturque extra operationem dantis, & accipientis, jure, & proportione geometrica quoque, & arithmeticæ, ut ex Consulto

24

sulto notat Gotifredus, Laut facta, ff. de penis, & ibi Doct. Inde boni, & aequi arte opus est, justi, & iuguli scientia: quia licet in agendo certatur virtus, & vitium, non in agendo, & patiendo, ut recte sentit Odouardus Gual. de civil. facult. lib. 8. cap. 3. verè tamen Aristoteles censet, actionem justam medianam esse inter agere, ac pati injuriam, injustum autem plus commodi accipere, & minus incommodi; non
 26 quia agere, & pati sint extrema virtutis, quoniam ex ipsa actione unius ultraque extrema pendent: in agendo enim virtus, aut vitium consistit, non in agendo simul, & patiendo, sed quia ex persona, & affectu agentis, simul etiā & patientis, præfertim in juris, & justitiæ aequilibrio plus, aut minus usurpant extrema; inter quæ evitata rota, jus versatur, ratio, rectitudo, aequitas, & proportio, cuius actio justa dicitur, & uno verbo justitia, & in esse productum justum. Jus denique statera est, & pondus, sive ratio aequilibrantis, uti scriptum est; *Pondus, & statera iudicia Domini.* Justitia autem est dimensio, estque mensuratio, & appensio; justum verò, appensum, & dimensum. Hinc Pythagoras, qui rerum omnium substantias numeris exprimebat, justitiam dicebat, numerum esse pariter parem. Apud nos Grammaticorū intelligentiam trāscendere oportet, quia jus etiam ex justo oritur veluti ex sententia, & ex conventione legitima, & tunc recte dicitur, quod jus de justitiæ fonte manavit. Cic. 2. de rep. apud
 27
 28

D. August. de Civit. 12. cap. 21. &c. quod à justitia appellatum eleganter Celsus definit, l. i. de justit. tum enim jus est mensura mensurata, & proportio proportionata, aequitas adæquata. Cum autem jus est medium inter duo extrema; estque norma, & mensura, quā actio humana 29 dijudicatur, recta, aut obliqua, aequa, aut excedens, mala, aut bona, justa, aut injusta, recte justitia à jure appellatur: quia justitia, vel injustitia, aequitas, vel iniquitas actionis humanæ, à jure, seu proportione illa, mensura, sive norma dependet, seu ab arte illa commensurandi, & dimentiendi bonum, & aequum inter bina extrema vitiosa. Mysterio quidem ferè adhuc incognito dixit Vlp. l. i. de just. *Ius est ars boni, & aequi.* 30 Quæ enim major, & excellenter ars, quam ea, quæ inter duas lineas obliquas perfectius quam Appelles, rectam & subtilissimam depingit? Quæ inter grave, & leve, magnum, & parvum, longum, & breve deponit aequum, & quod secundum ullam dimensionem, & pondus nihilo excedit? Quis ergo ambigit quod hæc proportio, mensura, & pondus sit ars? Nemo. Igitur jus est ars boni, & aequi: siquidem est prædicta proportio, mensura, & pondus; bonum enim est medium inter bina mala, aequumque medium inter bina iniqua. Ars, quæ ex improbis, & inquis expungit bonum, & aequum, magna quidem ars. Pecatum Adæ nihil, nisi extrema, & vitiosa nobis parturit; sed hæc ars, & discip'ina implere vult, quod no
 31

- stræ naturæ deest, id est, æquum, & bonum. Arist. 7. Politic. c. 17. Unde non immerito, existimo, hanc definitionem; *Ius est ars boni, & equi, debere intelligi*, non solum in præcipua virtute justitiae, sed in cæteris omnibus virtutibus, actionibusque humanis, jure, sive recta ratione dimentiendis: sed quia hæc ars apud juris Professores præcipua est, ideò ab ea appellantur Juriſperiti, & Jurisconsulti, veluti à sua, Theologi, Medicí, & Philosophi: & sicut omnis ars denominatur à subjecto. Gotifred. in d.l. i. & ibi Anton. Faber, & in Papin. c. i. hæc similiter ab æquo, & bono, & quia æquum, & bonum, ejus extremorum rectè iusmodi definitio convertitur cum suo definito. Deinde si definiamus jus, pro ut est, leges, senatusconsulta, plebiscita, Principum placita, magistratum edicta, responsa prudenter, §. constat, instit. de jur. natur. arte edoctum, nihil aliud est, nisi ars boni, & æqui; hoc enim respicit, cōtinet, & docet, sive scripto, aut sine scripto. Ita nos eruditivit Rex ille sapiens Hispanus, *Son fabidores de los aconsejar, por arte, ô por uso,* l. 2. tit. 21. par. 3. & expressè D. Paul.

2. ad Tim. 3. 16. *Ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omnem opus bonum instrutus*: nullum enim opus bonum, quod nō sit jure, normâ, seu mensurâ prædictâ factum. Et quoniam *omnis homo mendax*, ad Rom. 3. 4. dereliquitque vias rectas, jure in jus reduci oportet, eoque erudiri: ad hoc enim naturale, divinum, & positivum docetur, *ne declines in partem dexteram, neque in sinistram, ut intelligas cuncta, que agis*. Deuter. 17. Jof. 1. 7. Habita ratione, & mensura, septem illis, Claud. Sat. in l. aut facta, §. 1. de pœnis. Venul. in l. continuus, 137. §. 2. ff. de verb. obl. scilicet, causæ, personæ, loci, temporis, qualitatis, quantitatis, & eventus; quibus ab ipso libripende jure appensis, ipsum pondus jus est, & judicium, atque ipsamet fidelis statera, virtus, vulgoque canit Horatius, lib. 1. epistol.

Virtus est medium usitorum usrimque reductum.

Unde jus civile esse omnium virtutum æquilibrium, ac artem artium, & scientiam scientiarum, altero peculiari calamo, si Deus faxit, tibi monstrabo.

C A P V T VI.

Ratio juris humani, ac definitio, divisioque, atque imperium rationis, & potestas.

S V M M A R I V M.

1. In arte qualibet tradenda, ex propositionibus terminorum procedere oportet.
2. Omnia, quæ docentur, debent excitare voluntatem fine, & tunc definitione formalis, & origine, & tunc definitione materiali.
3. Intellectu, & voluntate tota circumducitur humana natura.
4. Definitio formalis juris naturalis.
5. Definitio materialis juris naturalis.
6. Humanæ operationes necesse est, ut voluntarie, & non necessarie sint.
7. Potestates humanæ reduci in jus, sive in perfectionem humanæ operationis debent.
8. Ratio lumine intellectus perfusa Regina reliquarum potestatum est.
9. Perfectio, sive jus humanæ operationis non potest consequi, sine temperie, & pace potestatum omnium.
10. Pars inferior jure tenetur obediens superiori, & irrationalis rationali.
11. Perfectio humanæ operationis in rationis imperio, & voluntatis consistit, vt in mente sit ratio, id est, veritas, in voluntate gaudium.
12. Boni conditio triplex est.
13. Lex Dei solum repetit jus, quod unusquisque debet naturæ suæ.
14. Humana operatio perfecta est, cùm simpliciter, & non ex suppositione fit.
15. Epicuri doctrinā, & opere reprobantur.
16. Ratio in corpore est præposita, veluti Senatus in Republica.
17. Ratione imperans, & dirigente, ex cunctis appetitibus corporis fit quasi concentus, & harmonia, quæ est virtus, & probitas.

18. *Natura corrupta non operatur simpliciter, sed ex suppositione.*
19. *Ius humanum quo pacto recte distinguatur in naturale & gentium.*
20. *Iuris gentium formalis definitio.*
21. *Iuris gentium materialis definitio.*
22. *Iuris civitatis formalis, & materialis definitio.*
23. *Potestate animæ, & R. eip. invicem distare, non oppugnare oportet.*
24. *Ratio Auctoris, quare ita hæc omnia prælibet ab origine.*
25. *Philosophia vera, id est moralis, seu scientia rationis, contemplativa est, & activa.*

IN qualibet arte tradenda (magistro Philos. I. Ethic.c.3.4.& 7.) plurimum, imò penè totum rei, ex propositionibus per se procedere, quæ quidem mediatè, vel immediate, à terminorum motibus, artisque natura oriuntur, præcipue finis, a quo quidem formalis definitio spectat, & præcepta omnia pendunt: nam ipse agentem invitat, & sibi materiā determinat, & est forma, & effectus. Odouardus Guangan.de civil.facult.lib. I.c.4. Omnia enim, quæ docētur, voluntatem excitare debent fine, & tūc definitio formali: & etiam origine, à qua proveniūt operādi radix, & facultas, & tunc definitione materiali, seu reali. Nos autem sphæra ethicæ, & civilis scientiæ circulatos, oportet humanarum actionum circulum describere; quia ut intellectus est principiorum, ita voluntas finis, d.

3 I. Ethic.cap.2.& 3. & intellectu, & voluntate tota circumducitur humana natura, actiones, & operaciones ejus. Si igitur formaliter in Ethica Jurisprudentia jus definia-

mus: *Est perfectio humana natura: beatè enim vivere, esse secundum naturam vivere, docet Senec. de vita beata, cap.8. Beata est ergo vita, convenientis natura sua, & finem esse, convenienter natura vivere.* Fuit Stoicorum axioma: si verò realiter, & materialiter definiamus; *Ius est actio recta inter rationalem, & concupisibillem, & irascibilem posestates:* nam sicut bona valetudo formaliter est perfectio corporis, quæ est animæ instrumentum: materialiter verò est temperies, vel conformatio corporis, secundum naturam, qualis ad operationes exigitur. Ita similiter ius est perfectio humanae naturæ: inde, ut inquit Dio, in Zenone, Plutarch. de instr.puer.Ethica Philosophia morborum, & affectionum animi medicina est; cuius finis sanitas animi est. Et Plotinus Ennod. libr. 3. cap. 2. *Haud aliter (inquit) ratio in mundo est, quam in animali sanitas.* Sic ad similitudinem illius rationis mundi Rectoris, nihil aliud ratio est in homine, quam in animali sanitatis. Materialiter autem, *est temperies animi, sive unio, seu concordatio, & con-*

& conformatio predicatorū potestatum, qualis exigitur ad operationes; quæ exinde virtutes appellantur: contra verò ex infirmitate virtus oborta bello earum potestatum. Inde, *Bene vivere* (respondet Epictetus, i. dissert. 18.) est conformiter, seu concorditer natura vivere.

Sed hæc investigatio altiorem expedit indaginem: quia cùm homo in manu cōsilii sui relictus fuit, necesse est, ejus operationes, ut voluntariaz, & non necessariaz sint, & inde felices, & glorioſæ, non circa unum tantum, & simplicem motum, sed circa plures, & multiplices contingere, & sic circa diversas potestates, ut laus sit, & gloria ei, qui elegit rationalem, & rejicit irrationalē operationem; & pœna, & culpa ei, qui bonum posset, & malum amplecti maluit. Inde homo præditus est quinque potestatis: nempè, vegetativa, sensitiva, irascibili, & concupiscibili, & rationali; de quibus sigillatim differit Odouardus Gualand. libr. 3. de civil. facult. à c. 10. sed præter unam vegetativam, quæ numquam cefsat, ejusque defectus corrigi nequeunt, lib. 8. Ethic. cap. vltim. cæterę à ratione regi, & in jus, sive perfectionem humanæ operationis cōduci, & reduci debent: est enim ratio lumine intellectus perfusa, Regina reliquarum potestatum. Unde Stoici exclamantes, solam rationalem bonam statuere, eamque cæteris imperare, quas veluti servas esse, nec unquam per se ipsas rectè operari, nisi cùm ab illa injungere-

tur. Quo potestatem irrationalē non penitus eradicare videntur Stoici, uti eis immerito calumniantur Odouardus. sed jure subjectam esse volunt: nam cùm ex parte perfecta, imperfectaque constemus; perfecta verò cùm nihilo egeat, sibi nihil appetat, sed aliquo modo socii perfectionem cupiat (ut idem Odouardus asserit, libr. 4. cap. 9.) ad illam assequendam foyet, & imperat: unde perfectio, sive jus humanæ operationis, non potest obtineri sine temperie, & pace illarum potestatum, neque temperies, & pax, sine imperio, & obedientia: jure enim pars inferior tenetur obdire superiori, & irrationalis rationali; quia tum est ratio recta, & perfecta natura, cùm est à perturbationibus libera, uti docet Aristoteles, Mag. mor. lib. 2. cap. 7. & 10. & Phys. 7. cap. 3. Ethic. 1. c. vlt. & 6. cap. 3. Et sedatis affectibus, suum munus imperandi, & dirigendi exercere non prohibetur, partem irrationalē, in qua cunctas morales virtutes locat, ut in subjecto, in parte verò rationali cognoscitives, quarum perfectio in rationis imperio, & voluntatis consistit, ita ut in mente sit ratio, id est veritas: vera, inquam, cognitio justi, & injusti, & commensuratio, quæ appellatur à Platone, in Philebo, *sapientia*; & in voluntate sit gaudium, hoc est, electio honesti, seu pulchri, quod nominatur ab ipso *voluptas*, & ex hac mixtione sapientiaz, & voluntatis, mentis, & voluntatis vera exurgit virtus, verum bonum, perfectio

G 3 opera-

operationis humanæ, quia amplectitur veritatem, commensuratiōnem, & pulchritudinem, seu triplicem conditionem boni, quæ ea est, ut perfectum sit sufficiens, & expetendum; perfectum, quia nihil sibi deest; sufficiens, quia nihil deest illi, qui ipsum capit mente, & voluntate; expetendum, quia in illo, & ex illo est, quidquid appeti potest. Hinc dicitur, Psal. 18. *Iudicia Domini vera, justificata in semetipsa: desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel, & favum. Etenim servus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.* Quoniam præcepta Domini, qui disponit omnia suaviter, & lex ejus, quæ est scripta in cordibus nostris, solūm repetit perfectionem illam, seu jus, quod unusquisque debet naturæ suæ & cùm jus humanæ naturæ debitum sit, ut pars irrationalis obediatur rationali, & cum ratione operetur, jure exigitur, jureque præcipitur: & quando non ex suppositione, sed simpli-citer fit operatio, perfectissima est, & jucundissima, Arist. Polit. lib. 7. cap. 13. in mentem enim primò, in voluntatem deinde descendit; quia in mente est veritas, in voluntate gaudium, velut à Platone, in Philēbo, & in Phædro dicitur: in mente est ambrosia, in voluntate nectar, quæ uti fabulæ ferunt, cibum esse, & potum Deorum, quo etiam mortales immortalitate potiri, & immortales fieri ajunt, sed Metaphoram explicans, Cicero i. Tusculanar. virtutem (inquit) hunc

effectū sortiri, non ambrosia Deos, aut nectare lētari arbitror, & Philosophiæ lux. 7. Ethicor. cap. 1. Si ex hominibus (ait) ob virtutē exuperationem Dī fiunt, ut ajunt, talis quidem habitus fuerit, qui feritati opponitur, etenim fera neque vitium est, neque virtus, sic neque Dei. Ex sacris literis desumptum videtur: *Ego dixi, Dī es;* & filii Excelſi omnes. Psalm. 81. Joann. cap. 10. Quia in electione boni, & rejectione mali, homines fiunt similes Deo, ad cuius imaginem, & similitudinem creati sunt, Genes. cap. 1. ut sciant reprobare malum, & eligere bonum, posintque prædictis potestatibus præditi, à Summo, summaque potentia: *Nihil enim Solis fit simile* (inquit Plato, in Theæteto, & Phædone) *nisi quadam luminis ipsius infusione.* Exter- 15 minentur Epicuri doctrinā, & ope-re, quia rationem cæteris potestatibus inservire velint, eamque reliquarum ministram statuere cōtent-dunt, unde omnia vitia pullulant, & similes brutis efficiuntur. Contrà autem, & rectè Plato, & Aristoteles, qui rationalem potestatem reliquarum Reginam, directricem, & præceptricem esse docent, ad instar Regis populi. Hippocrates autem, & Galenus parum differunt, qui existimant, non secūs se habere in anima nostra potestates, ac in optimatum Republica Magistratus. Odouardus Gualand. lib. 3. cap. 10. cùm ratio reliquis sit, veluti Señatus, præposita: & si quid ab aliis, quasi humilioribus quibusdam magistratibus, peccetur, ipsa corrigit, 16 atque

atque emendat; quodque præscribit, & ab eis exequi præcipit, jus est: ita tamen, ut si rectè agant, sua uti authoritate permittit, & præcavet, ne quid illis esse possit impedimento. Et quemadmodum in Republica, ex diversis magistratis concordibus fit unum, quasi corpus, quod Regimen dicitur, vel ipsa Respublica: ita ex cunctis appetitus in unum quasi conflatis, & conspirantibus, fit quidam quasi concentus, & harmonia, ex imperio, & directione unius, & obedientia, & executione alterius; ex cognitione unius, & electione alterius: quæ harmonia est ipsa virtus, & probitas. Sed hac harmonia (ait Wesenbec. in partit. lib. I. tit. I. pag. 10.) depravatione naturæ subinde turbata est. Si hoc tamen nunc posset fieri simpliciter, sine suppositione, esset perfectissima operatio, & jus, sive perfectio naturæ humanæ, & tunc esset propriè, & simpliciter jus naturale. Sed jam imperfecta, & post peccatum corrupta natura humana, non operatur simpliciter, sed ex suppositione, nempè usu exigente, & humanis necessitatibus: inde quod esset perfectio naturæ, sive jus naturale simpliciter, est nunc ex suppositione, subsidium naturæ ratiocinatione adinventum, & ita jus gentium appellatur, & in hoc à naturali recedere facile intelligere licet, l. I. in fine, ff. de justit. §. jus autem gentium, institut. de jure natur. & hac distinctione bimembre rectè constituitur jus humanum communne omnibus gentibus, naturale, &

gentium illud simpliciter, hoc ex suppositione, & sicut illud est perfectio humanæ naturæ, hoc est, subsidium, & reparatio humanus necessitatibus subveniendi, & ad juris ipsius naturalis perfectionem gentes, pro viribus rationis dirigendi. Materialiter autem definitur, *Ius inter omnes gentes* 21 commutatorum equalitas, ad natura conservationem necessaria. Ad cuius instar, in politica Jurisprudentia jus formaliter etiam definitur; *Est 22 civilis societatis perfectio, & conservatio*: materialiter autem; *Est bonorum inter socios, seu cives, commutatorum equalitas, ad societatis conservationem necessaria*: quæ omnia comprehendit Plato, lib. de Repub. dicens; *Injustitiam esse infirmitatis omnium causam*: nam in quolibet cœtu odium, & discordiam pariens, infirmissimum primò cœtum reddit, deinde dissolvit: easenus verò consistere cœtus potest, quatenus nonnihil distributionis justè servatur: per justitiam enim consistit, per injustitiam verò dissipatur: per illam, & sibi invicem, & alii est amicus, & utilis, per hanc undique inimicus. *Quod autem in qualibet congregazione, idem & in quolibet animo justitia, & injustitia facit, ut justus quidem, secùs ipse consentiat, amicusq; sibi sit, & hominibus, atque superis*. Subscriptit discipulus ejus, lib. 2. Moral. cap. I I. *Quoniam ergo plures sunt anima partes sum una fuerit anima, cum erga se invicem consonant ratio & passiones, sic nempè una erit: proinde hac una effecta erit erga se amicitia. Porro hac erga se amicitia in probo erit, seu bono: nam improbus, ac malus semper secū pugnat, & scipsum improbat, & non longo*

- longo pōst tēpore, quām quid ob voluptatem perpetratie, pænitentia ducunt, & oppugnans se, sibiique reluctans, ac contrariari exsistit; quia potestates animæ, & Reipublicæ, quasi nervorum cytharæ, voces intervallo diatessaron, vel diapente invicem distare, non oppugnare oportet, ut eundem cunctæ reddant sonum, & pro concentu, & harmonia unica tantum vox exaudiatur, suisque terminis contenta sit, queaque ne supræ mensuram juris sui affectus augeri. Leo R.P. epist. 82. vel 84. cap. 9. ex qua Gratian. in c. 31. 7. qu. 1. Quæ perfectio evenit, cum potestates irascibilis, & concupiscibilis non proprias subeunt passiones, sed supremæ rationali se-
se regendas subjiciūt; sed quia hæc potestas est jus operādi jus, & principium omnis humanæ rectæ operationis, & ad cujus instar microcosmi hierarchiæ, cæteræ debent ordinari politicæ, necessarium nobis videtur, exemplo Pomponii,

lib. 2. de orig. jur. sed altius repetentibus juris hujusmodi, & potestatis origine, atq; progressum demonstrare, ac ethicæ, & politicæ jurisdictionis initium, ordinem, & hierarchiam in lucem proferre. Quoniam 25 Philosophia (id est scientia rationis, ut inquit Senec. epist. 95. & ex illo Vlp. in l. i. ff. de just.) & contemplativa est, & activa; spectat, simulque agit: erras enim, si illam putas tantam terrestres operas promittere; altius spirat. Totum, inquit, mundum scrutor, nec me intra consubernium mortale contineo, suadere vobis, ac dissuadere contenta magna me vocant supraque vos posita. Ut Lucr. ait.

Nam tibi de summa cœli ratione,
Deumque
Differere incipiam, & rerum primordia pandam:
Vnde omnis natura creeret res, aucter,
alatque,
Quoque eadem rursus natura perempta resolvat.

C A P V T V I I .

*Omnis ratio, lex, jus, potestas, & imperium,
à ratione divina originem, jus, &
essentiam capit.*

S V M M A R I V M .

1. *Lex aeterna est summa ratio existens in Deo.*
2. *Lex aeterna praest, & inest rebus omnibus.*
3. *Mens nostra unde tantam congeriem rerum una cogitatione complectitur.*
4. *Nasci, denasci, oriri, aboriri, est lex aeterna.*
5. *Deus religione intelligendus est, pietate profitendus est; sensu verò persequendus non est, sed adorandus.*
6. *Plenitudo sapientiae est timorata creaturarum obedientia.*
7. *Rationi parere, imperare est; & inde, servire Deo regnare est.*
8. *Sicut Angelorum hierarchiae, ita hominum ordinatæ obediere tenentur legi Dei, & rationi insitæ ipsis.*
9. *Ius, vis, & virtus, siue ratio, & perfectio nativa omnium rerum, à summa, & infinita ratione Altissimi pendet.*
10. *Iuris naturalis definitio ab efficienti, scitè ab Vlp. & Iust. explicatur, in l. 1. de iust. & in §. 1. instit. de iure natur.*
11. *Iureconsulti seclatores fuerunt integerrimi Stoicorum doctrinæ.*
12. *Ratio, virtus, & jus rebus omnibus insitum, potestas, & imperium ab illa sunt legæ aeterna.*
13. *In Ægyptiorum templis addito ritè sacramento scriptum, quod est, quod fuit, quod erit.*

H

Ex

I. **X** ore Altissimi prodixi (dicit ipsa æterna ratio, & sapientia) primogenita ante omnem creaturam. Eccl. cap. 24. Est enim lex æterna (docet Diuus Augustinus, lib. 1. q. Exod. quæst. 67. & lib. de ver. rel.) summa ratio existens in Deo. Et interprete Angelico Theologorum Lanista. 1. 2. quæst. 91. & 93. Est ratio, seu conceptus gubernationis rerum in Deo; & cui omnia creata subduntur, & regulantur: est denique omnis lex. Turrecrem. & Doctores, in cap. omnis, 1. distinct. Diuus Augustinus, lib. contra Faustum, & lib. de libero arbitr. Soto, de iustit. quæst. 3. Hæc est, quæ cum Deo erat cuncta componens, quando circundabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, & librabat fontes aquarum: hæc est, quæ dicit, Proverb. cap. 8. Meum est consilium, & aquit. mea est prudentia, mea est fortitudo, per me Regent regnant, & legum conditores iusta decernunt, per me Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Et Eccl. 2. 4. Ego feci in cælis, ut oriretur lumen indeficiens, & sicut nebulam texi omnem terram, ego in altissimis habitavi, & thronus meus in columna nubis, gyrum cæli circuiui sola, & profundum abyssum penetraui, & in fluctibus maris ambulaui, & in omni terra steti, & in omni populo, & in omni gente primatum habui, & omnium excellenatum, & humiliū corda virtute calcavi Agnouit etiam in alta gentilitate Cicero, lib. 2. de legib. dicens: Quamobrem lex vera, acque princeps, apta ad jubendum, & ad vetandum, ratio est re-

cta summi Dei. Et iterum, Erat enim ratio profecta à rerum natura, & ad rectè faciendum impellens, & à delicto avocans, quæ non tunc denique incipit lex esse, cum scripta est, sed tunc, cum orta est: orta autem est cum mente diuina. Idem, quod ipsa inquit, Proverb. cap. 8. Dominus posse dedit me, in initio viarum suarum, antequam quidquam ficeret, à principio, ab æterno ordinata sum. Progreditur Ciceron, d. lib. 2. de legib. Est lex, neque hominum ingenii excogitata, nec scitum aliquod populorum, sed æternum quiddam, quod universum mundum regeret, imperandi, prohibendiq; sapientia, quam legem illam principem, & ultimam mentem esse dicebant, omnia ratione cogentis, aut vetantis Dei. Celebrat Boëtius Severinus, lib. 1. metro 5. de confusat.

O stelliferi Conditor orbis!
Qui perpetuo nixus solio,
Rapido cælum turbine versus,
Legemq; pari sidera cogis.
Nihil antiquâ lege solutum,
Linquit proprium stationis opus:
Omnia certo fine gubernas.

Seneca piè, & eruditè, de vita beata, inquit; Deus est, scilicet, quasi mundus, sed mundus invisibilis, mundus sapientiae, scientiae, rationis, consilij, prudentiae, bonitatis, universitas incomprehensibilis, animi vestitus, nihil illi non animus, non ratio, tam unicus, quam magnus, immensus uniformis: non corporis autem, non elementi, non ignis, aquæ, vel aeris immensus, sed sapientiae, rationis, consilij, bonitatis. Quod Propheta Rex Psal. 47.

Magnus

Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. Iterum Seneca, lib. de consolatione; Quocumque (ait) nos moverimus, sequeatur natura communis, & propria virtus, id aeternum est, mihi crede, ab illo, quisquis formatore universi fuit, sive ille Deus est potens omnium, sive incorporalis ratio, ingenitum operum Artifex, (Quod dicitur omnium Artifex, docuit me Sapientia, cap. 7.) sive divinus Spiritus, per omnia maxima, & minima, equali intentione diffusus. Et tandem ab illo (ait) formatore descendimus: ipse quidem invisibilis, regnans, imperansq; in mando, & ubique praesens, licet invisibilis, quemadmodum animus in corpore. Hinc, Quid est Deus? (interrogat ipse, in proemio quest. natural.) mens universi. Quid est Deus, quod vides totum, & quod non vides totum; sic demum magnitudo illius illi redditur, quâ nihil magis excogitari potest, si solus est omne opus suum intra, & extra tenet. Quid ergo interest inter naturam Dei, & nostram? Nostri pars melior animus est, in illo pars nulla, praeter annum, et ratio est. Inde nec distinguit, aut destinet magnitudo rerum, & varietas; spargit enim æterna illa lux, & lumen inaccessible, quoquoversum suos radios, & inscrutabili fluxu, sive influxu penetrat cœli, & terræ, marisque abyssos, nec praest enim solum divinitas hæc suprema rebus omnibus ratio, ac potentia, sed interest, imò inest, In flibus maris ambulaui, & in omni terra steti. Eccles. 24. Ex quâ (inquit Seneca, 11. quest.) suspensa sunt omnia, & quâ sunt omnes cause causarum. Et Valerius Flaccus, 1. Argon.

— Condita pergunt
Ordine cuncta suo, rerumq; à principe cursu
Fixa manent.

Et scitè Hermes Trismegistus, in Pimandro, cap. 5. inter gentes piissimus. *Ipse est (ait) & quæ sunt, & quæ non sunt, & quæ sunt, aperuit, & quæ non sunt, habet in se ipso.* Consecravit Apostolus, ad Rom. cap. 11. *Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia.* Et Evangelista Joannes, cap. 1. D. Hilary de Trinit. D. August. de fide. *Sine ipso factum est nihil.* Sic Aristot. libello, quem Stobæus citat, ad Alexandrum, *Quod in navi (inquit) gubernator, in curru auriga, in choro præcentor, in urbe lex, in exercitu Imperator, id in orbe est Deus, hoc tantum discrimine, quod illis quidem laboriosum suum regimen anxium, & exercitum, Deo autem sine labore, & dolore, se junctumq; ab omni corporis risu.* Hinc nostra mens tantam 3. congeriem rerum una cogitatione complectitur, & servat, quia imago est, & similitudo illius, qui totus ratio est, mens, auriga, & rector universi; qui habenas omnium ratione, & jure regit, impellit, & sistit; & hanc totam machinam iterum movet, & dejicit, moderatur & temperat, est, fuit, & erit per vigil illi, & perpes cura (sed cura tamen secura) quâ res omnes inspicit, addit, cognoscit, & cognitas immota quidam, & ignota nobis serie dirigit, ac gubernat, attingens à fine, usque ad finem fortiter, & disponens omnia suaviter.

H 2 O mi-

O mira, & nunquam comprehensa hujus regiminis ratio, & potestatis lex! Abeunt omnia rite, jure, ratione, & ordine, in nascendi, per 4. eundique fatale gyrum, nasci, denasci, oriri, aboriri est lex æterna, quia Deus instaurat quod abiit. Eccles. cap. 3. nec quidquam stabile, & æternum arbiter ille rerum esse voluit, præter ipsum, & imaginem suam, licet in limo cælatam rationem in homine divini spiritus mersam, imò inspiratam, quo ostendit cœlestem illam sine fine, ac modo potentiam, ac quasi per rivulos, & canales conduit, ut Proclus inquit Platonicus, *Quis sit Rex omnium, vel unificus Deus, ab omnibus segregatus, & omnia ex se ipso producens, & per unam causam precedens universos ordinem:* O mens, quid tibi vis? tangere cœlestes illos ignes liquefces, scandere in supremæ potestatis arcem? cades. Magna ista, & alta relinque, tua cymba legat littus; imò ima, seu pedes montis lingere noli fumantis, sed reuerere tontrua, & micantia fulmina time: nam & mons fumans, sive scabellum ejus terribile est. Ideò ipse increpat, Exod. cap. 19. lib. Jud. c. 13. *Cur queris nomen meum, quod est mirabile?* Adeo enim à cognitione illius remoti sumus, vt ignoremus, & nomen, quod, vt inquit Hermes, in Pimand. cap. 11. *Meliùs scitur neisciendo.* Et Divus August. lib. 11. de ordin. sapientis consilio, Proverb. c. 25. *Scrutator quippe majestatis opprimetur à gloria;* cum intelligentia Divi Basiliij, & Damasceni, de fide,

cap. 13. *comprehendi omnino divinum illud non potest, neque nominari.* Quid ergo querimus? Si cœli, aut sideris unius naturam plenè nondum cepimus, & volumus cœli, syderumque Auctorem? Vani, vani! in hoc enim mirabile est, dixit ille cœcus, miraculosè edoctus, supernèque illuminatus; *Quia vos nescitis, unde sit.* Joann. cap. 9. Et Philetas Poëta, relatus à Justo Lipsio, ad Stoicos Philosophos.

Deum esse crede, & colito; sed non querito:
Nam nil habebis aliud hic, quam querere.

Mente, & verbo recitata doctrina Divi Hilarij, de Trinitat. 5. *Deus religione intelligendus est: pietate profitendus est; sensu vero persequendus non est, sed adorandus.* Inde, timere Deum, seu obedire imperio, & præceptis eius, est cognoscere Deum. *Fons enim sapientia Verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna.* Eccles. cap. 1. Quorum plenitudo est timorata creaturarum obedientia. *Plenitudo sapientia est timere Deum: & timor Domini gloria, & gloria, & latitia, & corona exultationis.* Eccles. d. cap. 1. Imperium enim rationis, id est, *Initium sapientia est timor Domini, & cum fidelibus in vulva concreatus, movens, & imperans obedire legi Dei.* Inde ratio, cum perfecta est, nominatur ritè sapientia: & quia servire rationi est timere Deum, inde, servire Deo regnare est; quia rationi parere imperare 7. est,

est, & subjici ei, præesse rebus omnibus humanis. Hinc Divus Augustinus, de Civitate Dei: *Ratio (inquit) per peccatum subjecit servis sensibus, tanquam abuentibus nobis, & tyrannus, à nostro omnia recesserunt imperio.* Et Sapient. cap. 6. Menochius, institut. Polit. lib. 1. cap. 4. *Custodirio autem legum, consummatio incorruptionis est: incorruptio autem facit esse proximum Deo; concupiscentia itaque sapientia deducit ad regnum perpetuum.* Vnde Cherubin, & Seraphin, Virtutes, Principatus, Potestates, Throni, Archangeli, & Angelii in sua virtute, potestate, & obedientia ordinati, ad gratissimum timoris Altissimi advolantes pastum, seu hiando bidentes suspexere elevati, regnant, & imperant obedientes decretis illius supremi fontis omnis rationis, juris, potestatis, & imperij, æternæ scaturiginis abundantia, eximia claritate præexcelsa scaturientis, ac pullulantis, in suoque æterno irriguo perenni longè percurrentis, omnibus deliciarum delitiis affluentis, ac bonis infinitæ opulentiaz, & agminatim lœtantes, & gaudium in æternitatem capientes, augent timoris, & obedientiaz oblectationem, ut ad fructus ejus corona exultationis reverenter usque luxurient. Quocirca agnovit Arist. lib. 1. de cœlo, cap. 9. *Neque in loco, qua ibi sunt, esse, neque facere tempus senescere, neque ulli mutationi subjacere, sed immutabilia, & impasibilia, optimamq; vitam, & opulentiam perenniter, omnij; æternitate degere.* Et ita similiter, licet militantium hominum hie-

rarchiaz obedire tenentur ordinatae, ductore Isaia, qui, cap. 40. *Levate (ait) in excelsum oculos vestros, & videte, quis creavit hac, qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat, præ multicudine fortitudinis, ac roboris virtutis eius: nam ratio (inquit Ireneus, lib. 2. cap. 5.) mentibus infixa monet, & revelat; quoniam unus est Deus.* Et acclamante Tertulliano, Apolog. cap. 17. *Iudicem quoque contestatur illum.* Et sic etiam profitetur apud Tullium Chrysippus, *vim diuinam in ratione esse positam, & universa naturæ, animo, atque mente, ipsumq; mundum Deum dici, & ejus animi fusionem universam.* Hinc Seneca, 4. de benef. cap. 7. *Quid aliud (inquit) est natura, quam Deus, & divina ratio, toti mundo, & partibus ejus inserta.* Jus enim, vis, & 9. virtus, sive ratio, & perfectio nativa omnium rerum, à summa, & infinita Altissimi ratione, & perfectione pendet. Inde ipse Senec. 2. q. natur. c. 45. *Vis Deum (ait) naturam vocare? Non peccabis: est enim, ex quo nata sunt omnia.* Approbat Lactant. lib. 2. cap. 9. dicens; *Melius igitur Stoicorum acutissimus Seneca, qui vidit, nihil aliud naturam esse quam Deum.* Et Plinius etiam illorum sectator, lib. 2. cap. 7. *Declaratur (inquit) naturæ potentia, idq; esse, quod Deum vocamus. Iterum, Hic est Deus, per quem intelligitur eadem parens rerum omnium, & magistra natura, idemq; mundus rerum naturæ opus, & rerum ipsa natura.* Quâ verâ intelligentiâ verè intelligitur juris naturalis definicio, scitissime ab Ulpiano, & Justiniano decreta, l. 1. ff. de justit. §. 1. instit. de jur. natur.

10. nempe, *Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit*; quia, vt omnigena eruditione disertissimus Ildefonsus Carranca, de vera hum. partus nat. & leg. designatione, cap. 10. num. 4. novissime docet ex Merillio; Jureconsultos Stoicæ sectæ fuisse integerrimos sectatores, præcipue Ulpianum, & Paulum, & cæteros Proculeianos, & à Principe tradunt Plutarchus, & Stobæus. Dixerat enim Zeno, *Deum esse spiritum, per omnem naturam pertinentem*, id est, expositore Tullio, i. de natur. Deor. *Rationem summam, per omnem naturam pertinentem*. Ex floribus Platoni optimi Zenoniani, in Philet. libavit, *Ego verò afferro (dixit) quod omnia cum ratione fiant, & divina scientia, & ab ipso Deo, & naturam* (id est, Deum) *juxta rationem, & cum ratione cuncta adornare: quia omne opus suum intra, & extra tenet, propria originis generatione conceptum*. Explicat Seneca, quæst. natur. i. in præfat. *Omnes seminales rationes, juxta quis singula fiunt*. Admittunt melioris notæ, & veræ doctrinæ imitatores, à Præceptore gentium, Act. Apostol. cap. 17. *In ipso enim (dicit) id est, Deo, vivimus, movemur, & sumus*. Divus Damasenus, de orthodoxa fide, cap. 4. & cap. 16. scribit; *Deus, omnium auctor est, & omnium qua sunt, rationes in se, & causas jam ante habet*. Et iterum, *Deus ipse omnia pervadit, sed sine mixtione, & omnibus, vim, & efficaciam suam participat, sed pro cuiusque aptitudine, & captu*. Et Lactant. Firm. lib. 7. cap. 6. *Divinum spiritum esse ubique diffusum, eoque omnia contineri*. Sed sine mixtione
- omnia pervadens, vim, & efficaciam suam participat, pro aptitudine, & captu, id est, ratione, & jure cuique adæquato: & ita intelligitur Julius Firmicus, lib. I. Mathef. qui describens Deum: *Mens illa divina* (inquit) *animusque caelstis, per omnem mundi corpus, in modum circuli collocatus, & nunc intrinsecus, nunc extrinsecus positus*: quod ipse dixerat, apud Job, cap. 36. *Omnes homines vident eum*. Quibus verbis, & aliis sacræ paginæ edocitus, piissimus omnium Philosophorum Mercurius Trismegistus, quia contemporaneus Moysis, reverenter exclamat, dial. 5. & in Pimandr. & in Asclepio, apud Boer. contra Atheistas, in Symbol. demonstr. 2. artic. 21. cum sequent. *Quod Deus latens, ac patens sit*. Et iterum, *Sanctus Deus, qui solo verbo cuncta fecisti: sanctus, cuius omnis natura fuit imago: sanctus es, quem non firmavit natura, nimirum, cuius firma nusquam non natura est*. Et iterum, *Inenarrabilis, impetrabilis à corpore, & intangibilis ipsa se ipsa stans, capax omnium, scilicet mens divina se junctrix rerum, cuius radij sunt bonitas, veritas, lux exemplaris, exemplar anima*. Et Asclepius ille vetustissimus Philosophus, ad Ammonem Regem scribens, multa de Deo philosophans. *Nimirum (ait) indefatigabilis spiritus est Deus, semper & eodem modo habens suam scientiam, perennis felicitate, operationibus eisdem utens ad omnem tempus, supremus omnium Rex, bonus Deus*. Omnia enim ignita ac sempiterna agitatione conservat, immota, ac ignota. *Deus instaurat quod abiit*. Eccles. cap. 3. Jure, & ratione: unde

unde pulchritè Plato, ex Anaxagora, Chaldaicæ Theologicæ sectatore: & ex Cratylo, Deum esse justitiam (inquit) quam Anaxagorus mentem dixit: afferit Cratylus, quæ cum sit Imperatrix, nullique commixta eam tradit omnia creasse, per omnia commeantem. Quod Virgilius.

Spiritus intus alit toto corpore infusa per artus:

Mens agitat molem & magno se corpore miscet.

Eiusdem scholæ lux Seneca, de vita beata, Deum (ait) *vis mundum appellare*? Non salleris: ipse enim est totum, quod vides; totus suis partibus inditus, & se sustinens, & sua. Nec à Magistro dissensit Philosophie Princeps, lib. I. major. Phil. *Neque enim Deus aliquando adest (inquit) aliquando abest*: *hac enim corporeæ sunt; sed ipse semper adest omnibus, ab omnibus segregatus; quia semper ipse & ubique est: omnibus rebus infunditur, & quemadmodum à lumine Solis omnia irradientur, aliaq; vident, aliaq; vindicent, alia germinant, alia germinantur, alia albescunt, alia nigrescunt, alia densantur, alia dissolvuntur, unumquodque, ut apparent est unus, ac magnæ bonitatis sue, sine labore cunctis dante portionem: neque horum ad aliquid laborante Sole, & de sua beatitudine distracthente; sic multò magis bonitatis, & rationis divinæ, quæ Solem mundo donavit, omnia participat, sine labore beneficunt, secundum mensuram bonitatis eorum, nihil in eo laborante Deo, aut se distracthente; quia, ut ipse testatur, attingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. Unde Plutarchus usurpavit hæc verba, lib. de Principe; *Deus fundamentis sanctitatis submixus,**

per omnem naturam inambulat, non quasi materia mixtus, sed in excelso etherno dignitatis sua, mirabili modo regnans in cælo, & per omnia diffusus, velut Sol flammis terrarum omnia opera lustrans. Et Ambrosius, lib. I. Proprium hoc Dei, completere omnia, vi sua, non particulær uspiam, sed ubique esse totum, & in omnibus esse, & super omnia esse divinum illud sine partitione totum totaliter (consecrat D. Damascenus, lib. I. c. 16.) & omnia esse, & ita omne opus intra, & extra tenet; quia, ut docet Magister sententiarum, lib. 2. distinct. 1. §. 5. jam: & distinct. 37. §. ex prædictis. Boëtius, de consolatione, lib. 3. prof. 12. *Creatoris virtus causa est subsistendi omni creaturæ, quod ergo dicitur: Pater meus usque modò operatur, & ego operor*, Joan. c. 5. illud universæ creature continuam administrationem ostendit, & D. Ambrosius, lib. I. in Hexam. c. 3. & c. 5. Psal. 148. *Non dixit (inquit) quia causam mundo, ut esset præbuit, sed fecit quasi bonus, quod foret utile, quasi sapiens, quod optimum judicabat, quasi omnipotens, & quod amplissimum providebat, quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandavit, & crea sunt, nec artis igitur usum, nec virtutis expendit, qui momento sue voluntatis majestatem tanta operationis implerit, ut ea quæ non erant esse faceret, tam velociter, ut neque voluntatis operationi præcurreret, neque operatio voluntati, miraris opus queris auctorem: quæ magnificata sunt opera tua Domine omnia in sapientia fecisti*, Psal. 103. *jure & ratione inscrutabili, & infinita.*

Quæque itaque virtus, ratio, & ius rebus omnibus insita imperium & potestas, ab illa æterna sunt, de quæ dicitur, *Omnium artifex docuit me sapien-*

Sapiencia, Sapient. cap. 7. Quia unus est alius summus Creator omnium omnipotens, & Rex potens, & metuendus nimis, sedens super chronum illius, & Dominus Deus. Domini (enim Psalm. 23. & Psalm. 93.) est terra, & plenitudo ejus, Orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo. Cognovit, et si non intellexit, Orpheus Graecorum Theologiaz pater, qui totam rerum creationem & potestatem summo Deo, (quem forte ab ineffabili Dei nomine Iehovah, quod apud Hebreos asservatur decerpsum Iovem appellat,) ita canens apud Boerium in symbol. tom. i. dem. i. art. 5. reddit.

Quae fuerint exorta, & que ventura sequentur,

Hec in ventre Iovis rerum compago manebat:

Iupiter ipse est primus, Iupiter ultimus idem,

Iupiter est caput, mediumque, & cuncta Iovis sunt,

Iupiter est terra fundamentum, caelique micantis,

Iupiter idem Rex cunctorum, principiumque,

Vna potestas, & Deus unus, unus & dux.

Unde Plautus dixit in Rudent. *Qui est Imperator Divum, acque hominum Iupiter, & Virgilius ex Homero 8. Iliad. 10. Aeneid.*

Tum pater omnipotens rerum, cui summa potestas,

Et tremefacta solo tellus fillet arduus æther.

Naturæ ista vox est, & quocumque oculos, animumque convertas

mortalia, immortalia, sublimia, & terrestria animata, & inanimata clamant clarè, & quasi eructando enarrant hanc potestatem Dei, gloriam, scientiam, & imperium: *Dies dies eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam, Psalm. 18.* Ac quidam super nos esse, quod hæc tam mira, tam magna, tam multa, tam præclara crearit, fecerit, & creata, ac facta etiam, nunc dirigat, regat, & conservet, id autem Deus, cuius summæ & perfectissimæ naturæ, nihil magis convenit, quam ut curram, tutelam, regimenque operis sui gerere, & velit & possit: quid ni autem velit? optimus est: quid ni possit? maximus & omnipotens est, à Deoque potestas, nec vires supra ipsum, ut nullæ nisi ab ipso.

*Divusque, mortalesq; turmas,
Imperio regit unus aequo.*

Est enim ipse solus, qui est unus, scilicet supremus omnium Rex Regum, & Dominus dominantium, qui potest liberare, & perdere, Genes. c. 3. meritò in Ægyptiorum templis abdito ritè sacramento scriptum, quod est, quod fuit, quod 13. erit, quia solus Deus fuit, est, & erit, sine cuius ratione lege & imperio, nec domus illa (inquit) Cicer. lib. 3. de legibus, nec civitas, nec gens, nec hominum universum genus stare potest, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus: nam hic Deo paret, & huic obediunt maria, terraque, & hominum vita, iussis supremæ legis obtemperat, unus est enim (inquit frater Domini, Jacob. epist. cap. 4. Extrav.

trans. unam sanctam, de maiestate
Genit. cap. 18. Psalm. 28. Job cap.
12.); Qui potest pondere, et liberare, li-
gissimorum ex iudeo, qui iudicat omnem ter-
ram, et saeculum. Dominus noster in ascensione,
non ostendit currere passum, quem tempora-
rum, qui factum est, ne nullum videntur
omnes subire. videt; ipsa est illa sapientia
omnes filios superbius, plenaria (ergo) in
coram Domino, qui fecit nos, quia ipse est
Dominus Deus noster; nos autem populus
ejus, & oves pascue ejus, Psalm. 93.
quod etiam Plato lib. de Anima
agnovit dicens: Si quidem quod nunc
diximus rationem haberet, Deum, videlicet,
nostrum esse curatorem; nos vero in rebus
ejus esse positos, & Cornelius Tacitus
lib. 5. histor. Vnum esse (inquit.) Re-
gnatorem omnium Deorum: non (di-
que) est potest nisi a Deo, quae omnia
sunt a Deo ordinata sunt. exclarat
Doctor gentium Apostolus ad' Ro-
man. cap. 13. & imitator eius Daci-
tius Severinus pietate canone. Se-
veritate, ita cecinit, lib. 3. met-
tro 9.

O qui perpetua mundum ratione guber-
nas

Terrarum, caelique factor, qui tempus ab
eo

Ire jubes: stabilisque manens das cu-
nta moveri,

Quoniam non extrema populerunt fingere
causa

Materie fluitantis opus verum insita
summi

Eiusmodi boni labore carens, tu cuncta su-
perno

Ducis ab exemplo pulchrum pulcherri-
mus ipse,

Mundum manus gerens, similitudine ma-
gine formans,
Perfectusque jubens perfectum absolvere
potes.
Tu numero elemosina lignis, ne frigore
flammis.
Aridis concrevione ligadis, nec purior
ignis.
Excolas, tua misericordia deducant pondere
ceram,
Tu triplicis medium naturae cuncta mo-
rtem
Connectens animam, per consona mem-
bra resorbis,
Quae cum secula duos motum glomeravit
in orbis
In semet reditura meat, mentemque
profundam
Circum, et simili composita imagine ce-
llum.
Tu confisus amictis paribus, vitasque mi-
norum
Prosternis et levibus sublimis curribus
apicem
In cælum, terramque seris, quis lege be-
nigna
Ad te conversis reduci facis igne re-
verti,
Da pacem augustam mentem conscen-
dere sedem
Da fontem lustrare boni, da luce re-
pertam
In te conspicuas animi defigere vi-
sus,
Dejice terrena nebulas, et pondera
molis,
Atque tuo splendore mica, tu namque
serenum,
Tu requies tranquilla piis te cernere
finis

Principium rectior Dux semita sermone-
nus, idem.

Deficiam ergo cum Ecclesiastico
cap. 43. dicente, Gloriantes ad
quid valebimus? ipse enim omnipotens su-
per omnia opera sua, terribilis Dominus,
& magnus vehementer, & mirabilis po-
tentia ipsius, glorificantes Dominum quan-
tumque potueritis, supervalebit enim

ad hoc, & admirabilis magnificentia ejus,
benedicentes Dominum exalteare illum,
quantum potestis: major enim est omni
laude, exaltantes, eum replebitimi vir-
ture, ne laboreatis, non enim comprehende-
ris: quis videbit eum, & enarrabit? &
quis magnificabit eum, sicut est ab initio?
multa abscondita sunt majora his, pater
enim vidimus operum ejus.



C A

C A P V T V I I I .

Juris ratio insita Angelis, & rationis imperium ex signaculo similitudinis Dei ad intelligentiam text. in c. principium. 45. de pœnit. dist. 2.

S V M M A R I V M .

1. *Ius, ratio, virtus, & potestas creatoris, pro aptitudine, & captu creature, interest, imò inest rebus omnibus.*
2. *Theologi gentium antiqui Deum, Toon, id est ipsum, seu omnia esse, appellarunt.*
3. *Deus fecit, quibus benefaceret participes bonitatis sue.*
4. *Angeli, quia creati ad signaculum, & similitudinem Dei, sunt compotes juris, rationis, consilij, sapientiae, & imperij.*
5. *Novem illa genera lapidum, apud Ezechielem, oportimenti Principis Angelorum Behemoth, quid significant.*
6. *Iuris prudentia Angelorum, etiam justi & injusti scientia est, divinarum, atque humanarum rerum notitia.*
7. *Angeli qui juris sui rationem, & rationis imperium sunt transgressi, in æterna caligine referantur.*
8. *Angeli ex signaculo, & similitudine Dei intra, & extra se, juris rationem, & rationis imperium habent, quasi ethicum & politicum.*

1.  *Uoniam ex ipso Domino, & in ipso creatore sunt omnia: jus, ratio, virtus, & potestas ejus suaviter disposita, pro aptitudine, & captu creature, non solum interest, imò inest, quia proprietas infinitæ bonitatis illius est, quòd sit communicabilis: in-*

de invisibilia Dei (ut docet Apostolus Paul. ad Roman. 1.) . à creature mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspicuntur sempiterna quoque, in eis enim omnes homines vident Deum, Job c. 36. uti vidit, etiam in tetra gentilitia caligine magnus Mercurius Trismegistus in libro, quem inscribit, quod Deus invisibilis, fit ex operibus mani-

manifestus, & in libro mens ad Mercurium. Invisibilis (exclamans) est Deus bona verba, quæso, & quis est eo illustrior? ob hanc unam causam cuncta creavit, ut in omnibus rebus anniversariet, has honorat Dei, hec ejus virtus videri apparereque cum per omnia, quin propter antiqui illi gentium Theologi, Empedocles, Parmenides, Melissus, Democritus, & Plato Deum Toon, id est ipsum, seu omnia esse appellarent, cui respondet ineffabile illud nomen quod Gracis, Tetragrammaton, Judæis, Iehovah, quo certè declaratur Deum, non modo esse eò quod primus omnium, & creator existat, quod nunquam non fuerit, quod nunquam esse desinet, verum etiam quod ipse sola integra sit essentia, solumque esse, per quod omnia in se ipsis existunt: scilicet docet Boverius in symb. tom. 1. Æm. 1. art. 20. & ex Aristotele lib. 1. majoris Philosoph. & Plutarch. lib. 1. c. 5. ab antiquis Deum Topam, id est ipsum universum appellatum fuisse, ille ergo

Cui esse sibi sufficit, efficit cuncta, Julius Scaligerus: & Claudius Victor,

Regnabarque potens in maiestate eternandi,
Et facienda vident, gignendaque mente capaci,
Secula despiciens, & quidquid tempora volvuntur,
Profens semper tuberos immensum molebant,
Regnum erat ipse suum.

Et omnipotens est (ait D. Augustinus)

serm. 119. de temp.) ad facienda materia, & morsa omnipotens est ad cœlestia, & terrestria, omnipotens est ad facienda mortalia & immortalia, omnipotens ad facienda regalia & imperiale: magnus in magnis, nec parvus in minimis: postremò omnipotens est ad facienda omnia, præcumque voluerit, quia non est impossibile apud Deum omne verbum. O infinita potentia, quam viriliter sanguine decantat Justinus Martyr quæst. 3. ad Orthodox. ita enim ipse inquit, Deus dominus am non habet facultatem, quo circa nihil est ei, non appositum ad facienda, que velit omnia, firmat Petr. Damiani epist. 4. cap. 10. D. Ambros. lib. 6. epist. 34. D. Hilarius, in Psal. 1. 44. Omnia quæcumque voluit fecit, soli Deo congruit omnia facere, que velit: sola enim perfecta virtus in nullo impeditur, quo minus quod velit, & faciat, & ex quo omnia sunt, nihil difficultatis occurrat. Volebit igitur ipse, licet sibi sufficit, non contentus (uti ait Damascenus) 3. sui contemplatione, fecit etiam, quibus benefaceret, & quoniam bonitatis sua participes essent, angelos, mortali, homines, hoc etiam agnovit Seneca apud Lactantium 1. cap. 4. rationem imperij ingenerens, Deus cum prima fundamenta molis pulcherrime faceret, ut omnia sub dubiis suis irent, quamvis ipse, per totum se corpus intenderet, tamen ministros regni sui Deos genuit, id est fecit, creavit, quid magis pie, pulchritè, & vere potest? nam & cognovit sub initium conditos, ut Theologi nostri, fecit quos eos participes bonitatis sunt, hoc est juris & justitiae, ac rectitudinis intelligentie, rationis, consilij, & sapientie, atque imperij, ut ex signaculo,

culo, & similitudine Dei opus suum intra, & extra reorent, reflectatur ipsa veritas, apud Macbethum c. 18. Psal. 33. vers. 8. *Angeli eorum in celis semper vident faciem Patris mei, qui in celis est,* duplex quidem illorum intelligentia actio cognoscunt incessanter Deum ipsum unum creatorem, *Et sicut oculi ancille in manibus Domini sue,* Psal. 122. sive prefecti, siue subditi, jure ratione & ordine constituti obediunt supremazim.

4. periorum illius legis: nam ex eo quod fecit Angelos suos compotes rationis, consilij, & sapientie, fecit etiam eos participes potestatis, & impiorum, facti enim sunt signaculum similitudinis Dei, pro aptitudine & captu, ut ad Presidem Angelorum, *Et principiam marum Dei apollorum, sive Behemoth,* Job cap. 40. dicit Ezechiel c. 28. *Tusignaculum familioudinis plenus sapientia, & perfectus de core in delta eius Paradisi Dei fuitli omnis laudis preciosus, aperimorum autem Sardius, & Topazius, & Aspis, Chrysaurus, Onix, & Berillus, Saphyrus, Carbunculus, & Smaragdus, D. Hieron. in Ezechiel. super id. c. 28. & epist. ad Fab. Sardius enim (ut docet Albert. Magn. lib. 2. c. 17. Ebax. Rex. in lapidario ejusdem Albert. lib. 2. tractat. 2. c. 3. Roel. lib. 1. de gemmis, Plin. lib. 37. cap. 7. Aristot. in lapid. sol. cap. 42. Plato in Dialogo de Republ. Temesuar. super 4. sententiarum, Canail. Leonard. lib. 2. de lapidibus) gaudium incendit, expellit timorem, audaces reddit, mentem accusat ab incantationibus, & maleficis iustuetur. Topazius temperat ca-*

lorem: Jasps potenter, invictum ac gratum omnibus reddit, & Dei vindicem florestem in fide, omnes inimicos internos, & externos fugantem: Chrysolitus auro micans foavit, ut ignis contra nocturnos fontis tutela, timoris sapientiam, ac honorem tribuit: Onix in castitatem, & pudicitiam impellit: Berillus stellis aureis vermiculatus amicitiam, & societatem conducit: Saphyrus castum, pacificum, piuum, amabilem, & devotum praebet: Carbunculus vibrans flammis oculis nitens undique radios jacit, & ardentes superat omneis, in quo septem stellae intus fulgurare videntur, sicut ipse Sol a sapientis visum suffocat, aeram pestiferum fugat, luxuriam reprimit, sanitatem corporis inducit, ac fervat, malas cogitationes expellit, & ad omnem prosperitatem, & Smaragdus fulgore, & igne immutabilitatis, prius se frangi patitur, quam cum impiο misceri. (Hinc D. Gregorius explicans Prophetam ait, lib. 32. Moral. cap. 42. & apud Gratianum cap. principium 45. de paenitent. dist. 2. Soto lib. 4. de justitia quest. 1. art. 2.) Novem dicit generaliter 5. pidum, quia nimirum novem sunt ordines Angelorum: nam cum per ipsa sacra eloqua Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Virtutes, Principatus, Potestates, Cherubim, & Seraphim aperte narrari non memorantur, quanto sint supernorum eiusdem distinctiones ostenditur, quibus unus Behemoth iste portus fuisse declaratur, quis eius quasi vestem adorarum sum habuit, principium enim Dei marū Behemoth di-

citur, quia nimis cum cuncta creans ageret, hunc primum condidit, quem reliquis Angelis eminentiorem fecit, hujus Principatus celsitudinem adhuc, idem Propheta inueniens adjungit, tu Cherub. extensus, & protegens in Monte Sancto Dei, & in medio lapidum ignitorum perfectus ambulasti. Et extollit Isaia dicens, ibi. c. 2. Ezech. cap. 31. 'Cedri non fuerunt alios illi in Paradiſo Dei, abies non ad aqua verunt summam illius. Platani non fuerunt aquales frondibus illius, omne lignum Paradiſi Dei, non est assimilatum illi, & pulchritudini ejus, quoniam speciosum fecit eum in multis condensissimis frondibus, quid namque boni non habuit' (ait D. Gregor. ibid. in d. c. principium, Menoch. inst. Politicæ lib. I. c. 4.) qui signaculum Dei similitudinis fuit, unde imperium in Angelica, etiam natura ethicum & politicum in-

6. tra, & extra se, jure & ratione divina, à principio viarum Dei exortum agnoscimus, quia cum Deus omnia in sapientia fecerit, & faciat, Psalm. 103. *Dedit* (inquit D. Ambrosius) Hexamer.lib. I. c. 3. & in lib. 2. cap. 2. ex 4. ad Philip. Principium mundo dedit, etiam creaturæ infirmitatem, ne Anarchon, ne increatum, & divinæ consonantem substantiaz crederemus, & iterum: *Dedit posse infirmitatibus, ut infirmus dicat, omnia possum in eo, qui me confortat.* Hujus juris scientia, justi nempe & injusti, divinarum, atque humanarum rerum notitia, juris prudentia, etiam Angelorum est, rationis, & legis divinæ intelligentia, cuius imperio abutens scenum quasi bos come-

det, & applicabit gaudium ejus, Job cap. 40: Crimine læsa Majestatis implicatus juris rationem, & rationis imperium transgrediens, ut explicuit Sanctus Judas in sua Canonica epist. I. dicens: Angelos vero, qui non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in judicium magni diei, vinculis æternis sub caligine reservavit. Omnis enim creatura (ait D. Hieron. contra Jovinianum) sub vito est, non quod omnis peccaverit, sed quia nulla est, quæ peccare non possit, & D. August. posse (inquit) peccare, non est aliquid posse, immo aliquid non posse, unde ille solus vocatur omnipotens, qui hoc non potest, quia omnia potest, quæ posse, est aliquid posse; sicut ergo ejus comparatione, qui mutabilitatem nescit: omnis creatura vitiosa dicitur, quia mutabilitatis est capax, juxta illud Psal. 142. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens, ideò dictum est Beheimer, per Ezech. c. 28. Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die, quæ conditus es, preparata sunt. Hujus ergo (docet Gregor. dict. c. principium, de pœnit. diſt. 2.) lapidis in die conditionis foramina preparata sunt, quia videlicet capax charitatis est conditus, quasi repleri voluisse stantibus Angelis, tanquam positos in Regis ornamento, lapidibus potuisse inhærere; si enim charitatis auro sese penetrabilem prebuisset sanctis Angelis sociatus, in ornamento, ut dimisimus,

ximus, Regio lapis fixus maneret; & dispensaretur mortalium genus, habuit ergo lapis iste foramina, sed & D. Hieronymus in Ezech. c. 28. superbiaz vitio, charitatis auro non & in c. 18. Matth. Traditæ sunt, sunt repleta: abusus est enim ille inquit, Angelis ad regendum pro-
juris ratione, & intelligentiæ impe-
rio, & ideo licet extensus, creatus, & protegeh̄s in Monte Sancto Dei, animarum, ut unaquaque habeat
fœnum quasi bos comedet, quia ab ortu nativitatis in custodiam non servavit suum principatum, si-
ve rationis imperium, sed dereli- sui Angelum deputatum, & Ter-
quit suum domicilium, sive juris tull.de anima cap.37. Omnem(in-
rationem ab ēterno omnium Crea- quit) hominis in utero serendi,
tore insitam, ac ordinatam. Appli- struēdi, fingendi paraturam aliqua
cabit gladium ejus in judicium utique potestas divinæ voluntatis
magni diei, vinculis æternis, sub ministra modulatur, & Epictetus
caligine referavit, tyrannus esse. agnovit lib. 1. desert. 14.memento
Etus abutens imperio, qui legitimè te (ait) nunquam dicere: quòd so-
jure, & ordine præpositus fuerat. li sitis, non estis non sed Deus in-
8. Extra se enim, etiam ex signaculo tuis est, & vester genius intus est,
similitudinis Dei intelligentiæ im- quid lumine istis opus est, ut facta
perium Angelis insitum est, non omnia vestra videant? Nihil. Fir-
solum, ut alij aliis præsint, sed et- memus ergo inter hæc animum,
jam ut ab illis mortalium genus nec timebit præcipitem Africum
regatur, propter juris, & rationis similitudinem, & quia major ratio, décertantem Aquilonibus, nec ra-
& intelligentia minori, & inferio- biem nothi: sequamur Principes, ri jure debet præponi. Ita Ruffinus qui cælis, & terris imperant obe-
in expos. symboli docet: Ab initio dientes præscriptio juris, & ratio-
præfectæ quædam virtutum cœle- nis imperio, quo nostrum dirige-
stium potestates, quibus regeretur, re, & nos conducere nituntur in
beatissimum ipsorum contuber-
nijum.

C A.

C A P V T I X.

*Iuris ratio innata hominibus. Et rationis imponit
ex imagine, Et similitudine rationis divina.
Et examinatur text. in cap. finc ibi: Et li-
cet homo de panit. diff. 2.*

S A M M A R I V M.

1. *Iuris ratio trifaria invenitur.*
2. *Cicero legem pro ratione mutuat, ac intelligit & rationem pro legi.*
3. *Ratio est Eleonori Ceteria, & Orphei Lyra, quae homines allucunt ad ius,
& socios ad rectitudinem.*
4. *Cuiacius improbat in s. singulorum institut. de rerum diversis.*
5. *Lex non solum naturalis, sed etiam civilis, prout ratio est, à divina ra-
tione artum suum capit, legis & aeterno imaginem, & similitudinem.*
6. *Iuris naturalis, & civilis discrimen, quare illud immutabile hoc verò immu-
tabile sit.*
7. *Enigma Ciceronis explicatur.*
8. *Ratio semper est ab aeternis ratione dependens, aliisque quae ad ipsius ratio
boni, nil recti.*
9. *Deus creavit in terra, quibus benefaceret participes bonitatis illius pro-
aptitudine, & captu rationis, consilij, sapientiae, imperij, dominij, ac po-
testatis ad imaginem, & similitudinem suam.*
10. *Ternaria illi repetitio in creatione hominis, imago, similitudo, &
creatio, apud Iurisconsultos duplicem excellentiam inducit.*
11. *Ratio humana, quia est imago, & similitudo rationis divinae, est pro-
vida, sagax, multiplex, acuta, memor, plena consilij, imperij, dominij, re-
giminis, ac potestatis.*
12. *Homo ab ipso Deo factus, & creatus est.*
13. *Error*

13. Error Platonis, & Philonis convincitur.
14. Homo est imago, & similitudo Dei, non secundum corpus, sed secundum intellectum, & rationem mentis.
15. Ratio & mens hominis in suum originale respicere, & reverti anxie appetit.
16. Obedire legi Dei est conformem se facere rationi divinae ad cuius imaginem factus est homo.
17. Imago præcepta, & delineamenta originalis ostendit.
18. Cicero illustratur.
19. Lex mentis nostræ est ipsa ratio naturalis, Dei legem habens sibi inditam, & impressam.
20. Ratio definitur, lex naturæ congruens diffusa in omnes res, constans, sempiterna, quæ vetat ad officium jubendo, & vetando.
21. Nihil in homine, ratione divinus.
22. Transire naturæ lineas peccare est, quia est liturare imaginem, & similitudinem rationis divinae nobis insitam.
23. Homo ratione, legifer est, & vice Deus.
24. Nudus imagine Dei, sive ratione, vestitur tunicis pelliceis in similitudinem bestiæ, cui transgressione præcepti assimilatur.



1. Pud Tullium in Topicis, juris ratio trifaria invenitur : Una ad superos Deos : Altera ad manes : Tertia ad homines, legem enim justitiam, & æquitatem describens frequenter verbo & vi rationis complectitur, ac definit. lib. 1. 2. & 3. de legat. tunc denique incipit lex esse, cum scripta est, sed tunc cum orta est, orta autem est cum mente divina. Hæc est aurea illa Homerij Cate- 3. na, & Orphei Lira, quæ canora, & suavilentitudine mundum, populos, & homines allicit ad jus, sociatque ad rectitudinem : Est enim ratio lex, neque hominum ingenii excogitata, neque seitum aliquod populorum, sed æternum quidam, quod universum mundum regeret imperandi prohibendique sapientia : est enim princeps lex & ultima, sive mens omnia ratione cogentis, aut vetantis Dei, & de vi

- legum populorum inquit. Quæ vis non modo senior est, quam ætas populorum, ac civitatum, sed æqualis illius, cœlum, atque terras tacentis, ac regentis Dei: neque enim esse mens divina sine ratione potest, nec ratio divina non hanc vim in rectis, pravisque san-
4. ciendis habere. Quæ verba improbè Cuiacius in §. singulorum, instit. de rerum divis. disjungit de jure gentium, tantum intelligens contra sensum Tullij, & sententiaz
5. veritatem, quia lex etiam civilis, si lex est, id est, si ratio est, non solum à divina ratione exoriri, sed in illam reverti necesse est: & descriptione Divi Isidori ex cap. erit autem lex. 4. distinct. rectè Justinianum intelligemus in §. sed naturalia instit. de jur. natur. gent. & civili, quia ut lex sit ratio (ut oportet) apta ad jubendum, & ad vetandum, debet adaptari loco, temporis, & personis, & uno verbo naturaz
6. rei, & facti, quæ, quia sæpe mutari solet, immutatur ratio cogentis, aut vetantis, naturalia autem jura firmam habent, & in æternum stabilitam materiam, & sic semper firma, atque immutabilia permanent, ratio autem politica & civili, undique profluentem, & variam materiam voluntatis præforn-
7. mat humanæ. Ænigmatis Paradoxa dixit Cicero ad Brutum. Quid est, quod semper sit, & nullum habet ortum, & quod gignatur, &
- g. numquam sit. Ratio enim semper est, & ab æterna ratione dependens, nullum habet ortum, quia

est imago, & similitudo illius. Opinio verò sensuum gignitur, & numquam est si hac populariter vestitur: Lex magis favore quam re legi (inquit Cicero libro primo de legibus) nomen tenet: inde Philosoph. lib. 2. allegat. legis, ait. Quando animæ auriga, gubernatorq; intellectus imperium, totius animalis tenet, tanquam Magistratus in civitate, vita prosperatur: quando verò brûtus sensus primatum occupat confusio vehementis sequitur. Si ille autem exornatur, imò vivificatur, vera lex est apta ad jubendum, & ad vetandum, sive ratio recta summi Dei, quæ lex naturæ est. Didimus in Compendio sentent. Stoicarum, l. cùm ratio 7. ff. de bonis da. l. lex naturæ, 24. ff. de statu homin. l. ult. C. quorum bonorum, Cicero lib. 1. de leg. & ad Brutum, & pro l. Muræna: absque quâ nihil justi, nihil boni, nihil recti inde subtilissimi Jurisconsulti rationem naturæ legem tacitam vocant, & M. Tullius (fuit enim acutissimus Jureconsultus discipulus Scevolæ, & ita sæpe sæpius illius autoritate libenter utor) legis philosophando originē, & essentiam, rationem appellat, & esse, non cùm inscribitur à Principe, & rogatur à populo, sed tum cùm orta est: orta autem est cum mente divina, inde lex sive Ratio quam dij humano generi dederunt rectè est laudata, ait ipse Cicero lib. 2. de legibus, & lib. 4. de finibus, & lib. 1. de legibus, & iterum Recta ratio hominibus cum Deo com-

communis facta est, cognovit & dixit Cicero, non intellexit, absque fide enim ignota nobis causa

9. est. Quâ ab ipsa veritate instruimus Fideles, Deum omnipotentem omnium creatorem, cùm voluisset benefacere aliis, qui etiam in terris essent participes bonitatis ejus, pro aptitudine, & captu, creasse hominem ad imaginem, & similitudinem suam, Genef. cap. 1. hoc est rationis consilij, sapientiæ, imperij, dominij, ac potestatis componem, & capacem, qui aptitudine, & jure suo posset cognoscere Creatorem suum, & intelligere, & minutum paulò minus ab Angelis gloriâ, & honore coronatum, & constitutum super opera manuum Dei, Psal. 8. dominari, præesse, ac imperare explicat Divus Gregorius apud Gratianum in dict. cap. 45. de pœnit. dist. 2. & homil. 34. in Evangel. dicens, De sigillo quippe nulli, talis similitudo imaginaliter exprimitur, qualis in sigillo eodem essentialiter habetur, & licet homo ad similitudinem Dei creatus sit, Angelo tamen quasi majus aliquid tribuens, non eum ad similitudinem Dei conditum, sed ipsum signaculum Dei similitudinis dicit, ut quò subtilior est in natura eò in illo similitudo Dei pleniùs credatur expressa, defendit Bannez ad 1.p.D.Thom quæst. 93.art.3. & art. 1.& 2. Factus igitur est homo (inquit D. Augustinus tractatu 8. in epist. 1. Joannis & in 14. de Trinit. c.8.) Ad imaginem Dei in intellectu, in mente, in in-

teriori homine, in eo quod intelligit veritatem, dijudicat justitiam, & injustitiam novit, à quo factus est potest intelligere Creatorem suum. Et D. Clemens lib. 1. Constitut. Apostol. cap. 21. Animam (ait) in homine fatemur incorpoream & immortalem, nec interire eam, veluti corpora, sed perpetuò manere, uti rationis participem, & libertatis capacem, Sapient. 2. 1. ad Corinth. 11. contra hæreticos Paternianos, & Tertullianistas induxit Gratianus, text. in cap. penult. 24. quæst. 3. & Bannez ad part. 1. D. Thom. quæst. 93. art. 1. cum sequentib. Spiritus enim est Deus, annuntiat Evangelista Joan. c. 4. & 2. ad Cor. 3. Et eos qui adorant eum in spiritu, & veritate oportet adorare. Inde Melito ait, non igitur imago Dei querenda est in hominis corpore, sed in animo qui ut Deus, sic ipse rationis, consiliis sapientiæ compos, & capax est. Spiritus enim Dei, ut inquit D. Gregor. Nazianz. hominem qui pro ipso spiret inventit, inde faciamus (dixit Genef. 1. & 2. hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & iterum, creavit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam, atque iterum, ad imaginem Dei creavit illum, ter mysteriosè repetitur hæc imago, similitudo, & creatio, sed unum tantum spiraculum vitæ, & facies, spiritus, & vita tria sunt, & ea tria una tantum imago Dei unius & triados, ut docet Magister Sententiarum lib. 1. dist. 27. ex D.

K 2 Augu-

Augustino, lib. 12. de Trinit. cap. 6.
 & cum D. Thoma omnes Theologi, Bannez ad 1. part. D. Thom. q. 93. artic. 3. & q. 35. art. 1. illa autem apud Jureconsultos ternaria univoca repetitio duplarem excel-
 10. lentiam inducit. Prima. Nam qui bis, vel saepius quid facit, videtur velle, quod contra illud, nihil pos- sit opponi, quia ubi intervenit (ait Justinianus auth. ut nulli judicium §. hoc vero coll. 3.) secunda consideratio ibi adesse presumitur plena deliberatio, non enim retractandum est, sed commendandum, atque observandum, quod saepe factum nititur aequitate, 1. cum pater, §. Filius matrem de legat. 2. Bal. quæst. schismat. vers. Sed in contrarium num. 15. P. Surd. conf. 179. num. 18. volum. 2. Tiraq. in l. si unquam verbo revertatur, num. 50. de rev. don. Et plenum dicitur, cui nihil potest addi, & à quo nihil potest minui: unde quando a liquid conceditur pleno jure, intelligitur integrè, sine diminutio- ne, 1. si arborem ff. de serv. urb. præd. §. 1. Rebuf. in leg. Herennius 122. col. de verb. sig. Natta consil. 505. num. 28. Inde imago Dei plenissimè homini, pro aptitudine, & captu, cœlata fuit pleno jure ratio- nis, dominij, imperij, ac potestatis; & exinde secunda prærogativa, quia continuatio repetitionis, crea- tionis humanæ naturæ, dicit nobis retrò aliquid, nunc & durationem, ac perseverantiam esse, à tunc, in nunc: si quis ergo destruit terminum à quo, id est principium, to-

tam continuationem destruit, uti docet Baldus in leg. in suis num. 2. de liber. est enim continuum, quod habet manentiam successivam, non scissam, neque interruptam, leg. non solum §. annus de excusat. tutor. leg. foramen de servit. Unde illa repetita univoca continuatio dicit nobis aliquid retrò, id est ex decreto æternitatis Dei: agnovit, & Seneca lib. 6. de benef. cap. 23. Dij non per negligentiam (inquit) nos genuere, quibus tam multa ge- nuerant, cogitavit enim nos ante natura, quam fecit in speculo hu- mano æternitatis resultat imago, quia imago æternitatis est, ab æternitate dicit continuationem, & in æternitatem durationem: factus est enim homo ad imaginem, & similitudinem Dei. Hinc evenit quod hæc imago sit immortalis, sitque incorporea, & (licet ex nihilo creata) sit substantia intellectualis, rationis particeps, & libertatis compos, Magister Sententiarum lib. 1. distinct. 27. Non quidem abscis. 11. sa, sed quasi explicata, sicut Solis lumen, ut verè Mercurius in lib. ad Asclep. didicit a Moyse, quia similitudo est: & quia similitudo provida, sagax, multiplex, acuta, memor, plena rationis consilij, imperij, regi- minis, dominij, ac potestatis, inde dicit Seneca, *Hominem precarij spiritus esse*, & Cicero 1. de leg. *Præclara quadam conditione generatum esse à supre- mo Deo*, docemur denique à veritate ipsa, Psalm. 4. *Signatum esse lumen rufus Dei super nos*, verè igitur ratio, cùm sit imago, non cùm signatur dicitur

- dicitur esse, sed tunc cùm orta est, orta autem est, cum mente divina, quia cùm Dei imago sigillata nobis sit, dicimur ex Deo esse, non solum ex creatione, sed ex imagine, & similitudine, & similitudo aeternitatem innuit, non quòd sigillatum aliquid ex substantia sigilli habeat, sed similitudinem, & impressionem, ut imago Petri, nihil ex Petro, sed similitudo, & factio, inde inquit Hieremias cap. 18. *Ecce sicut lumen in manu figuli, ita vos in manu mea,* & Isaías cap. 64. *Tu pater noster es, & nos lumen: & factio noster, & opera manuum tuarum omnes nos,* & ex eo, quia cætera omnia videntur à mundi genitore, quasi cum delegatione creata fuisse dicente, *Fiat lux,* Genes. 1. & 2. at verò homo, quasi propriis manibus formatus, dicen-
12. te, *Faciamus hominem, & iterum: Formavit igitur Dominus Deus, hominem de limo terra, & inspiravit in faciem eius spiraculum vita.* Quæ usurpans Plato in libro de natura in illa ficta delegatione à mundi genitore in Deos, atque ejus quidem (inquit) *animalis, quod in ipsis tale futurum est, ut cum immortali- bus appellatione conveniat, divinumque vocetur, principatumque teneat, & justitiam, funul, ac vos ulro colat, ego vobis semen, & initium tradam, & infra, fore ut animal nasceretur, quod omnium animalium maxime esset divino cultui deditum, & in Timæo, *Tunc ad eos (id est Angelos, quos appellat Deos) is Deus, qui omnia genuit facit: vos autem ad id, quod erit immortali, partem aeternitate mortalem.* Erravit quidem Plato in Timæo supponens hujusmodi dele-*
13. lem.

gationem, & cum illo Philo Judæus in lib. de Opific. sex dier. & lib. de profugis, ubi animum à Deo creatum, corpus verò ab Angelis effectum fuisse tradit, convincunturque, & hæretici Paterniani in c. penult. 24. quæst. 3. (qui inferioris corporis partes à diabolo effectas opinantur) quia Deus ipse formavit etiam corpus hominis de limo terræ, Genes. cap. 2. & ita agnovisse videtur Ovidius lib. 1. Metamorphos. ubi post animalium creationem, ait:

Sanctius his animal, mentisque capi- cius alter
Deerat adhuc, & quod dominari in ca- tera posset,
Natus homo est.

Nec creatum intellexisse ambigo, et si natum dixerat. Lact. Firm. lib. de Opific. Dei c. 2. *Dedit enim homini artifex ille noster, ac parens Deus, sensum, atque rationem, ut ex eo appareat nos ab eo esse generatos, ut verè, & fideliter docet nos S. Theodoreetus in quæstionibus super Genesim, quæst. 9. Non enim præcepit Deus alteri cuidam creare, sed quæ non sunt vocat, ita ut bīc præce- pnum sit ipsa voluntas: omnia enim, ait David, quæcumque voluit, Deus fecit, quod si creando voce quadam usus est, certum est hoc, non elementorum causa, sed invisibilium virtutum gratia factum esse, ut sciant, quod ipso jubente ea, quæ non sunt, subsi- stant.* Et Magister Sententiarum, 14. lib. 1. dist. 27. & D. Joannes Chrysostomus homil. 12. in Genes. licet imaginem Dei, non habeat secundum corpus, sed secundum intellectum, & rationem mentis, ut ait

D. Augustinus lib. 6. de Gen. ad litter. c. 12. Si & hominem de terra, & bestias de terra ipsa formaris Deus, quid habet homo excellencius illis? nisi quod ipse ad imaginem Dei creatus est, neque hoc habet secundum corpus, sed secundum in celum mentis. Idem D. Bernardus super Cant. ser. 20. & D. Athanasius in quaestione de anima, & mente: *Homo (inquit) ex inspiratione divina, suam animam accepit, ideo res divinis agnoscit, superna persequitur, ac res caelestes intelligit, estq; rationalis, & mente praeditus.*

15. tui. Hinc, quia imago est, ad originale suum reverti anxiè appetit, ut similitudo facie ad faciem, insperato originali sigillo, & sigillato, perfectè prædicetur, ideo dicitur: *Inquietum est cor nostrum donec revertamur ad eum.* Et, *in omnibus requiem quaervi, & in hereditate Domini morabor, tunc præcepit, & dixit mihi creator omnium, & qui creavit me.* Eccles. 24. & iterum Eccles. 21. *Ut converteretur pulvis in terram suam, & spiritus revertatur ad Dominum qui dedit illum:* hoc desiderio desiderabat Propheta Rex dicens, Psalm. 119. *Heu me, quod incolatus meus prolongatus est, & ratio ipsa illuminavit Senecam, quæst. natur. quâ hæc pulchra protulit verba, Animus vero divina origine haustus, cui nec senectus ulla, nec mors onerosi corporis obstat, vinculis exolutus ad sedes suas, & cognata sidera revertitur: & iterum hæc, lib. de consolat. Mobilis enim, & inquieta mens homini data est, numquam se tenet, spargitur, & cogitationes suas in omnia nota, atque ignota, dimittit, vaga, & quietis impatiens est, & novissimarum rerum letissima, quod non miraberis, si propriam ejus originem*

asperceris, non terreno & gravi concretam corpore, sed ex illo caelesti spiritu descendere. Et eleganter ad Lucillum suum: *Maximum (ait) excellentem moderationem, omnia tanquam minora transcensem, quidquid timemus, optamusque, videntem caelestis potestia agitat: non potest res tanta fari ad miniculū numinis stare, itaque majore sui parte illic est, unde descendit, quemadmodum radij Solis contingunt quidem terram, sed ibi sunt unde miscuntur: sic animus magnus, ac sacer, & in hoc dimissus, ut proprius quidem divina noscamus, conversatur nobiscum, sed hæret origini sue illinc ille nitetur ac spectat: nostris tanquam melior interest;* inde celebre illud oraculum Chaldæorum, ac Sybillarum, nihil aliud conclamat teste Psello de oracul. Chaldæorum, *Accelerare se oportet ad Patris splendorem, unde tibi est animus missus.* Hac naturali igitur propensione imaginis hujus imò ascensi, tanquam medio argumentationis inimicus ejus fecellit parentes nostros, illis verbis, & critis, sicut Dij, Genes. cap. 3. sed falsa quidem suggestione, quia transgressione præcepti, potius dissimiles, imò contrarij, quam similes efficimur. *Gravis est* (inquit Sap. c. 2.) *nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est alius vita illis, tanquam nugaces astimati sumus ab illo, & abstinet se à viis nostris, tanquam ab immunditiis.* Veluti si quis imaginis delineamenta litturet, & detriore notâ cancelleret, sive lineas sigillo ceræ, aut cuilibet materiæ impressas eradat, ac expugnat, dissimilis efficietur imago. Inde Dominus genimina illius serpentis repulit, dicens, Lucæ c. 20. & Matth.

- c.22. *Cujus est imago hæc et superscriptio dicunt ei, Caesaris, tunc ait illis: Reddere ergo que sunt Caesaris Caesari, & que sunt Dei Deo.* Quæque enim imago delineamenta sui originalis, quia eis constituitur, repræsentat, ita ut præcepta originalis, necessariò sint delineamenta imaginis, sic nos docet, & monet Apostolus Paulus ad Ephes. c. 5. *Estoce ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi, & ibi, quam claritatem benignissimus noster Deus donavit illis, quos praedestinavit conformes fieri imagini filii sui,* & iterum, ad Cor. 1.c. 11. *Imitatores mei esto, sicut & ego Christi, laudo autem vos fratres, quod per omnia mei memorias estis, & sicut tradidi vobis præcepta mea*
16. *teneatis: obedire enim legi Dei, est conformem se facere rationi divinæ, ad cuius imaginem factus est homo.* *Ipsenim* (inquit Apostolus ad Rom. 2.) *sibi sunt lex: ostendens opus legis scriptum in cordibus suis, quia quis (interrogat Psalm. 4.) ostenderet nobis bona? signatum est super nos lumen rullius*
17. *tui Domine, imago enim præcepta originalis ostendit, unde D. Augustin. de serm. Dom. in monte. Nullam animam esse (dicit) qua ratiocinari posat, in cuius conscientia non loquatur Deus, quis enim legem naturalem in cordibus hominum scribit, nisi Deus?* Et D. Ambrosius lib. 5. epist. 41. ita explicat. *Non inscribitur, sed innascitur, nec aliqua percipitur lectio, sed profuso quodam naturæ force in singulis exprimitur.*
18. *Quibus verbis illustratur Ciceronis dicterium lib. 1. & 2. de leg. suprà, quod omnis ratio profecta est à rerum natura, quæ non tunc denique incipit, lex esse cum scripta est, sed tunc cum orta*
- est, orta autem est, cum mente divina. Et D. Isidori lib. 5. Ethym. cap. 2. & Lactantij lib. 6. de vero cultu, & Augustini contra Faustum lib. 22. Lex æterna (dicentis) seu ratio divina, vel voluntas Dei ordinem naturalem conservari jubens, & perturbari vetans, idem D. Damascen. lib. 4. c. 23. de fide, ubi Clitoveus exponit. Lex mentis nostræ* ^{19.} *est ipsa naturalis ratio Dei, legem habens sibi inditam, impressam, & insitam, quæ bonum à malo interno lumine dijudicamus.* Ita sensit Tullius Cicero dicens, de rep. *Est quidem vera ratio (de quâ disperfero) naturæ congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna, qua vocat ad officium jubendo, vetando, consecrat D. Hieron. epist. 151. ad Algas. quæst. 8. D. Maximus tom. 5. Bibliot. Cent. 5. c. 13. D. Thom. 1. 2. q. 94. art. 1. hujus igitur rationabilis penicilli lineæ, seu mentis nostræ leges, & naturalia præcepta, quasi digito ostendunt rationem humanam esse imaginem rationis divinæ, nil enim in homine ratione divinus. Et omnem* ^{21.} *datum tonum, omne datum optimum defusum est descendens à Patre lumen, Jacob. epist. c. 1. Unde qui rationis lineas liturat, ipsam quoque rationem, & legem Dei inditam, sibi que insitam cancellat, ac perinde imaginem delet, ac dissimilem, & contrariam reddit, ut radiante ipsa ratione vidit Tullius in Paradoxa ad Brutum. Transire naturæ lineas peccare* ^{22.} *est, quod cum feceris culpa commissa est, nemini enim licet peccare, id est imaginem Dei liturare, ac delere. Penicillo igitur rationis jus sequamur, ut verè imagines Dei simus, & ratio, & lex*

lex nostra similitudo rationis, & leges divinæ. Legiferi enim sumus, & idèò Dij etiam appellati, quasi prodij, vel vicedij, Joannis c. 10. *Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes.* Congnovit Aristoteles dicens: *Ex hominibus ob virtutis exuperationem Dij sunt, id est ob rationis imperium, quo omnis statuitur virtus: inde Principes, & judices (ex jurisdictione homini mandata, argument. l. follet. 16. ff. de jurisd. cum c. 1. Genes.)* Dij appellantur apud Prophetam, Psal. 81. D. Hieron. *Deus fecit in synagoga Deorum, id est Judicum, aut Principum, propter verbum Elohim,* & apud Moysem Exod. c. 22. *Dii non detrahes, & Principi populi cui non maledices:* itaque jure rationis, & imperio coronati legiferi sumus constituti, *ipsi sibi sunt lex, ad Roman. 2. ad imaginem, & similitudinem divinæ, absque quam nulla lex, nulla ratio, nulla virtus, potestas, nec imperium, qui major honor* (inquit D. Ambrosius in lib. de dign. humanæ cond. c. 3.) *potuit homini esse quam ut ad similitudinem sui factoris crearetur, & eiusdem virtutum vestimentis ornaretur, quibus & conditor, sed homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis, Psal. 48.* Quia uti Cherub ille Beemoth, Job c. 20. qui signaculi, & naturæ sue lineas transgressus est, easque superbia lituravit, summum amissit bonum, ac lumen signaculi si-

militudinis Dei, *Ecce Beemoth, quem feci tecum, fenum, quasi bos comedet, Job c. 40.* *Huc monies, herbus ferunt, omnes bestie agri ludent ibi, sub umbra dormit in secreto calami, & in locis humentibus processunt umbra umbram ejus, quia si ascenderit, usque ad cælum superbia ejus, & caput ejus nubes tenuerit, quasi sterquilinium in fine perdetur, quia oculus ejus, sive ratio, seu intelligentia fuit nequam, & sic totus tenebrosus erit, via impiorum tenebrosa nesciunt ubi corrulant, Matth. c. 6.* Si ergo lumen, quod in te est tenebra sunt, ipsæ tenebres quanta erunt? mali resistunt Deo; non natura, sed voluntate, ideoq; vitium quo ei resistunt, non Deo, sed ipsis malum est, ait Augustinus 12. de civit. Dei. Ita Adam 24. nudus imagine Dei, vestitur tunicis pelliceis in similitudinem bestiarum, cui transgressione præcepti assimilatus est, Genes. c. 3. *Et comedet herbus terre.* Quapropter, ô dilectissime (monet D. Ambrosius lib. de dign. hum. cond.) quisque diligenter attendat, prima conditionis sua excellentiam, & venerandam in se ipso sancta Trinitatis imaginem agnoscat, honoremq; similitudinis divina, ad quem creatus est nobilitate morum exercitio virtutum, dignitate meritorum habere contendat, ut quando appareat qualis sit, sunc similis ei appareat, qui se mirabiliter ad similitudinem suam in primo Adam condidit, mirabiliusq; in secundo reformavit. Is enim est, qui eripuit nos de poena renebrarum, & transluxit in regnum dilectionis sue, Apostol. ad Coloss. I.

C A P V T X.

Iuris humani ratio ad imaginem, & similitudinem rationis divinae, mundi etiam rector est.

S V M M A R I V M.

1. *Philosophi antiqui tres mundos in Orbe esse dixerunt.*
2. *Hominem omnium simulacrum, ac velut compendium esse agnoscunt.*
3. *Homo non tam parvus mundus, quam mundus ipse, ac triplex universum dici potest.*
4. *Ratio humana ad imaginem, & similitudinem rationis divinae, mundi etiam rector est.*
5. *Mens humana omnia scrutatur, & quasi formare ea, quae non sunt, videtur.*
6. *Plato excedit omnes Philosophos.*
7. *Facies hominis est vestigium similitudinis, & imaginis Dei, que in mente est.*
8. *Ratio est, quod optimum est in homine.*
9. *Homo templum est Dei, majori excellentia, & privilegio, quam mundus.*
10. *Mundus, ejusque omnia subiecta sunt homini.*
11. *Homo solus in terra sui creatoris cognitionis, cultus, ac religionis capax, quia rationis compos est.*
12. *Homo vice-Deus est in omnia, quae subjecit ei.*

L

T R E S

- RE S Mundos esse sa-
1. pientiores quique ex
antiquis opinati sunt
Philosophi : primum
quidem divinum , au-
gustissimum,incomprehensibilem,
quem iidem intellectualem appellat , in cuius contemplatione he-
bescunt sensus , & mens caligat ,
quem Plato in Phœdro,asserit,non
posse pro dignitate verborum co-
pia ulla , vel ingenij præstantia ef-
ferri, decantarique , is vero est ,
quem nonnulli deificum , aut an-
gelicum vocant. Alterum cœle-
stem dixerunt ; tertium denique
sublunarem,quem tenebrarum no-
2. minant conceptaculum. Homi-
nem vero omnium simulacrum ,
ac velut compendium esse agno-
scunt, idcirco eum Microcosmum ,
ac minorem mundum nuncupa-
runt, cui corpus elementare,ac ve-
getalis potentia cujusmodi in
plantis sensus , perinde, ac in bru-
tis , item spiritus cœlestis , mens
Angelica , ratio demum , ac Dei
3. Caragma, quo fit , ut non tam ho-
mo parvus mundus , quam mun-
dus ipse , ac triplex universum dici
possit : ita subscriptit Boverius in
symbol.tom. 1. dem. 2. c. 2. & Philo
Judæus 2.in som.cap. 12.& ex aliis
multis, eruditissimus D. Joan. de
Solorçano lib. 2. de Indiarum jure
cap. 7. à nu. 17. parvum mundum ,
hominem esse (ait) magnum , ho-
minem mundum : itidem , *Physici*
mundum magnum, hominem dixerunt, &
hominem brevem mundum. Rectorem
- quidem habet, sicut ille : animum
ad similitudinem , & imaginem
Dei , quatuorque in se elementa , 4.
capitis quoddam cœlum in eo ,
flammantes oculos, ut stellas , qui
totum corpus lucidum reddunt,ac
omnia , quæ in mundo sunt , ipse
continet , & in capaci illa mente
gestat , quæ (ut ait Ambrosius in
Hexamer.cap.7.) libera est , & dif-
fusis cogitationibus , atque consi-
liis, huc, ac illuc vagatur, quæ con-
siderando spectat omnia , ecce
nunc sumus in Italia , & cogita-
mus, quæ ad Orientales , & Occi-
dentales partes spectare videntur ,
& cum illis versari videmur, qui in
Perside sunt constituti , & illos vi-
demus , qui degunt in Africa , si
quos cognitos nobis ea terra sus-
cepit, sequimur proficiscentes ,
inhæremus peregrinantibus,copu-
lamur absentibus , alloquimur se-
paratos, defunctos quoque ad col-
loquium resuscitamus, eosque, ut
viventes complectimur , & tene-
mus, & vitæ officia , his usumque
deferimus : ea igitur est ad imagi-
nem Dei , quæ non corporeo æti-
matur, sed mentis vigore, quæ ab-
sentes videt , transmarina visu no-
vit, percurrit aspectu, scrutatur ad
ista huc, atque illuc uno momento
sensus suos, per totius Orbis fines ,
& mundi secreta, circumfert, quæ
jungitur Christo adhæret, descen-
dit in infernum, atque ascendit li-
bera,versatur in cœlo denique, au-
di dicentem: *Nostra conversatio in cœlis*
est, dicat etiam Manilius lib.2.

Quis.

*Quis calum posset, nisi cali munera nosset,
Ex reperire Deum, nisi qui pars ipse
Deorum est.*

Pars, scilicet, similitudo, & imago creata, ut inquit D. Augustinus ad Optatum, *hunc arte* (dicit Moyses) *in quā tu totus es, in quo melior tui portio est,* D. Ambrosius suprà, hac & suis ideis scrutari mens plusquam agnovit, & quasi formare ea, quæ non sunt, quid mirum si imago Dei, *Deus enim* (inquit Lactantius de Opificio Dei, vel form. hom. cap. 8.)

5. *cum ex omnibus animalibus statuisse, solum hominem facere cœlestem, ceteraq; universa terrena, hunc ad cœli contemplationem rigidum erexit bipedemq; constituit, scilicet, ut eadem cogitaret, unde illa origo est: illa vero depresecit ad terram, ut quia nulla bi immortaliatis spectatio est, toto corpore in humum projecta ventri, pabuloq; servaret: hominis itaque solius rectarria, & sublimis status, & valens Deo patri consonans, ac proximus originem suam, factoremq; testatur, utique Ovidius I. Metamorphos.*

*Os homini sublime dedit, cœlumq; vi-
derat.*

*Insec, & erectus ad sidera collere vul-
tus.*

Et Boët. Sever. lib. 1. de cons. metr. 4. idem inducit, verè. Et M. Tullius ait, *Natura altissima* (id est Deus) *universa naturans, homini dedit statu ram* rectam, *ut contemplans cœlestia, inde eru-* diatur ad ordinem vita, ac mores venustos, idem Plato (qui teste D. Augustino excedit omnes Philosophos, & quem Labeo semideum appellat)

6. *ad hoc (inquit) in homine elevati sunt*

oculi, quatenus motus cœlestium invenientes redigerent eos in usum, imitationemq; mentis, hoc sit quando ordinatisime vivimus ratione humana, sicut ordinatisime cœlestia moventur ratione divina, quia ut docet Jureconsultus Paulus, in l. 44. ff. de relig. & sumpt. fun. *Quod est principale, id est, caput, cuius imago su-* inde cognoscitur. Theologisare possimus, est enim facies hominis vestigium similitudinis, & imaginis Dei, quæ in mente est, quia facies, & caput non est imago, sed mens. At verò, quia ex capite capiunt initium sensus, & nervi, hinc dicimus caput, & arcem, ubi culmen est altissimum, & regimen mentis, ideo in faciem ejus (dicitur Genes. 2.) spiravit spiraculum vita, ita intelligendus est Imperator, l. 17. C. de pœnis, qui faciem hominis imaginem Dei appellat, in hoc totus admirabilis homo est, & inde accelerare ad sui creatoris, & similitudinem tendit: *est alacer* (exclamat Pythagoras, Magister Platonis, & discipulus Phærecidis Siri, Eugubinus refert lib. 9. cap. 9.) *Nam nobis est di-* vina origo, namque genus divinum mortali bus exitat, hoc est ratio, ut respondeat Seneca epistol. 121. *In homine* 8. *quid optimum est?* ratio, *hac antecedit ani-* malia, Deos sequitur, quâque magnus animus conscientius sibi melioris natura est, & dat quidem operam, ut in hac statione, quâ positus est, honestè se gerat, atque industrie, ceterum, nihil borum, quæ circa ipsum sunt, suum judicat, sed ut commoda inueni peregrinus, & properans, & iterum Seneca lib. 2. de benef. cap. 29. aurea, & verba sensa profert, ita est, charissi- mos

mos nos Dij immortales habuerunt (verè nostro sensu Pater, & Filius, & Spiritus sanctus unus tamen Deus) & qui maximus tribui honos potuit ab ipsis proximos collucaverunt, magna accepimus, majora, non cepimus, inde iterum inquit Seneca epist. 40. Miraris homines ad Deus ire? Deus ad homines venit prope est à te, Deus tecum est, incus est, quapropter (ait Mercurius Trismegistus in Pim. cap. 10.) Audendum est dicere hominem terrenum esse Deum mortalem, Deum cælestem esse huminem immortalē, explicat D. Augustinus de civit. Dei lib. 14. cap. fin. Cognacionem (docens) nobis cum Deo esse, & magis Dei filios esse, ex illo, ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes, quando nisi cùm dixit, Genes. cap. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, cum doctrina ipsius veritatis dicentis apud Matthæum cap. 12. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est, & ratione cognovit Seneca de provid. cap. 1. Inter Deum, ac bonum virum necessitudo est, & similitudo, vir enim bonus vera ejus progenies, item animus rectus est, quasi Deus in humano corpore hospitatus, veluti Henoc, qui eum Deo ambulavit, & aliorum viorum, qui ab ipsa sapientia laudantur, Eccles. cap. 44. Vir enim bonus (ut inquit Plato in Minoë) res est omnium sanctissima, his igitur lustrare licet carmina Manili lib. 2.

Quis dubitet post hæc, hominem conjungere cælo

Eximiam natura dedit linguamq;, capaxq;

*Ingenium volucrem q; animum, q; de-
nique in unum
Descenditq; Deus, remaneq;, ipsumq;
requirit.*

Dicat autem suo ille sensu: nostro verissimia sunt, quia per essentiam est in nobis. Lactant. de ira Dei, cap. 14. In ipso enim vivimus, movemur, & sumus, & per gratiam quoque Deus habitat in nobis, ut ipse testatur: In me manet, & ego in illo. Et delicia mea esse cum filius hominum, & apud Apostolum 1. ad Corinth. cap. 3. Tempulum Dei sanctum est, quod estis vos, & iterum: Templum Dei vos estis, & Spiritus sanctus habitat in vobis, & à philosophica ratione hæc infertur veritas, quia mundum Dei tempulum esse Philosophi dixerunt, præcipue Seneca de benef. l.7.c.7. & epist. 90. Plutarchus de tranquill. anim. & Macrobius lib. 1. c. 14. & Cicero in somn. Quidquid humano aspectui subjicitur templum ejus vocavit, qui sola mente concipitur, ut qui hæc veneratur, ut templo, cultum tamen maximum debat conditori, sciatq; quisquis in usum templi hujus inducitur, ritu fibi vivendum sacerdotis, propè est Deus, intus est, ipse homo templum est majori cum excellentia, & privilegio, quia homo ad imaginem, & similitudinem Dei factus est, non mundus: Homo quidem spiritus est, mundus vero minimè, & eos qui adorant Deum, in spiritu, & veritate oportet adorare, quia ipse spiritus est: unde mundus ejusque omnia subiecta sunt homini. Omnia subiecta sub pedibus ejus, Psal. 8. Et Cicero 1. Tus. rationali lumine vidit,

dit, Deus hominem, quasi contemplationem cœli ac Deorum, ipsorumque cultorem fecit, & hominis utilitati agros omnes, & maria parentia, & scite Manilius c.4.

— Quid mirum noscore mundum.

Si possunt homines, quibus est et mundus in ipsis,

Exemplumque Dei quisque est in imagine parva.

11. Quid nisi si solus homo in terra sui Creatoris cognitionis, cultus, ac religionis capax, quia rationis compos est, in tanta animantium (inquit Tullius Cicer. 2. Academic.) varietate homini sibi cupiditas ingenerata est cognitionis, & scientiae, seu Græcè luminis. Idem de natura Deor. 2. Item sunt ex terra homines, non ut incola, atque habitatores, sed quasi spectatores rerum superarum, atque cœlestium, quod spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Consecravit hujusmodi dīeterium D. Ambrosius in Hexamer. lib. 6. cap. 6. dicens: Non igitur tu vestimentum es, sed qui vestimento utevis, ideò tibi dicitur, ut expolians veterem hominem, cum vestibus ejus novum induas, qui non in corporis qualitate, sed in spiritu mentis, & agnitione renovatus, non, inquam, caro es tu, neque enim carni dicitur, templum enim Dei sanctum est, quod estis vos, & alibi, templum Dei vos estis, &

12. Spiritus sanctus habitat in vobis. Solium ergo deificum homo est, immo vice-Deus, locum tenens, & vicem gerens ipsius Dei in omnia, quæ subjecit ei, mandatum enim generale dedit illi rationis, elogio dominandi, imperandi, ac regendi se, & sua, ex eo, quia creavit Deus hominem

ad imaginem, & similitudinem suam, Genes. c. 1. O utinam nosceremus hanc præminentem picturam ad imaginem, & similitudinem Dei ab ipsomet creatore omnium, & summo artifice, non fuso depictam, sed veritate fulgentem, non colore, sed rationis lumine illuminatam, non penicillo expressam, sive cœlo cœlatam, sed gratiâ & beneficiâ incomprehensibilis pictoris, licet in limo inspiratam. Sed proh dolor! Quod ipse homo hujus imaginis lituravit lineas, *A seculo confregisti jugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti, non serviam, Hierem. ait, cap. 2. cum in honore esset, non intellexit, comparatus iumentis insipientibus, & similis factus est illis, Psal. 48.* & immutavit gloriam similitudinis Dei in similitudinem vituli comedentis foenum, uti etiam exclamat Isaías c. 2.4. *Luxit & defluxit terra, & infirmata est, defluxit Orbis, infirmata est altitudo populi terre, & terra infecta est ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges, mutaverunt jus, dissipaverunt fœdus semipernum, propter hoc maledictio vorabit terram, &c.* Si ergo benedici, renasci, & reformari volumus, imitatores simus imaginis Filij Dei, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum, Apost. ad Ephes. cap. 5. & 1. ad Corinth. cap. 11. quâ solâ à tenebris redempti reducimur in lumen, quod est super nos: obscuratum enim peccato, sive transgressione præcepti, erat cor nostrum, insipientisque factum, ita ut si quisque ratione prædictus, sibi erat Rex, sibiique lex, subjecta ratione,

tione, subditus, immo servus efficitur: agnoscit Cicer. in Paradoxa §.
Solus sapiens liber, & omnis stultus servus est, discipulus Zenonis, & Stoicorum, qui, *solum sapientem* (id est qui ratione utitur) liberum, *omnes malos servos esse* dicebant, & rationem reddit ille Stoicorum sectator ead. par. dicens, *Quid est enim libertas? potestas vivendi, vel vivi: qui igitur vivit, ut vult? nisi qui recta sequitur? qui gaudet officio?* scilicet rationis, quâ sola liber est homo, dominusque, & Rex, uti verè illi Stoici subscribunt, *solum sapientem Regem esse*, Cicer. lib. 3. de finibus, *verè ista nomina omnia possidere sapientem, quæ irrideri ab imperiis solent* (idem quod Sapient. cap. 2.) *rectius enim appellabitur Rex, quam Tarquinius, qui nec se, nec suos regere potuit,* & Laërt. in Zenone, non solum libros sapientes, sed etiam reges esse, & Tragicus noster cecinit.

*Rex est qui posuit metas,
 Et dari mala peccoris,
 Qui ex eo positus loco
 Infrasē videt omnia,
 Occurritq; suo libens
 Faro, nec queritur mori.*

Just. Lipsius lib. 3. ad Stoicam Philos. diss. 12. & 13. recte definit sapientem illum esse, qui jus suum exercet. Egō clariori calamo definio: sapientem esse, & sibi, & aliis regem, qui ratione utitur, quâ Dominus est omnium visibilium, quæ subiecta sunt ei, Psal. 8. inde Philo de Habrah. *Sicut gubernator in nave, magistratus in civitate, Imperator in exercitu, anima in corpore, mens in anima:* sic revera sapiens est Princeps in genere humano, exornat Lips. supra, & D. Joan. de Solerçano lib. 2. de Ind. jur. cap. 7. à num. 56.



L I B E R

LIBER SECUNDVS
DE
RATIONIS IMPERIO.
CAPVT PRIMVM.

*Imperium & potestas regendi nos ratio inge-
nita est.*

S V M M A R I V M.

1. *Hominis regimen ipsius animæ traditum est.*
2. *Mens hominis est spiritus in toto corpore, per modum circuli collocatus.*
3. *Regimen nostri, oportuit esse nobis connaturale, & humanum.*
4. *Regula actuum humanorum, non est quælibet ratio, sed ratio recta.*
5. *Ex eo quod potentia sit in nobis, nempe irascibilis, & concupiscibilis, quæ potest reniti imperio rationis, obedientia, & inobedientia constitui-
tur, virtus, & vitium.*
6. *Rationis imperium, regium à Platone, merito nuncupatur.*
7. *Discrimen inter operationem homines, & bruta.*
8. *Homo, ut homo est, dicitur esse, quod ex toto est, non quod ex parte.*
9. *Ratio est principium primum actuum omnium humanorum.*
10. *Ratio est omnium agibilium norma, sapientia, & virtus.*
11. *Ex eo quod humana ratio sit imago, & similitudo rationis divina, se-
quitur quod sit regula omnium operationum, & actionum humanarum, ac
lex imperandi, prohibendi, sapientia humana.*
12. *Ratio est legislatrix omnium actuum humanorum.*
13. *Ratio humana, non solum est decretum legis æternæ, sed imago, & si-
militude ejus.*

14. Lex

14. Lex 3^{ff} de iust. & jure, in fine explicatur.
15. Intellectu deficiente, deficit imperium, sapientia, & ratio, quā homo
Dominus est suorum actionum.
16. Nihil soli fit simile, nisi quadam luminis ipsius infusione.
17. Præstabilissimum in homine ratio est.
18. Officium rationis.

1. **R E V I S** ipse mun-
dus totus homo a-
nimæ ipsius, ab u-
niversali. Creato-
re, & Domino tra-
ditus est, ac inde
relictus in manu consilij sui, ut regeret
ad imaginem, & similitudinem illius,
qui ita fecit eum, quia sicut
Deus est mens universi, spiritus, &
animus, per rerum naturam om-
nem intentus, & ubique diffusus,
& per omne mundi corpus, in mo-
dum circuli collocatus, & omne
opus suum, intra, & extra tenet, ut
ex Evangelista, & Damasceno, La-
etantio, Seneca, Platone, Pythagora,
Cicerone, Plutarcho, Stobæo, &
ex Zenone, & Trismegisto dixi su-

2. præ: ita ad similitudinem. (Ban-
nez ait ad 1. part. D. Thom. qu. 93.
art. 3. in resp.) mens hominis est
spiritus, per totum mundum sui
corporis parvum, per modum cir-
culi collocatus totus in toto, &
totus in qualibet parte. Unde Vir-
gil.

*Spiritus intus alit, totoque infusa per
artus*

*Mens agitat mollem, & magno se corpo-
re miscet.*

3. Et quia exinde oportuit, regimen

esse nobis ipsis connaturale, & hu-
manum. *Signatum est lumen vulnus Dei*
super nos, Psal. 4. magnum quidem à
magna illa manu, & scripta est lex
ejus in cordibus nostris, ad Rom. c.
2. & potestas regendi nos ipsos, fa-
ciendiisque naturaliter ea, quæ sunt
legis: *Est igitur* (inquit Philos. I.
Pol. c. 3.) *in homine contemplandum im-
perium dominicum, & civile: nam anima*
*quidem in corpus dominicum habet impe-
rium: mens vero in appetitum, civile, &*
Regium: inde D. Thom. I. 2. q. 17.
art. 1. docet imperium pertinere ad
intellectum, cujus ordinatio, &
præceptio, ratio recta, & lex, atque
jus est, quia *regula actuum humanorum*
(ait ipse Angelicus Doctor in 2.
dist. 24. q. 3.) *non est qualibet ratio, sed 4.*
ratio recta: agnovit & Cicero, lib. I.
de legib. ita syllogizans. Quibus ratio
à natura data est, iisdem etiam recta ratio
data est, ergo & lex, que est recta ratio in
jubendo, & vetando, si lex, jus quoque: at
*omnibus ratio, jus igitur datum est omni-
bus: Intellectum* (dixit Plato lib. de
summo bono) *esse cœli, ac terræ Regem,*
qui cum in homine appetitus sen-
situs, irascibilis, & concupiscibili-
lis, & vi fallaci imaginatiæ, &
sensus repugnet, nititur elicere
conclusiones, ex collatis proposi-
tioni-

- tionibus veri, & æqui, quibus immediate obediatur irascibilis, & concupiscibilis potentia, quia hæ possunt reniti imperio, & lege mentis, & subjici pravæ legi sensus cogitativæ, & imaginativæ, quam repugnantiam, argumentationem, & bellum sentiebat Apost. & sic dixit: *Aliam legom sentio in membris meis*
5. *repugnante legi mentis mea, ex eo enim quod aliqua potentia sit in nobis, quæ possit reniti imperio rationis, obedientia, & inobedientia constituitur, electio, & rejectio, & inde virtus, & vitium, obediens, & impetrans, inferior, & superior, unde D. Damasc.lib.2.de Orthod.fid. c. 12. ait; quod obediens, & persuadibile ratione dividitur in concupiscentiam, & iram.*
6. Hinc politica obedientia est, Regiumque imperium: differuit Plato lib. de regno, *quisquis eo præditus, seu publico fungatur munere, sive privatus viras, omnino secundum hanc peritiam, Regius merito nuncupatur.* Est enim hæ corporis, & animæ actionum harmonia, Scientia Regia. In aliis autem animalibus statim ad appetitum irascibilis, & concupiscibilis, sequitur motus, sicut ovis timens lupum statim fugit, quia non est in eis superior appetitus, qui repugnet, & aliter imperet. At vero in homine, non statim ad appetitum inferiorem, sequitur motus, sed expectatur imperium voluntatis, quod est appetitus superior, quia uti ex Philos. docet Banez ex 3. de anim. text. 57. tom. 2. ad. 1. part. D. Thom. quæst. 81. art. 3. appetitus superior movet appetitum inferiorem, sicut sphæra superior inferiorem, quia in omnibus potentiis motivis ordinatis, movens secundum non movet, nisi virtute primi moventis, probant Theologi ex illo Genes. c. 4. *Subter te erit appetitus ejus, & tu dominaberis illius,* ex Greg. 4. Mor. c. 22. & Bern. 5. in quad. August. 15. de civit. c. 7. Bannez suprà, quia homo, ut homo est, dicitur esse, quod ex toto est, non quod ex parte: ex toto autem homo est, ex rationis, & voluntatis facultate, non vero ex sola intelligendi, ridendi, flendi, loquendi, irascendi, aut concupisciendi potestate, quoniam actio humana, non est nisi cuius homo Dominus est, ita Pater Azor, lib. 1. Mor. c. 1. ad 1. 2. quæst. 1. art. 1. 1. 2. quæst. 58. 2. c. interpretatur D. Thomas, qui inde docet rationem esse principium primum actuum omnium humanorum, quia ex illa homo suarum actionum Dominus est: *Principali intum enim ubique gubernat, exclamat Philosophia Consul-tus, lib. 3. Pol. cap. 4. & eloquentia Præceptor dicit, lib. 1. de legib. Quid est autem, non dicam in homine, sed in omni cælo, atque terra ratione divinius? quæ cum adolescit, atque perfecta est, nominatur ritè sapientia. In Deo est illa summa*
7. *æternaque ratio ab æterno ordi-nata, & cuncta componens, Prover. 8. tanquam æterni summique artificis, & gubernatoris, rerum omnium creandarum, & gubernandarum regula, atque norma, ac quiddam illud æternum, quod universum mundum regerer, imperandi, prohibendi, sapientia, quam principem legem illum, & ultimam mentem*

M

esse

esse omnia ratione, aut cogentis, aut veteran-
tis Dei, dicebant sapientissimi, ut ex D.
Thoma, 2.2. quæst. 93. & Cicerone
lib. 1. de leg. explicat Dom. Soto,
lib. 1. de justitia, quæst. 3. art. 2. de
lege æterna. Ex qua illa lex (prose-
quitur Cicero) quam Di⁹ humano gene-
ri dederunt, rectè est laudata, quia est
imago, & similitudo illius legis æ-
ternæ, imperandi, prohibendique
sapientiæ, inde rectè est laudata
imago, quia rectè est depicta in vi-
sceribus nostris, sicut dictum est,
dabo legem meam in visceribus eorum, & in
corde eorum scribam eam, Hierem. c. 3.
ad Rom. 2. lex naturalis scripta in
cordibus nostris, iterum formata,
per Evangelium est, quia peccato,
quasi atramento liturata fuerat. In-
tentio enim vehemens passionem (inquit
Boëtius de consolat. lib. 1. prof. 6.)
opertam habebant, atque absconditam hanc

11. rationis scintillulam. Et ex eo quod hu-
 mana ratio est imago, & similitudo
 illius æternæ rationis, sequitur
 quod sit regula, & norma omnium
 operationum, & actionum huma-
 narum, D. Thom. in 2. dist. 24. qu.
 30. ac lex imperandi, prohibendi-
 que sapientia humana, lux, & dux
 voluntatis, consultrix, magistra, at-
 que præceptrix, quæ instigando,
 suadendo, dirigendo, illuminando,
 & movendo, docet meliora execu-
 tricem voluntatem, (scitè differit
 Pater Azor, lib. 1. Mor. c. 20.) ita ut
 homo naturaliter velit, imperet, &
 faciat ea, quæ legis sunt, quia hu-
 jusmodi scientia regia, & politica
 scripta est in cordibus nostris, ad

12. Roman. 2. Hinc ratio est legislatrix

actuum humanorum, quoniam
 non solùm elicitis illis, velle, inten-
 dere, frui, eligere, consentire, & uti,
 sed etiam imperatis (de quibus
 omnibus late Pater Azor, d. lib. 1.
 per totum) credere, intelligere, vi-
 dere, audire, loqui, edere, deambu-
 lare, saltare, canere, verberare, oc-
 cidere, quotiescumque motu, &
 imperio voluntatis, actitantur, aut
 factitantur, leges imponit, & jus di-
 cit; bonum & æquum decernit,
 cum homineque est cuncta com-
 ponens, legem ponens appetiti-
 bus, ne transeat fines suos, *Nun-*
quam non sapientia clamitat, & prudentia
dat vocem suam, Prov. 8. Hinc patet 13.
 rationem humanam: non solùm es-
 se decretum illius Principis legis
 æternæ, sed imaginem, & similitu-
 dinem ejus: non solùm enim rivu-
 lus creatus est ab illa increata, sed
 fons, & origo, ac legifer, non solùm
 lata, sed ferens: non solùm impres-
 sa, sed imprimens: non solùm illu-
 minata, sed lumen: non solùm do-
 minata, sed dominans: non solùm
 imperata, sed imperans: *Ipsi sibi sun-*
lex, ad Rom. d. c. 2. Inde quia lex illa
 æterna, summa ratio Dei, & sapien-
 tia respicit imaginem suam, in ho-
 mine, quasi in speculo, d. c. 8. Prov.
 delitiae ejus sunt esse cum filiis ho-
 minum, uti ex Platone, docet Bo-
 ver. 1. tom. demonst. 2. symboli art.
 2. contra Atheistas, rationales ani-
 mos, tanquam specula quædam ni-
 tidissima esse, in quibus ipsa divini-
 tatis imago splendeat: egregie do-
 cet Seneca, *Quis dubitare, mi Lucili, po-*
test quin Deorum immortalium munus sit,
quod.

quod vivimus, Philosophia (rationis dic-
co) quod bene vivimus, itaque tanto plus
nos debere huic, quam Divis, quantum ma-
jus beneficium est bona vita, quam vita?
pro certo deberetur, nisi ipsam Diij Philo-
phiam tribuissent, cuius scientiam nulli, de-
derunt facultatem omnibus, nam si hanc
quoque bonum vulgare fecissent, & pruden-
tes nasceremur. Et hujus (nempe ratio-
nis perfectæ) opus est de divinis, huma-
nisq; verum invenire, ab hac nunquam rece-
dit justitia, religio, & omnis alius virtutum
comitatus consertarum, & inter se cohæren-
tium. Hac docuit colere divina, humana di-
ligere, & penes Deos imperium esse, & inter
homines consortium. Quod Florenti-
nus appellat in l. 3. de just. Cognario-
nem quandam, quam inter nos natura
constituit, natura, id est, Deus ratio-
nem scribens in cordibus nostris,
quâ deducitur cōsequēs, homini insi-
diari nefis esse, & reliqua notitia justi,

utrorumque signacula tenens, non secundum illius proprium sensum, utrumque habet, verum instar imperiti sagittarij à signo procul aberrat: quod quidem mendacium nunquam est, commutat bonitatem veram, & illius visionem ad alienum simulacrum transfert, & similia quedam patitur in, quæ in speculis transversò resultant, cùm aspectus dextera in sinistram commutat, nam quoties pro pulchro turpe, vel cōtrā pro turpi pulchrum, opinatur, falsa opinari judicatur. Et tunc non est recta ratio, nec lex, nec potest esse imago, & similitudo illius legis, & sapientiæ æternæ: ab ea enim aberrare, stultitia, peccatum, & impotentia est, & assimilatio brutis, quia deficiente intellectu, deficit imperiū, 15.

& sapientia, & ratio, cuius lumine homo Dominus suarum actionum est: inde *actus naturales hominis, sunt actus mentis rectae rationis* (ait D. Tho, i. 2. q. 1.) & transire ejus lineas peccare esse cognovit Cicero in Paradox. ad Brutum: nec ignoravit divinus Philosophus, lib. de sum. bono, peccare hominem, esse se persimilem irrationalibus efficeret, *ratione captus, quod in posterum (inquit) voluptatem aliquam adepturus sis, ratiocinari non poteris*; duces autem non hominis vitam, sed Pleumonis cuiusdam, id est spongia marinae, aut ostreae marinae persimile sunt: *hac vera an aliter de his sentire licet? Quid magis pium à Christiano calamo: didicit & discipulus ejus, lib. 10. Ethic. c. 7. Quod si fælicitas operatio est per virtutem, consentaneum est rationi, per eam esse, quæ est præstabilijima, hæc autem ejus fuerit, quod est optimum, si ve igitur mens sit hoc, si ve aliquid aliud,*

M₂ aged

quod quidem natura dominari videtur, ac imperare, & animadversionem habere de honestis, divinisq[ue] robis, aut quia divinum, & ipsum est, aut quod eorum, que sunt in nobis, est divinissimum: de ratione intellexit dicens Cicero lib. 1. de legib. & lib. 2. Nihil esse ratione divinitas: est enim ratio, mensque sapientis ad iubendum, & ad deserendum idonea, justorum, injutorumque distinctione, ad illam antiquissimam, & rerum omnium principem expressam naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quia lex vera, atque princeps apta ad iubendum, & ad vetandum, ratio est recta summi Iovis. Et sic sola imago, & similitudo illius, erit ratio apta ad iubendum, & ad vetandum, justorum, injutorumque distinctione. Erat enim ratio (ait eloquentissimus, lib. 1. de legib.) profecta à rerum natura, & ad recte faciendum impellens, & à delicio avocans, quo non rum denique incipit lex esse, cum scripta est, sed cum cum orta est: orta autem est simul cum mente divina: de ea enim dictū est Proverb. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam ficeret à principio, ab eterno ordinata sum, & ex antiquis, antequam terra fieret, & ibi: Meum est consilium, & equitas, mea est prudentia, mea est fortitudo, per me Reges regnant, & legum conditores justa decernunt: & iterum, Job c. 1. vers. 26. Quando ponebat pluvias legem, & viam procellis sonantibus, tunc vidi illam, & enarravit, & preparavit, & investigavit, & dixit homini: Ecce timor Domini, ipsa est sapientia, & recedere à malo intelligentia. Prov. 1. 7. & 9. 10. Sed ut video (dixit Barachel Buzites, Job c. 32. vers. 8.) spiritus est in hominibus, & inspiratio omnipotens dat intelligentiam. Si

homo intelligit, & imperat, per illam legem æternam intelligit, & imperat, quia ratio, & mens humana, imago, & similitudo illius est, & nihil Soli fit simile, nisi quadam 16. Solis ipius infusione, Plato in Theeteto, & Phædone, inde Omne datum optimum, anno domum perfectum desursum est descendens à patre lumine, Jacob. Apost. c. 1. & Petri 1. c. 1. 16. quoniam scriptum est sancti eris, quoniam ego sanctus sum, agnoscit Magister Philosophie, lib. 10. Ethic. c. 6. Nihil enim felicitatis est imperfectum: talis autem vita, superat hominis naturam; (hinc indigemus gratia) non enim hoc ipso, quo homo est, ita vivet, sed quo est quid in ipso divinum, quod si mons divinum ad ipsum hominem est, & vita, qua ab hac natura, divina respectu ipius vita humana: quid est hoc divinum? lumen virtutis Dei, quod est super nos, Psalm. 4. ad Roman. 2. Et lex scripta in cordibus nostris, ab Apostolo didicit & Seneca, in omnium animos (ait) lumen suum immittit, etiam qui non sequuntur eam vident, de quibus Doctor gentium ita inquit: Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientiam ipsorum: & apud Job cap. 18. vers. 5. & 6. dictum est: Nonne lux impij extinguetur, nec splendet flama ignis ejus? lux obtenebreget in tabernaculo illius, & lucerna, qua super eum est, extinguetur, itaque oportet (radiat illa Philosophie lucerna, lib. 10. Ethicoru c. 6.) non quemadmodum monet nos quidam, humana sapere, cum sumus homines, aut mortalia, cum sumus mortales, sed quod ad fieri potest immortales nos ipsos facere, cum ergo efficere, ut eâ vitâ vivamus, que ab eo

ab eo manat, quod est eorum, que in nobis similes efficit cum prudentia, justitia, simul & sanctitas. Ceterum, o vir optime, hanc facile id persuaderi potest, quod non illius gratia, cuius vulgus existimat sequenda virtus, & vitium fugiendum, hoc est ne malus videaris, utique bonus appareas, ha-
namque animalium nuga mihi esse videtur. sed quod verum sit, ita dicamus, Deus nusquam, & nullo modo injustus, sed quam-
justissimus, complexus totam videlicet ju-
stitiam potestatem, nihilq; illi similius; quam
justissimus homo, circa hoc vera industria,
& fortitudo viri, nec non inertia imbecilli-
tatis versatur, horum sane cognitio vera
virtus, & sapientia; ignoratio contra, ini-
scititia, & improbitas manifesta, quod Ar-
istoteles i. Ethic. cap. 13. & 10. E-
thic. cap. 6. sic intellexit forsanse au-
tem non minus, & in animo purandum est,
esse aliquid propter rationem, quod huic ad-
versatur, & obediatur. Et iterum: Vide-
bitur autem, & unusquisque hoc esse, si quis-
dem praeceptum est, & melius; absurdum
igitur esset, si non suam, sed alterius expe-
ceret vitam, id insuper, quod dictum est an-
te, nunc etiam accommodabitur, quod est
enim natura unicuique, id optimam am-
bitique, & jucundissimum est, & homini igi-
tur ea vita, qua ab ipsa proficiuntur mente,
siquidem maxime, hoc est homo: quid- 17.
quid in eo est praestabilissimum. ratio
est: quā homo Dominus est, & ho-
mo est (exornat eloquentis parens,
lib. 2. Tuscul.) Reliquum est (inquit) ar-
tu te tibi imperes, quamquam hoc nescio
quomodo dicatur, quasi duo simus, ut alter
imperet, alter pareat: non inscitè tamen di-
citur: est enim animus in partes tributus
duas, quarum altera rationis est particeps,
altera expers, cùm igitur praeceperit, ut no-
bis met ipsis imperemus, hoc praeceperit, ut

18. ratio coërceat temeritatem, est in animis omnium ferè natura molle quiddam, demissum, humile enervatum quodammodo, & languidum, senile: si nihil aliud, nihil effet homini deformius, sed præsto est domina omnium, & regina ratio, quæ connexa per se, & progressa longius fit perfecta virtus, hac est, ut imperet illi parti animi, quæ obdere debet. O præexcelsa, & æterna divina ratio, in omnium animos lumen tuum immittis, ita ut etiam, qui non sequuntur, illud vident! Qui cum cognovissent, non intellexerunt (ad Rom. 2. de quibus quoque dictum, Job c. 34. vers. 27.) qui quasi de industria recesserunt ab eo, & omnes viis ejus intelligere noluerunt, ille etenim Ciceron d. lib. 2. Tuscul. hujus animi pars illa melior rationi sic paruit, ut Severo Imperatori miles prudens, in quo viro erit perfecta sapientia; igitur si ea ratio, quæ erit in eo perfecta, atque absoluta, sic illi parti imperabit inferiori, ut justus parens probis filiis, nutu quod volet conficiet, nullo labore, nullâ molestiâ eriget ipse se, suscitabitur, instruet, armabit, ut tanquam hosti se obstat fragilitati, & peccatu: Quid ab ore fidelium pium magis à divino ipso Doctore gentium, Apost. ad Rom. cap. 13. vers. 13. & 14. ita docemur, Induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus, non in comedationibus, & ebrietatisibus, non in cubilibus, & impudicitiis, non in contentione, & emulatione, sed induimini Dominum Iesum Christum, & carnis curam, non facietis in desideriis, & alibi ad Galat. c. 5. vers. 16. Dico autem spiritu ambulare, & desideria carnis non perficietis, caro enim concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem, hæc enim sibi invicem adversantur, ut non quacumque vultis illa faciat, quod si spiritu ducimini, non ejus sub lege: (tunc enim sibi sunt lex, & Domini) manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, &c. & Princeps Apostolorum 1. epist. c. 2. vers. 11. Chariſimi (inquit) obsecro vos tanquam advenas, & peregrinos: Abstinetis vos a carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam: recognovit & hoc, sua stritura lucis, Seneca dicens: Ideò magnus animus conscientius sibi melioris naturæ dat quidem operam, ut in hac statione, quâ positus est, honestè se, atque industriè gerat, ceterum nihil horum, quæ circa ipsum sunt, suum judicat, sed ut commodatus uitetur peregrinus, & properans. Subscriptus Boëtius Manlius Severinus insignis Philosophus, Orator, & Poëta, lib. 2. de consolat. prosop. 1. & Demosthenes apud Volaterranum, qui animum curat, se ipsum curat, qui corpus non se, sed sua curat, qui pecuniam, non se, nec sua, sed valde aliena curat. Curemus igitur nos ipsos, nobis met ipsiis imperando ratione coërcente temeritatem, quoniam principalissimum, ubique gubernat, idque ratio est domina omnium, & regina.

C A-

C A P V T I I.

*Vbi ratio imperat omne ius est naturale, diuinum,
& humanum, & ab ea, justitiae, & capax,
& beata vita.*

S V M M A R I V M.

1. *Ratio est pax omnium adunatrix.*
2. *Historia sacra inducitur.*
3. *Ratio fugit calumniam, & inimicitias.*
4. *Ratione imperante ad uniforme Regnum reducitur habitatio.*
5. *Ratio est primum principium omnium actuum humanorum, cui exinde competit imperium.*
6. *Bene vivere, & beate, idem est, quod secundum naturam vivere.*
7. *Diffinitio virtutis, & peccati.*
8. *Lex voluntatis ratio est.*
9. *Voluntas non fertur in aliquo, nisi ratione cognito.*
10. *Quo pacto intelligatur Stoicorum dicterium, nisi sapientem liberum esse neminem.*
11. *Voluntas naturae est, hominem secundum rationem vivere, & hoc est sapientia.*
12. *Diffinitio stultitiae.*
13. *Stultus peccator est, & sapiens justus, ex l. 9. §. 5. ff. de jur. & facili ign. recte inducitur.*
14. *Homeri verba explicantur, & illustrantur.*
15. *Vinculum, & jugum legis Dei, humanæ rationis insitæ imperium est, indeq; suade dicitur.*
16. *Preceptum Delphicum, nosce te ipsum, quid significet.*
17. *Stultus opinione sensuum captivus, in servitute concupiscentiae est alligatus.*

18. Stul-

18. Stultitia sive peccatum ex triplici suggestione boni oritur.
19. Rationis ordinationi obedire, est utique naturæ obedire.
20. Prima potestas homini tributa, rationis imperium est.
21. Platonis error execratu^s, & in verum, & pium reducitur sensum.
22. Plus mali patitur afflictus conscientia, quam qui corpore castigatur.
23. Præparare animam est obedire rationi.
24. Qui potest id quod sibi non expedit, quanto plus hoc potest, tanto impotenter, & imperfectior est.
25. Peccatores amittunt naturam, & esse quod fuerant: amittunt enim rationem.
26. Peccator omni bellua, & tyranno sevior.
27. Stoici liberum agnoverunt arbitrium.
28. Obedientia ordinata potestas est, & imperium.
29. Ad virtutem non magno molimine opus est, sed secundum naturam vivere.
30. Virgili sententia exornatur vere, & utiliter.

I.



Psa quidem ratio
(ut inquit Dionysius Archisynagoga) pax omnium est adunatrix, & omnium consensus, & connaturalitatis genitrix proinde ipsam, & appetunt omnia partibilem eorum multitudinem, convertentem in totam unitatem, & civile bellum universitatis adunantem in æquiformem habitationem: si ergo ratio coërceat temeritatem irascibilis, & concupiscibilis, redigatque eas in obedientiam ipsius imperij, bellum civile in æquiformem habitationem convertet, & pax erit huic domui nostri corporis: ecce mirabile adæquatum

exemplum in sacris litteris inter pastores Geraræ, & Isaac, Genes. c. 26. postquam Abimelech, dixit Isaac: Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es: valde infelix homo si irascibilis, & concupiscibilis dicat rationi: Recede à nobis, aquæ vivæ puteis obstructis, & impletis humo, foderunt, inquit, in torrente, & repererunt aquam vivam, sed & ibi iugum fuit pastorum Gerare aduersus pastores Isaac, dicentes: Nistra est aqua, quam ob rem nomen puto, ex eo quod acciderat vocavit calumniam? ecce concupiscibilis, foderunt autem, & alium, & pro illo quoque rixati sunt, appellavitq; eum inimicitus, ecce irascibilis. Profet Elies inde fudit alium puceum, pro quo non contendebunt, itaque vocavit nomen ejus, latitudo, dicens: Nunc dilatarit nos Dominus,

3 rationabilis : Ratio enim fugit columnam, fugit inimicitias, ubi ipsa sola fodit puteum, ibi est pax, ibi est latitudo cordis, ibi libertas, ibi quies, ibi lumen. *In* storum semita (clamat Sapiens Prov. 4.) quasi lux splendens procedit, & crescit, usque ad perfectum diem, via vero impiorum tenebrae: nesciunt ubi corruiantur: & Seneca : *Hac* que vides circum nobis nervos, & obductam curam, vulnusq; & ministras manus, & casera quibus involuti sumus vincula animorum, tenebrae q; sunt, obruitur his animus, fugatur, arctetur, adversis omne, illi cum hac carne grave certamen est, ne abstrahatur, & fundatur nititur illo: unde dimissus est ibi illum aeterna requies manet. Si enim favore gratiae Domini nostri devictis hostibus, ratio imperat ad uniforme regnum reducitur habitatio, **4**. *justitia* est, & pax, hanc condonat solus redemptor, liberator, & adjutor, quia nos inutiles facti sumus, per peccatum ad Roman. 3. nu 12. & servi passionum effecti declinavimus simul. *Pacem* (itaque inquit Joan. 14. 27. & c. 20. 20.) meam do vobis, pacem reliquo vobis, non quomodo mundus dat ego do vobis, non turbetur cor vestrum, neque formidet, non regnet irascibilis, & concupiscibilis, sed ratio, unde pax evenit, ita salutat, *pax* huic domui, ita jubet salutare, dicitur: *pax* huic domui, cui pacem desiderat regnum rationis desiderat: audi Metrum elegans Ancij Manlij Torquati Severini Boëtij, & observa lib. 3. de consol. metr. 10.

*Hac omnes pariter venite capti,
Quos fallax ligat improbis catenis,*

*Terrenas hebetans libido mentes,
Hic erit vobis requies laborum,
Hic portus placida manens quiete,
Hoc patens unum miseris asylum.
¶ Hoc quidquid placet, excitasq; men-
tes.*

*Infimis tellus aluit cavernis,
Splendor quo regitur, vigetq; cælum,
Vitat obscuras anima ruinis,
Hanc quisquis poterit nocare lucem,
Candidos Phœbi radios negavit.*

Quia etiam qui non sequuntur eam 5.
vident, Seneca lib. 4. de benefic.
*Primum (enim) principium actionum hu-
manarum* (ut docet D. Thom. I. 2. q.
58. ar. 2. c.) *est ratio*, cui exinde cōpe-
tit imperium, quoniam si est prin-
cipium est naturaliter sufficiens
principium actionum humanarū,
si est sufficiens est potens, si est po-
tens est honoratissimus humanæ
naturæ. *Illud est maximè principium* (in-
quit S. Thomas) *quod est potentissimum*,
& id: è tale reverendissimum. *Est (enim)*
ratio, quasi Deus, in humano corpore hospi-
tatur, ait Seneca, & sensu pio (ex eo
quod est imago Dei) verum est,
quia ut idem Seneca, inquit, *Deus*
totus ratio est, & Aristoteles lib. I 2.
I. Philosoph. fatetur, *quod Deus est*
honoratissimus intellectus, ideo, quia ra-
tio recta imago est illius, melior
pars nostri est: indeque honoratissima,
& cui imperium secundum 6.
naturam humanam inest, & obe-
dētia debetur. Idē enim esse bene
& beatè vivere, quod secundum na-
turam vivere, ex Cynicis, Stoicis,
& aliis differuit Seneca de vita
beata, c. 8. & epist. 5. c. 3. *Quod inter*
omnes Stoicos convenit rerum naturæ as-

sentior, (inquit) ab illa non dejerare, & ad illius legem exemplumq; formari, sapientia est, beata est ergo vita convenientis naturae suae, Damascenus, & Tullius affirmant, quod virtus est habitus rationi consentaneus in modum naturae operans. Peccatum vero est recessus, ab eo quod est secundum naturam, nihil inquam, & laniista Peripatheticæ familiæ subscripsit, lib. 10. Ethic. c. 6. Absurdum igitur esset, (inquit) si non suam, sed alterius ex peteret vitam, id insuper quod dictum est antea, nunc etiam accommodabitur, quod est enim natura unicuique, id optimum unicuique, & jucundissimum est, & homini igitur ea vita, que ab ipsa proficiuntur mente, siquidem maxime, hoc est homo. Vivere (iterum inquit lib. 1. c. 7.) homini commune esse videtur cum plantis, opus autem proprium queris, segreganda est ergo nutriendi augendiq; vita. Hanc sentiendi sequitur vita: at ipsam etiam homini, cum equo, ac bove omniq; animali constat esse communem. Restat igitur astriva quedam vita rationem habentis, hujus autem aliud est, ut obediens rationi, aliud ut eam habens, atque intelligens, sed cum hac etiam bifaria dicatur ea ponenda est, qua est astu: hac enim magis propriè dici videtur, quia ut docet D. Thomas in 3. dist. 27. quest. 14. intellectus non excluditur à vita activa, sicut nec voluntas à contemplativa vita, ideo 1. 2. qu. 19. ar. 5. 6. voluntus pro facto reputatur, tam in bonis, quam in malis, inde virtus, seu vitium in voluntate consistit, sed in voluntate rationali, & id est voluntatis discordans à ratione recta, vel concordans cum ratione errante, est malus. Hinc D. Ambrosius, ita suā nos laetat ambrosiā, illa cœvenda sunt, que ex nostra voluntate pro-

deunt, delicta iuxuentis, & irrationabiles: passiones corporis, quorum igitur nos Domini sumus, horum principia extrinsecus non requiramus, nec derigemus in alios, sed agnoscamus ea, quæ proprie nostra sunt, quod enim possumus non facere si volumus, hujus electionem mali nobis potius debemus, quam alii adscribere, text. in cap. illa 15. quest. 1. c. non est, ead. causa, & quæstione, argumento text. in l. 3. de injuriis, l. qui injurię 55. l. verum 40. de furtis l. 3. §. si quis de tab. exhibet. l. sed et si, §. igitur ad l. Aquil. l. Divus ad leg. Cornel. de Sicar. l. quod infans de rei vendic. l. 1. C. de Sicar. & D. Augustinus lib. 1. de civit. Dei c. 25. & in c. 8. 15. quest. 1. Si concupiscentia, vel inobedientia, quæ adhuc in membris moribundis habitat præter nostræ voluntatis legem, quasi lege sua moveatur, quanto magis absque culpa est in corpore non consentientis, si absque culpa est in corpore dormientis. Lex enim voluntatis ratio est: nam licet illa sit regina omnium humanarum facultatum, vel potius executrix, quia cogit & impellit ad id, quod vult ex judicio, & præscripto rationis, constat inter omnes, tam Philosophos, quam Theologos, per naturam fieri, non posse, ut in aliquo voluntas feratur ratione, non cognitum, cum ratio sit, tanquam Dux & voluntati magistra à natura data: quia cum voluntas, per se cœca sit, bonum incognitum amare non potest: & non nisi à ratione sibi propositum bonum velle queat, eo quod propositū esse voluntati non possit, nisi cognitum, & cognitū esse nequit, nisi per rationem: unde nec sensus appetitus, nec

nec Angelus bonus, vel malus, vel alia nec causa movere possit. immediate voluntatem, nisi prius aliquid objiciant rationi, & suggesterent, sive per se, sive ministerio sensuum: deinde ratio rem sibi cognitam voluntati subjiciat, & prescribat, alioquin actus humanus, non esset liber, ut eruditè docet Azor lib. I. Mor. c. 20. eatenus bonus, aut malus est, quatenus liber: *Liberi arbitrij* (ait ex Apostol. ad Hebr. 6. Hieron. in cap. si enim, de paenit. dist. 2.) nos condidit Deus, nec ad virtutes, nec necessitate trahimur, alioquin, ubi necessitas est, nec damnatio, nec corona est, nam ille est actus humanus (secundum D. Thomam) cuius homo Dominus est, in quo est contrarius feritati, cui neque virtus, neque vitium imputatur, quia feris imperium, seu dominium suarum operationum, hoc est ratio, non fuit à summo Creatore donatum, & virtuosus, & bonus actus est, quatenus rectæ rationis regulæ, & prescripto congruit: malus vero injustus, & pravus, quatenus rectæ rationi contrarius, ex D. Thom. idem Azor, lib. 2. Mor. c. 1. inde dicitur: *Nolite fieri, sicut equus, & mulus; quibus non est intellectus,* & per Angelum Raphaël ad Tobiam c. 6. 17. *Hi autem, qui conjugii ita suscipiant, ut Deum à se, & à sua mente excludant, & sua libidini, ita vacent, sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus,* habet potestarem dæmoniū super eos: nam qui rationem excludunt, id est imaginem Dei, Deum excludunt, & iis potest prævalere dæmonium, quia abjecerunt à se imperium, & potestatem, & lumen veritatis, & justitiae, sive rationem: *Ergo erravimus* (inquit Sapiens de infensatis, & irrationalibus, seu peccatoribus, Sap. c. 5. n. 6.) à via veritatis, & justitiae lumen, non luxis nobis, & Sol intelligentie, non est orcus nobis, non igitur immersum. dictum ab eruditissimis Stoicis, nisi sapientem liberum esse neminem, nec justum, neque potentem, nec fœlicem, neque beatum. Sapientia enim est timor Domini, & redere à malo intelligentia, & inde sapientem esse, nullis affectibus cedere, est vincere omnes, nihil supradictam rationem putare, infra illam omnia, ô si non sint nuda vota rebus suis vidua! *Miserabile enim est* (exclamat Plato in Phædone) *siquis in sermonum scientiis vitam exigat, & entium veritate, scientiag præpetur, & assecutor ejus, Epictetus I. diss. 18. Quid admirabile: (inquit) non Chrysippum, respondet intelligere, aut Canena, sed istud nosse voluntatem naturæ: quæ igitur est* 11. voluntas naturæ hominem secundum rationem vivere, *Ab illa non debet rare, & ad illius legem, exemplumq; formari sapientia est. Beata est ergo vita* (infert Seneca libro de vita beata cap. 3.) *conveniens natura sue. Nihil prorsus, ô Socrates!* (ait Plato lib. de scientia) *præcer nosse, vel ignorare, circa unumquodque relinquitur. Quid enim est sapientia? nisi rationalem secundum rationem vivere, quæ cum adolevit, atque perfecta est, nominatur ritæ sapientia. Quid autem est stultitia? nisi in factis* 12. (inquit Laelius lib. 5. de justit.) *dicitur que, per ignorantiam recte, ac boni ratio, hoc est naturæ rationalis aberratio: nihil igitur præter nosse, vel ignorare relin-*

13. *relinquitur circa hominem.* Quia non potest esse justus, qui stultus est, nec sapiens, qui fuerit stultus: inde, *nec stultis solere succurri, sed errantibus*, ait Jurecons. Paulus in l.9. §.5. in fine de juris & facti ign. quia stultus peccator est, & probat Lactantius Firmianus lib. 5. de justit.
14. *Sua enim ipsorum insipientia* (non cecinit, sed slevit Homerus, Odif. 1. Perierunt stulti, qui boves sublimis solis comederunt: ille verò eis abstulit reditus diem, id est qui jugum imperij solis, & luminis rationis à se abjecerunt, uti scriptū est in divino oraculo, Psal. 2. *Dirumpamus vincula eorum, & projectiamus à nobis jugum ipsorum,* & iterum Hieremiac c. 2. *A sculo confregisti jugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti,*
15. *non serviam.* Quæ sunt hæc vincula? nisi rectæ rationis, cuius funiculis alligatam esse naturam humanam, ipsius voluit Creator: suave quippe jugum, si ipsius naturæ, non alterius imposuit: qui illud rumpit naturam rumpit, imò semetipsum corrumpt: magna quidem insipientia est, ideo abstulit eis Sol redditus diem, *Obscuratum est insipiens cor eorum*, inquit Apost. ad Roman.c. 1. n. 32. quia cum justitiam Dei cognovissent, non intellexerunt, & Matth.c.6. *Si lumen quod in te est tenebra sunt, ipsæ tenebrae quanta erunt:* opus de genere bonorum, sine gratia factum, lumen esse videtur, & tamen non est verè lumen, ut Seneca ait, *apud sapientes sunt honesta, apud vulgus simulacula rerum honestarum*, tale opus (inquit Bernardus) videtur esse aurū, cum sit aurichalcum, & simile est ligno putrido, quod his qui in tenebris sunt lucidum videtur: quoniam justitia lumen non luxit illis, & Sol intelligentia, non est ortus illis, Sapient.c. 5.n. 6. & Apost. sup. *Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominia.* Cognovit etiam ille sophus moralis, et si non omnino intelligens Plato lib. de justo. *Sapiens autem nonne bonus? justus itaque nobis bonus esse, sapiensq; apparuit, in justus autem inactus, & malus, hæc omnia concepsit Thrasimacus, non tamen ea facultate, quâ ego nunc refero, sed vix, atque pertractus plurimo cum sudore, erat quippe tum est.us, & vidi ego eum primum, quod nunquam ante a videram, erubescencem Thrasimacum, cum igitur constitisset justitiam, & virtutem esse, & sapientiam: injustitiam verò vitium, & inscitiam. Et iterum, malum quidem ignorantia, & nunc loquimur, soliditas quedam quid ni? ex his vide ridiculum illud, quam naturam habet, est utique summarum depravatio quedam habitus, alius cuius cognomento dicta, improbitatis verò universa genus quoddam contra prorsus habens, quam Delphica præcepta docent, ignorancia potentum, ac robustorum hominum, hostilis atque tererrima res, Epictetus I. dissent. cap. 3. si quis huic doctrinæ (mirè Seneca de provid.c. 1.) affici & inhærere pro dignitate possit, quod facti à Deo omnes primariò sumus, & ille sit pater hominum, simul ac geniorum: opinor profectò, quod nihil humile, aut abjectū de se ipso homo cogitare, aut dispone-re posset. O utilis cogitatio, Gloria, & honore coronasti eum, & constitisti eum super opera manuum tuarum, omnia subjecisti sub pedibus ejus. Illud enim maximum, & generale Delphicum*

præ-

praeceptum erat, **NOSCE TE IP-**
SVM. Norma quidem & regula, atque origo omnim legum, omnisque justitiae, & aequitatis, quia noscere se ipsum est, ut illa animi pars mollior rationi sic pareat, ut **Severo Imperatoris miles prudens:** in quo viro (ait Cicero 2. Tuscul.) erit perfecta sapientia, quando nec infra minui, nec supra mensuram juris sui affectat augeri, argumento text. in c. si quis Episcopus 7. qu. 1. Abjectio improba est brutalibus affectibus, imperium rationis honorificum subjicere, cum homo, cum in honore esset, non intellexit comparatus est jumentis, & similis factus est illis: ergo nolite fieri (docet ille Psalmifer verè sapiens Psalm. 8.) sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus, neque supra mensuram: dictum est enim (Amos ait cap. 4.) **V& qui dicitis, nunquid non in fortitudine assumpsimus nobis cornua?** inde Homerus Iliad. 17. num. 2. finxit Jovem dixisse Hectori induenti se arma Achillis.

O miser, neque tibi mors in animo est,
Quia jam tibi prope est tu autem immorta
lia arma induis?

Considera Thydide (ait Homerus)
& cede, neque Diis

Paria velis sapere, quoniam nunquam
genus simile

Immortaliumq; Deorum, ac humieun
tium hominum.

Et iterum :

Ille autem (id est Deus) ea, que sapit
in animo Troianisq;

Ei Danae judicet, ut aequum est.

Nam timor Domini est sapientia,

quoniam ipse fecit nos, & non ipsi nos: **Tunc vox de caelo** (dicitur per Danielem cap. 4.) **ruit: Tibi dicitur Na**
buchodonosor, Rex Regum, & transibit à te,
& ab hominibus, ejicient te, & cum bestiis
feris erit habitatio tua, fænum quasi bos co
medes, & septem tempora mutabuntur sub
ter te, donec scias, quod dominetur excelsus
in regno hominum, & cuicunque voluerit det
illud (& per Ezech. c. 28.) & factus est
sermo Domini ad me (inquit) **dicens fili homi**
nisi, dic Principi Tyri, hac dicit Dominus
Deus, eò quod elevatum est cor tuum, & di
xisti: Deus, ego sum, & in cathedra Dei sedi,
in corde maris, cum sis homo, & non Deus, &
dedisti cor tuum, quasi cor Dei, &c. Idcirco
ecce ego adducam super te alienos robustissi
mos gentium, & nudabunt gladios suos, super
pulchritudinem sapientiae tuae, & polluent
decorum tuum: quia (ut inquit Apost. ad Rom. 1. n. 21.) **Cum cognovisset Deū,**
non sicut Deum glorificaverunt, & gratias
egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus
suis, & obscuratum est insipiens core ortū, di
centes se esse sapientes, stulti facti sunt: &
Seneca epist. 74. Nulla (inquit) **fine**
Deo mens bona est; semina in corporibus hu
manis dispersa sunt, qua si bonus cultor ex
cepit, similia origini prodeunt. Non enim
juxta mensurā juris sui sapiunt, &
quia singula singulis (ait Plato lib. de
scientia) mox reddere nequūt, cardini sunt,
prævaricanturq; nam perverse vident plurima,
audiuntq; & aliud sèpè, pro alio cogi
tando decepti cōcipiunt, atq; hi falsimētiens
tes ignari vocantur, quoniā homo arma tenet
(inquit Philosophiæ parens), quibus
per innatam prudentiā, atque virtutē (hoc
est, quia relictus est in manu consiliij sui) plurimum valet in contrarium
ut, itaque imp̄iusimum, & immanisimum est

sine virtute, & ad libidinem, cibum non emique
deterrimum: & alibi affirmat, quod
homo impius decies millies peior
est bestiis, relegit inter Antistitis
Musarū Homeri flosculos Iliad. 17.

*Non enim quidquam est ærumnus ho-
mine,*

*Omnium, que super terram spiransque,
& serpunt.*

Et Lucan. ait lib. 9.

*Hus pestis duro lato inter milite siccum
Emiserat iter, eos tristia facta suorum,
Insolitusque videt parvo cum vulnere
mortes.*

O quam contempta res est homo (ait Se-
neca lib. 6. epist. 41. ad Sabinum)
nisi super humana se exeretur: voluntate
*quidem sua effectus fuit ærumno-
fus, & deterrimus, non natura, quia*
cum primus homo erat opus Dei recens
(inquit Divus Ambrosius in c. 1.
34. cum seq. de pœnit. dist. 2.) *con-*
*fabulator assiduus crivis sanctorum cōplan-
tatus virtutibus: sed Deus ab initio consti-*
*tuit (Ecclesiast. c. 15.) hominem, & re-
liquit illum in manu consilij sui, adjecit*
*mandata, & precepit sua: si volueris man-
data servare conservabunt te, & in perpe-
tuum fidem placitam facere, apposuit tibi*
*aquam, & ignem, ad quod volueris porrige-
manam tuam: ante hominem vita, & mors,*
*bonum, & malum, quod placueris ei, dabi-
tur illi, quoniam multa sapientia Dei, &*
*fortis in potentia videns omnes sine invi-
mitione: oculi Domini timentes eum, &*
*ipso agnoscit omnem operam hominis; nem-
ini mandavit impiè agere, & nemini dedic-
spatium peccandi. Et etiam Plato lib.*
*de natura sic cognovit dicens: Ita-
que cum vellet Deus omnia bona fore, nihil*
que verò quoad natura patresur malum,

quidquid eras, quod in cornendi sensu car-
dere posset, affirmat non tranquillum, &
quietum, sed temere agitatum, & fluctuante,
idque ex mordacæ jactatione redigit in
ordinem, hoc enim judicabas esse præstan-
tius: Ab illo didicit sapientissimo,
qui ita ad Deum, qui est summa sa-
pientia, supplex exorat, Sapient. c.
9. *Deus patrum meorum, & Domine misé-
ricordia, qui fecisti omnia verbo tuo, & ja-
pientia tuâ constituisti hominem, ut domi-
naretur creature, que à te facta est ut dis-
ponat orbem terrarum iniquitate, & justi-
tia, & in directione cordis iudicium iudicet.*
Sed ut ipse infra inquit eod. cap. 9.
num. 14. *Cogitationes mortalium timida,*
& incerte providentie nostra, corpus enim,
*quod corruptitur aggravat animam, & ter-
rena inhabitatio deprimit sensum, multa co-
gitantem, & difficile estimamus, qua in
terra sunt, & qua in prospectu sunt inveni-
mus cum labore.* Unde opinione sen-
suum, ex apparenti bono falsa, ca-
ptivus, absque imperio rationis,
imò servitute concupiscentiæ alli-
gatus incidit in foveam ignoran-
tiæ, aberrans à sapientia, & devians
à veritate: inde sicut neminem, nisi
sapientem liberum esse aiebant
Stoici, ita stultum nequissimum ser-
vum appellabant, & hunc, qui per
insaniam mente translatus, nō jam
res ipsas videt, non rationem natu-
ralem intelligens, ejus ordinatio-
ni, & potestati resistit, folas phan-
tasias affectionum terrenarum vi-
dens, & eis obediens injustum ju-
dicat rectū, & concupiscentiæ man-
cipatus, nequit esse sapiens, quia
stultus est, nec liber, quia captus
est (ut ex D. Ambros. & Leone, do-
cet

cet nosler Gratian.c.veram, c. bonorum,c. sicut hist. 47. dist.) quia licet ratio ante voluntatem non sit libera, cum quid agit ex natura necessitate agat, tamen ut respondet ille Philosophiz etiam orator, M. Tullius lib. 1. de legib. *Insignis est humani generis similitudo, nam & volupcate capiuntur omnes, que, et si est dilecebra turpitudinis, habet quiddam simile naturalis boni, lenitatis est enim, & suavitatis, id enim, ut suavitate delectans, sic ab errore mentis, tanquam salutare aliquid asciscitur; tanta autem est corruptela generis humani male consuetudinis, ut ab ea tanquam igniculi extinguantur à natura dati, exorianturque*

18. & conseruentur vicia contraria. Hinc ignorantia, hinc error, quia cum ratio voluntati subjiciat faciem boni triplicem, & imaginem ostendat honesti, scilicet jucundi, & utilis; fit ex eo, ut voluntas liberè in id, quod vult sese conferat interdum honestum jucundo, & utili anteponens, interdum jucundum, vel utile, honesto posthabito amplexata, ut docet Pater Azor lib. 2. Moral. c. 1. ab errore tamen mentis, tanquam salutare aliquid asciscitur, tanta autem est corruptela generis humani male consuetudinis. Tunc extinguuntur igniculi à natura dati, & prona mens servit, non imperat, impotens est, non potens, quia ut eleganter canit Boëtius Severinus lib. 3. de consolat. metr. 5.

Qui se voler esse potentem

Animos domes illi: feroce,

Nec vieta libidine colla.

Fædis submittat habentia:

Etenim, licet indica longè,

Tellus tua jura tremiscat,
Et ser viat ultima Thile,
Tamen atras pellere curas,
Miserosque fugare querelas,
Non posse, potentia non est.

Ex floribus Senecæ epist. 37. fragratiissimis libavit, qui ita prorumpit, *Si vis omnia tibi subjecere, te subjice rationi, multos reges, si te ratio rexerit, iterum: Quandocumque autem natura spiritum repetet, aut ratio dimittet, testatus exhibo bonam conscientiam amasse, & eadem ratione, & lumine motus Aristoteles dixerat 3. Ethic. Vetus est mori, quam agere conera virtutem, & veritatem, & rationi parere prima virtus, & veritas est nostra, atque justitia, pro justitia agonizare, pro anima tua (in divino oraculo dicitur) & usque ad mortem certa, pro justitia, & Deus expugnabit pro te. Si consistat adversum me castra, non timuebit cor meum (inquit Psalmifer) si exurgat adversus me præliu, in hoc ego sperabo, unam petij à Domino, hanc requiram, ut inkabitem in domo Domini omnibus diebus vita mea. Et templum, & domus Dei, est mens recta ratione exornata, ut ex Apostolo 1. ad Corinth. 3. dicitur templum Dei vos estis dixi suprà, & Boëtius lib. 4. metr. 1.*

Hec dices, memini patria est mihi,

Hinc ortus, hinc fissam gradum.

A Seneca selegit de remediis fortitorum, *patria est (inquit) ubicumque homo bene est, illud autem, quod bene in homine est, non in loco est, in hominis, in quantum potestare est, si sapiens est, non peregrinatur, si stolidus exulae, homo dicitur orundas à patria rationis, in quantum anima ejus intellectiva, quæ utitur recta ratione, à Deo oritur, qui est regula rectæ.*

recte rationis, & Princeps patriæ animalium rationalium, ex Boëtio explicat August. Lopez lib. i. prof.

5. Quarum ergo, quæ sit libertas? respondet Seneca epist. 52. *Liberus vera est*

19. nulli, præter quam Deo servire, inde quia parere rationi regnare est; servire

20. Deo, utique regnare est; quia rationis ordinationi obedire, naturæ obedire est: contra verò, qui illius potestati resistit; Dei ordinationi resistit: prima enim, & naturalis potestas homini tributa, rationis imperium est, *Propositorum est nobis* (ait Seneca lib. 4. de benefic. c. 25.) *secondum rerum naturam vivere, & Deorum exemplum sequi*, *Dix autem quodcumque faciunt, in eo nihil praeter ipsam faciendi rationem sequuntur*. At verò humanam fragilitatem contemplans Plato lib. de natura ait: *Cum anima corporibus necessitate quadam inserta fuerint, & corporalibus earum accesserit aliquid, vicissimque abscesserit primum, utique necessariò sensum unum omnibus intimum, & naturæ conjunctum illic à violentis passionibus excitari, deinde voluptate, & dolore mixtū amorem, post hac metum, & iram, & quacumque, vel ista sequuntur, vel ab istis, ut contraria dependent, hæc qui superaverint eos justè viæturos, injustè vero, qui ab his fuerint superati, atque illum, qui rectè curriculum vivendi à natura datum conseruerit, ad illud astrum cui accommodatus fuerit reversurum, beatam vitam æteturum: contra verò agentem cogi in ortu secundo sexu mutato, fieri mulierem, & qui ne tam quidem finem peccandi faciet, quatenus depravatur, eatenus in brutorum naturam suis moribus semilem permutari, nec prius à mutationibus, laboribusq; cessare, quam illam sibi insitam ejus-*

*dem ipsius familiq; naturæ conversionem sequar, ipse, eiq; subjiciens turbulentos, multiplicesq; affectus; postea ex igne, aqua, aëre, & terra contractos ratione sedaverit, & ad primum, optimunq; sui habitum, jam redierit. Non equidem suo sensu: fefellit 21. turpiter, si animas in alterius sexus corpora, aut brutorum, vel in astrū accommodari existimavit, obscuratum est insipiens cor ejus, quia ei defecit lumen fidei: sed sensu autem nostro fideli, pio, & vero, quia cum homo imperio rationis preditus sit, non intelligit, sed irrationalibus passionibus se subjicit, & ideo comparatur jumentis, & similis fit illis, qui illorum vitam expetit, tanquam si sua natura irrationalis, non rationalis esset, ex eo quod cum in honore esset, non intellexit. D. Chrysost. super Genes. homil. 23. *Hic enim solus homo: (ait de justo) cæteri autem, non homines, sed humanam gerentes formam, & ex hominibus in bestias mutati, malitia voluntatis generositatem nature amiserunt: hinc David, nolite fieri, sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus, & Boëtius lib. de sum. bono, vobis (exclamat) hominibus, qui de numero bestiarum computari estis, divinum, quod in vobis est, non cognoscentes, per quod ad superiora ascenditis, & Deosimiles estis: nolite projicere margaritas ante porcos, & idem eruditè, & metro slevit lib. i. metr. 2.**

*Heu quam præcipiti mersa profundo
Mens hebet, & propria luce relicta
Tendit in externus ire tenebras,
Terrenis quoties flatibus aëta
Crescit in immensum noxia cura,
Hic quondam cælo liber aperto,*

Suetus

Sæcūlū in æthereos ire meatis.

Et infrā :

*Nunc jacet effecto lumine mentis,
Et pressus gravibus colla catenis,
Declivemq; gerens pondere vultum
Cogitur heu stolidam cernere terram.*

Hinc doctissimus ille moralis Epicetus, refert Eugubinus lib. 6. de perit. Philos. c. 10. mentem elevat, & quasi ventilatus, & attritus turbulentis ex igne, aqua, aëre, & terra contractis affectibus interrogat, *Dominē Deus, quomodo rexor? cui respondeatur, stulte nōnne manus habes? nōnne tibi fecit eas Deus? nōnne tibi dedit fortitudinem? nōnne magnanimitatem? nōnne virtutem? tot manus habens queris, etiam qui te emungat?* Lamech cognovit miseriā suam dicens, Genes. c. 4. *Virum occidi in vulnus meum, & adoleſcentulum in livorem meum. Liquet enim quod si quis fortitudinem* (ait Philo) *rationis, occidit, seipsum contrario morbo timiditatis vulnerat, si quis pubescentem vim in ipse honestorum meditatione tollit, pœnus, & magna flagra, cim non mediocri de decoro sibi ipsi infert,* & D. Athanasius de passione Domini : *Quemadmodum si quis serpentem apprehendat manu, dumq; conatur in alterum projicere, prorsus ipse mordetur, aut si quis ignem manu tenens dum vult hostem laderet, non intelligat, quod ipse prorsus exuritur: sic malitia militat adversus eos, qui ipsā utuntur, magisq; laderet eos, à quibus habetur, quā eos ad quos intendit: & Trismegistus, Nōnne vides (ait) quot malis animus premitur impius? enī sic fili, vociferatur impius animus, uror, absumor, quid agam nescio? devorant me miserum mala, undique confluentia; non video quicquam, heu miser, non audio! Cui respon-*

detur : Nōnne tibi dedit fortitudinem? Nōnne magnanimitatem? Nōnne virtutem? tot manus habens queris, etiam, qui te emungat? Boëtius exornat lib. 4. de consol. metr. 3.

*Intus est hominum vigor
Arce conditus abdita,
Hæc venena potentius:
Derrabunt hominem, sibi
Dira, que penitus meant,
Nec nocentia corpori
Mentis vulnere servium.*

Pythagoras persuadebat, virum 22. iniquum plus mali pati afflictum conscientiā (Stobæus ait serm. 22.) quām eum, qui corpore castigatur, & cæditur; multò quidem graviores sunt animi male sani, quām corporis morbi, & D. August. lib. 5. confess. c. 8. *Quid miserius misero, non miserante se?* Et Seneca diffusiū de tranquillitate vitæ lib. 1. c. 2. inter alia scitu digna ait, *Hinc illud est tedium, & disperditia sui, & nunquam residentis animi voluntatio, & otii sui tristis, ac ægra patientia: utique, ubique causis fateri pudet tormenta introrsus egit verecundia in angusto inclusæ cupiditates, sine exitu se ipsum strangulant.* Et laconice Tertullianus in Apolog. c. 1. *Omne malum, aut timore, aut pudore natura suffudit.* Heu quia quotidie hæc experientia nos docet! Innumerabiles enim proprietates viiiorum, sed unus effe Elus, disperdere sibi, & iterum idem Seneca epist. 98. ait, *Nec ullum scelus, licet illud fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur, ac vendicer, impunitum est, quoniam sceleris in scelere supplicium est.* Ita & Juvenalis sensit: *Exemplo quocumq; malo cōmittitur ipsi*

O

Displi-

Dissidet auctori, prima est, hac ultio,
quod se,
Iudice nemo, nocens absolvitur: im-
proba, quamvis
Gratia fallacis Praetoris ricerit urnam.
Si impij (inquit D. Chrysost. rationē
reddens homil. 4. in epist. ad Rom.)
futura supplicia minimè præsentiantur, sed
delectantur, ne mirum tibi sit: etenim, qui
insaniuntur, & phrenesim paciuntur scire
multas, & miserandus in semet injuriis dum
inferunt ob quæ facta, alii lachrymas crient,
ob ea quidem ipsi, & infolescunt: nec tamen
dixerimus eos propterea a supplicio liberatos;
sed hoc ipso nomine pœna graviori affligi,
quod ne ipsi quidem norint, quia phrenes-
hi passionum non intelligunt, & a-
gritudine mentis lumen non vi-
dent: inde eis ait Seneca lib. de
vita beata, *Vos quidem qui virtutem cul-
toremq; ejus oditis, nihil novifacitis: nam
& Solem lumina agra formidant, & ad-
versantur diem splendidum nocturna ani-
malia, quæ ad primum ejus ortum stupent,*
& latibula sua passim perunt, abduncunt in
aliquis rimis timida lucis: sic qui male agit
odit lucem. Veritas ipsa testatur. Sed
pestes his non est aliter ejicere (ait verè li-
cet Gentilis piissimus Epictetus de
vitiis apud Eugubin. lib. 6. de per.
Phil. c. 10.) nisi ad unum Deum respicien-
do, uni illi cohærendo rebus ejus sanctifica-
tum: si aliud volvitur is lugens, & gemens se-
queris fortiorum, extra requirens semper
felicitatem, & nunquam inventire potens, il-
lic enim queris eam, ubi non est, omisso in-
quirere, ubi esset, ex fideliori fonte sa-
cientia hauriamus apud Salomo-
nem, Sapient. c. 8. Et ut sciri, inquit,
quoniam aliter, non possem esse continens,
nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientia

scire, cuius esset hoc donum: adij Dominum,
& deprecatus sum illum (quia ut dicitur
Proverb. c. 16. nu. 1.) hominis est ani-
mam præparare, & Domini gubernare lin-
guam, omnes viae hominis patent oculis ejus,
spirituum ponderator est Dominus. Et pre- 23.
parare animam est obedire rationi,
& qui imagini Dei parent, Deum
timent, & diligunt, & qui timent
sperant, & qui sperant in Domino muta-
bunt fortitudinem (ait Isaías c. 60.) af-
sument pennas, ut aquile volabunt, & non
deficient:

Sunt etenim pœnae volucres mihi,
(ait ipsa ratio de se, per Boëtium.
lib. 4. metr. 1.)

Quæ celsa conscendant Poli,
Quis sibi cùm velox mens induit,
Terras perosa despicit,
Aëris immensis superat globum,
Nubesq; post tergum videt,
Compos verendi luminis,
Hic regum sceptrum Dominus tenet:
Ergo ut inquit Boet. Severin. & ite-
rum, lib. 3. metro 12.

Felix qui potuit boni
Fons emisere lucidum,
Felix qui potuit gravis.
Terra solvere vincula.

Hæc est vera, & felix potestas: quo- 24.
niam (ut docet D. Anselmus) qui
potest id, quod sibi non expedit,
nec ipsum decerit: quantò plus hoc
potest, tantò impotentior, & im-
perfectior esse convincitur, alio-
quin, omnipotens Deus, à cuius
potentia excluduntur mala, & pri-
vativa, impotens esset, inde D. Au-
gust. sup. Joā. c. 1. Omnia per ipsū facta
sunt, & sine ipso factum est nihil, explicat,
id est peccatum, ita cecinit Verinus:
Pecca-

*Peccatum est difforme malum transgres-
sio legis*

Divina, & ceteris dixeris esse nihil.

Et Boëtius Severinus lib. 4. prof. 2. §. 3. & iterum D. August. lib. 7. confess. c. 3. *Vbi ergo malum (inquit) & quā
huc irrepit? quae radix ejus, aut quod semen
ejus? an omnino non est? cur ergo timemus,
& carentemus quod non est? respondet D.
Thomas, malum est (dicens) determina-
tio distrahens, sicut mortuum: unde sicut ca-
daver est homo mortuus, non simpliciter ho-
mo: ita quocumque malum concedendum
est esse malum, non tamen simpliciter ha-
bere esse: & hinc quod mali amittunt
naturam, & esse quod fuerant,
amittunt enim rationem.*

25. *Plora (igitur, ut monet Ecclesiast. c.
2. i.) supra mortuum, deficit enim lux ejus,
& supra faciem plora, deficit enim sensus
ejus, mudicam plora supra mortuum, quia
requiescit: nequissime enim nequissima vita
super mortem, facili lucis mortui septem
dies, facili autem, & impij omnes dies vita
illorum. Lucanus lib. 9. de morte
Catonis, ex morsu serpentis:*

*Parva modo serpens, sed quā non illa
eruosa,*

Tantum mortis habet.

Omne

*Quidquid homo est, aperit pestis, natura
propagna*

Morte patet

*Cymplaus, inter pesteis tibi palma no-
cendi est:*

*Eripitūs connex anionam, en sola cadaver.
Sed hoc modo (inquit Boëtius d. pro-
fess. 2. §. 1.) non solum potentes esse, sed
omnino esse desunt, (ut de diabolo di-
xit D. Greg. lib. moral.) quod diabolus
bene dicitur, non esse, quia à summa effacia-*

*recessit, & per hoc quotidianus excrecentie da-
fectu tendit ad non esse, quoniam ab eo, quod
verum est esse, recessit. Sic homo pec-
cans recedit à vero suo esse ratio-
nis, & tendit ad non esse rationis,
fugit imperium, rectitudinem, &
potentiam sui esse rationabilis, &
amplectitur desinere esse, hæc ele-
ganter nos docet D. Bernard. lib. 5.
c. 12. de considerat. Est enim (ait) ra-
tionabilis quedam aequitatis directio, cui
omnis prævis illis concubetur necesse est,
væ oppositis voluntatibus solam sua con-
sersionis penam referentibus, quid enim, tam
penale, quam semper velle, quod nunquam
erit, aut semper nolle, quod nunquam non
erit, nunquam quod vult obtinebit: et quod
non vult in æternum sustinebit, & Cassio-
dorus Psal. 5. Hoc dicimus, quod tantum
unusquisque à divinitate repellitur, quan-
tum ejus peccata cumulantur, quas ceteras
enim delicti mensura est repudij, quia tan-
tum à Deo longius receditur, quantum nu-
meroso criminis dilataratur. Lucan. d. lib. 9.*

*Vix dolor, aut sensus dentis fuit ipsa-
que letihi*

*Frons careat irridiā, nec quidquam pla-
ga minasur,*

*Ecce subit virus tacitum, carpitque mo-
dulus.*

O fatui! quo usque ruimus in æter-
num punienda? quæ unquam ætas,
tam efferam tulit bellum, quæ in
aliam plusquam una morte saevi-
ret: aut quis carnifex, quis tyran-
nus non fuit contentus morte, aut
mori post mortem docuit: semel
occidisse, cuicunque barbaræ cru-
delitati satisfuit: At peccator hu-
manitatis, & clementiar immemor,
immemorique sui omni bellua, &
tyran-

O 2 tyran-

tyranno sævior, non contentus, semel in se sævisse, sævit æternum, quasi non expleat sævitiam, nisi in æternum in se sæviat, quis sanus ultro se in ardenti immittat fornacem, & præcipitia amet, & ferrum? quæ qui tacitus serio secum cogitat, non fræna injiciet cupiditatibus, & labentem reprimit dextram, & meliore coget ire via? ô Ephraim vitula docta diligere trituram, Oseas cap. 10. At gravis si dixeris me tenet tentatio, cogitque nolentem: mentiris; nam & Stoici liberum

27. agnoverunt arbitrium. Valentior omni impugnatione animus est, in uirramque partem, ipse res suas dicit beatæq; ac miserae vitae, ipse sibi causa est: quid nos fideles fatebimur? Deo in primis manum dirigente ad bonum, quod negare benignitas illius, bonitasque infinita, non solet: quia cum ratio imperat, potestate sua ordinata simplex ad supremum omnium creatorem exorat, & deprecatur verbis illius magni sapientis, Sapient. c. 9. Deus parentum meorum, & Domine misericordia, qui fecisti omnia verbo suo, & sapientia tuâ constitueristi hominem, ut dominaretur creature, que à te facta est, ut disponat Orbem terrarum in aequitate, & justitia, & in directione cordis judicium judiceret: da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam: & cum Augustino, ex Seneca lib. 5. de civit. c. 8.

Duc, summe Pater, alti⁹ dominator Poli,

Quocumque placuit, nulla parendi mora est

Affum impiger: fac nolle comitabor gemens,

Malusque patiar facere, quod licuit bono.

Hæc obedientia ordinata potestas 28. est, & imperium. Quid refugis vitoriae præsidium terrenis affectibus impotens? aliquid hic horrois est de ferro, & incendio: non nego, in iniuriantibus enī conceptus: sed horrorem operis fructus excusat, & victoria vulnera laudat: hinc illa præmia post ignes, & ferrum, & de victoribus laudes: quis credat fatuitem in homine tantam repertiri? suam vitam vivere posse, & nolle, sed alterius expetere irrationalem, quid amare dico servitatem, & odisse libertatem, manicas amplecti, & rejicere coronam, veneno, & absinthio delectari, cibo autem rationis divino, ambrosiâ, & nectare stomaticus nauseare. O miseri, & nimis fatui! *Quis dabit nobis ad descendendum carnes?* (dicimus Num. c. 11. nu. 5.) recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis, in mentem veniunt cucumeres, & pepones, porrique, cepe, & allia, anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi Man. & respuimus, (Sapient. 16.20.) panem paratum de cælo, sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem. Heu nos magis fatui sumus, quam illi, hac autem in figura facta sunt (docet Apostolus 1. ad Cor. 10. 6.) ut non simus concupiscentes malorum, sicut illi concupierunt, non immerito perpetuo timore natamus, inter miseros Oceani fluctus in tabula ludimus, & pro flosculis terrenis in præcipitia agimur, & montium abrupta, at plana, & tuta rationis, ubi hespe-

hesperides hortos omni delitiarum
delitiæ affluentes repellimus : pro
insipientia sapientiam, pro inscita
scientiam, pro servitute liberta
tem, pro compedibus coronam,
pro infœlicitate fœlicitatem, pro
miseriis beatitudinem mutuantes:

29. proh dolor! quando nec magno
molimine opus est, non cæstibus,
ferro, nec sanguine : si benè beate
que vivere est, secundum naturam
vivere, secundum leges rationis
naturalis vivere : tūm manum ipse
Dominus lapsabundo porriget, ca
dentem erigeret, firmabit gressum, &
inter aduersantia tutabitur. *Sed vi
gilandum est* (Seneca inquit egregie,
ac pie explicans illud Virgilij, *Fugit
irreparabile tempus*, epistola 108. & de
30. brevit. vitæ num. 9.) *nisi properamus*
relinquimur, agit nos, agiturq; velox dies,
*insci rapimur, omnia in futurum disponi
mus, & inter præcipitia lenti sumus.*

Optima queque dies miseriis mortalibus
ævi,

Prima fugit: subeunt morti tristisque
senectus,

Et labor, & dura rapit inclemens
mortis.

Nunquam Virgilius dies dicit ire,
sed fugere, quod currendi genus

concitatissimum est, & optimos
quosque primos rapi: quid ergo
cessamus, nos ipsi concitare, ut
velocitatem rapidissimæ rei possu
mus æquare? meliora prætervo
lant, deteriora succedunt, (idem
quod divinus sponsus veniens ad
primam, & ad secundam, & ad ter
tiam vigiliam monet, *vigilate ergo,*
quia nescitis diem, neque horam.

Optima queque dies miseriis mortalibus
ævi

Prima fugit.

Quare optima? (inquit Seneca) quia
restat, quod incertum est, *quare optima?* quia
juvenes possumus discere, possumus facilem
animum, & adhuc tractabilem ad meliora,
quia hoc tempus idoneum est laboribus, &
tenendum: ergo est rapiente flœtu gubern
culum, id est ratio, luctandum cum ipso
mari: eripiendasunt vento vela, quid me
potest adjurare rector navij attonitus,
& vomitans! quanto majore putas vitam
tempestate jactari, quam ullam ratem? non
est loquendum, sed gubernandum: omnia
que dicunt, que turba audiente jactant,
aliena sunt, dixit illa Plato, dixit Zeno,
dixit Chrysippus, & Posidonius, & ingens
agmen, tot ac talium quomodo probare
possint sua esse monstrabo; faciant, que
dixerint.

C A P V T I I I.

Quo pacto omnes actiones, & operationes humanae rationis regimini subjacent, ut sint iuri naturae adequatae.

S V M M A R I V M.

1. Homo sicutum actionum, & operationum Dominus est, & omne opus suum intra & extra tenet.
2. Ex similitudine rationis divinae arguitur, que omnium artifex est.
3. Unica est natura humana, & si multiplices sint, & diversae operationes ejus.
4. De divisione partium animae.
5. Corpus politicum est simulacrum corporis humani.
6. Partes irrationales debent subjici, & subordinari rationi.
7. Nulli corporis motus edendi sunt, qui non probam educationem, prudenterq; redoleant.
8. Sensu & vis ratione retinenda, aut remittenda est.
9. Lege rationis omnes corporis motus, & impulsus cohibere oportet.
10. Ratio quasi magistra, & artifex praestò est praeformare impulsus animi, & motus corporis.
11. Impulsuum naturalium materia manet iners parata ad omnem formam, que dictante ratione advenierit.
12. Vlpiani exornantur verba in l. filio famil. 50. in fine, ff. de legat. 3.
13. Ratio unica est, sed varias formas inducit in hoc parvo mundo corporis humani.
14. Iuris naturalis divisio apud Isidorum in cap. ius naturale 1. distinct. consertis manibus explicatur, eam Aristotele, Vlpiano, & Iustiniano.

Quo-

1. **U**ONIAM homo honore, & gloriâ coronatus est, hoc est ratione, & voluntate præditus, ideò suarum actionum, & operationum Dominus est, & omne opus suum intra, & extra tenet (*spiritus enim omnia scrutatur, i. ad Corinth. 2.*) ad imaginem, & similitudinem Dei, *quis enim hominum scit, que sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est.* Inde meritò rationi imperium condonatur, ne censeant homines, ingenitam prævitatem exui non posse: novit in caligine Plutarchus de placit. Phil. cap. 4. *Si existimis minus feliciter natos, institutionem tamen, & exercitationem sortitos, ad virtutem reclam, non posse vi- tum naturæ corriger, scito magnopere te, vel potius omnino falli, si quidem naturæ do- tem. lab. factat socordia: prævitatem doctri- na emendat.* Et Seneca, certi sunt domi- tores ferarum, qui sevisima animalia, & ad occursum exterrentia hominem, docent pati jugum; nec asperitatem excusisse contenti, usque in contubernium mitigant. Leonibus magister manum insertat: osculatur Tigrim suis custos: Elephantem minimus ethiops jubet subsidere in genua, & ambulare per funem, sic sapienter artifex domandi ma- la. Et eloquentiaz primus, in arte, & doctrina plus est præfidij, quam in natura.

2. Incoluntur vastæ solitudines, & ubi ferarum stabula, Regum domicia sunt, seruntur arenæ, & steriles retro terræ centupla fœneratione beantur, quid? quod & saxa elipientur, & in rupibus flores le- gantur, & nemora inerrent, & Dæ- dalæa ludat manus, & piscium in-

natent agmina, tantùm ratio po- test omnium artifex: & minora illi largiemur in animorum cultura, hortescunt, & silvescunt piscoſæ rupes, & tota illis odorata inædificantur nemora, & torrentes, cœlo aut alibi natos rupium mentiun- tur vertices, & quis neget in pari- mentum conatu, ratione dominâ, & magistrâ, successum parem? aut meliora saxa animis sunt? & dum mitescunt rupes flecti nescia hu- mana stabunt pectora? quis cre- dat? jam quæ non robora cedunt ignibus? fluit divite vena ferrum, tanquam fontis sui rivus, & igna- vior ignibus assidua optimarum rerum institutio erit? lentescit chalybs malleis, & non sequentur cor- pora doctam instructoris sui ma- num, omni malleo validiorem, omni incude firmiorem? quid? quod lenta mollissimi elemēti stillicidia ingentia contererent mar- mora. Quo magis vigilans rationis cura animi flectet, & corporis ro- bora, & ad virtutem trahet & bea- titudinem? ratio enim in homine vice fungitur Dei: ideò quidquid ratio influit, jus naturale est, nec docere potest, nisi jus quodque æ- quum, & justum, ac rectum est, si- ve adæquatum naturæ humanae, quæ ratione specificatur, & sicut non erit operatio Leonis, quæ non fuerit secundum speciem suam, ita nec erit operatio hominis, nisi jux- ta specialem rationis naturam: quia licet homo genere viventium circumscribatur, specificatur ta- men ratione, quâ exinde omnes actus

actus humanos præformari oportet, ut humani sint. Unica tantum est natura humana, etsi multiplices, & diversæ sint operationes ejus, aliæ animi, aliæ corporis, illæ occulta lentitudine exoriuntur, aut tanquam è profundo eductæ, hæ è superficie natæ videntur: plus illæ premunt, quàm eloquantur: hæ totum animum prospiciendum deferunt: illæ magna silentia narrationibus miscent: hæ una serie judicandæ denuntiant: illæ plenæ suspicionibus, & dissidentiâ, omnia curiosius perscrutantes, nusquam sistunt, nusquam cœpitan: hæ fiducia plenæ, impetu, & præpropero raptæ cursu, tanquam si fluctibus, fluctus incumbant præcipiti lapsu convolvuntur, omnes autem, licet in uno tugurio, & humana testudine diversæ fides, si cytharizanti rationi obedient univocè, & canorè resonant: ô quàm scitè, & pulchrè cognovit Seneca epistol: 95. dicens: *Quædam insident nobis, quæ nos ad alia pigros, ad alia temerarios faciunt, nec hæc audacia reprimi potest, nec illa inertia fuscitari, nisi causa eorum existamtur: falsa admiratio, falsa formido (lumine nempe rationis) hæc nos quamdiu possident dicas., licet hoc patri præstare debes, hoc liberis, hoc amicis, hoc hospitibus: tentantem avaritia retinebit: sciet pro patria pugnandum esse, dissuadebit timor: sciet pro amicis desudandum esse ad extremum usque sudorem, sed delitiae vetabunt: sciet in uxorem gravissimum esse genus injuria habere pellicem, sed illum libido in contraria impinger: nihil ergo proderit*

dare præcepta, nisi prius amoveris obflantia præcepis: scilicet rationis. Plures esse, & diversas, ac ferè sese ad invicem oppugnantes humanæ naturæ insitas partes, non ambigitur: at de earum divisione, inter Philosophos, acre dissidium refert Tertullianus de anima cap. 14. Dividitur enim (ait) anima in partes, nunc in duis à Platone, nunc in tres à Zenone, nunc in quinque, & in sex à Panetio, & in septem à Sarano, nunc in octo penes Chrysippum, et jam in novem penes Apolophanem, sed & in decem, apud quendam Stoicorum, & in duis amplius, apud Posidonum, qui à duobus exorsus titulis principali, & rationali in duodecim exinde prosecuit. Ita in alias, ex aliis, species dividunt animam, sed hujusmodi, non tam partes animæ sunt, quàm vires, & efficaciaz & operæ: sicut de quibusdam & Aristoteles judicavit: vegetante, scilicet sentiente, & rationali, & Plutarchus de placit. Phil. c. 4. Pythagoras (inquit) & Plato summaria quadam ratione animam statuunt bipartitam, rationalem, & irrationalem, at pressiùs, & accuratiùs tripartitam, nam irrationalem illam iterum dividunt in irascentem, & concupiscentem, & Laërt. partes (ait) animæ octo dicunt, quinque sensus, seminalem in nobis vim, vocalem, & ratiocinantem, subscribit Varro de ling. Lat. 8. anima est divisa in octonis partes, quinque quibus sentimus, sexta, quæ cogitamus: septima, quæ progenemus: octava, quæ vocem emittimus: addunt etiā alendi, & movendi vim: de quibus dissertat Just. Lips. lib. 3. Phys. Stoicorum c. 17. & licet verum sit quòd præter rationalē, irascibile, & concu-

concupiscibilem, quæ ad mores pertinent: exteræ corporales animantibus omnibus sunt communæ: eas tamen in humana natura dicunt partes animæ, quia sunt ministeræ illius, quod principalissimum est in homine: teste Seneca epist. 92. *Inser me, seque conveniat in animo esse partes ministeras, per quas moverur, alit muræ, propter ipsum principale nobis datus, in hoc principali est aliquid irrationale, & rationale ibid hinc servit: & iterum, irrationalis pars animi duas habet partes, alteram animosam, ambiosam, impotentem possum in affectionibus: alteram humilem, languidam, voluptatibus dedicatam: & ministeras esse Principalis defendit Lipsius suprà, & ex Stoicis apud Stobæum. Principale imperium vice fungi: reliqua partes in ministri loco, 5. quamq' ducebant. Veluti in exemplari corpore politico artes mechanicas ministeras sunt regnativaæ, ei que subordinantur propter ipsum principale, quia illis moverur, & alitur corpus civile: ira in humana argilla nutritivæ, etiam vegetativæ, productivæ, & conservativæ, quas ex occulto Deus producit: In somme enim (docet Seneca 3. quest. natur. c. 29.) omnis sucuri humana ratio comprehensa est, & legem barbae, & canorum nondum natus infans habet, totius enim corporis, & sequentis acaris, imparato, occultoq' linere mentis sunt: & iterum, Seneca de benefic. lib. 4. c. 6. *In sua fuis nobis omnium artium, & etiam se- servia. Magisterq' ex occulto Deus producit ingenia ex seminibus, scilicet insiris, & aceris per infanciam, que sunt, & incolebantur: atque iterum, idem epistolâ**

90. *Ad initia deinde rerum sapiens redit, & aeternam rationem toti induitam, & vias omnium seminum singula propriæ figurantem, quoniam sola lege creationis aeterna præcisè regulantur: verè hoc faterur Macrobius, natura (id est Deus) primum singula animalia perfecta formavit, deinde perpetuam legem dedit, ut continuaretur pro creatione successio. At verò quodammodo viri rationi subjiciunt, quia vegetandi vim gratiâ sensitivæ hominibus esse insitam; & sentiendi gratiâ ratiocinativæ certum est, nam quæ imperfectiora, & ignobiliora sunt in nobis (ut differit Philosophus) perfectiorū sunt gratia, & nobilitate, lib. 2. Greg. Magn. Moral. c. 10. Odov. Gualand. de civil. facult. lib. 2. cap. 12. vivit enim animal, quæ animal, perficiturque sentiendo: homo verò intelligendo, ac ratiocinando, itaque ut perfectus ordo naturæ servetur (quia omnia, quæ à Deo sunt, ordinata sunt) rationi subordinantur vegetativa quoque, & nutritiva: quoniam licet haec, praescripto legis aeternæ caloris instrumento, modo, quo à nobis doceri nequeant: tamen etiam in hoc relictus est homo in manu consilij sui, ut plus, vel minus materiæ adjiciat calori, gustus enim, & tactus, qui etiam sunt, quasi duces, & organa ratione ipsa instrui possunt, quæ admovet, & removet commoda, vel incommoda nutritivæ, futura, & vegetativæ: alioquin enim ad quid medicina? & ubi esset abstinentia virtus? & quo jure nimia devora-*

tio gulz, & turpitudo lasciviz no-taretur? & ij qui tactus impulsu ef-frēnati gravius vires prosterne-tes, & etiam naturæ adversari, non dubitantes, in venerem brutorum more feruntur, quâ habenâ cohi-berentur? ubi temperantia? ubi pudor? ubi honestas? si omnino nutritivam, & vegetativam ratione exuas? laudando C. Cæsarem de eo inquit Velleius lib. 2. hist. *Qui denique semper, & somno, & cibo in vitam, non in voluptatem uiceretur: quis in illo naturæ impulsus cohibuit, & formavit? nisi ratio; somnus enim licet requies necessarissima, omnibus animantibus naturaliter in-stet, quis sanæ mentis omni tem-pore, & ubique dormit, nec soporem vincit? ut non quando impel-lat, sed quando rationi expeditat vim capiat, aut quare nota vitij inureretur? vincat ergo hominem ratio, non somnus, nec consanguineus lethi sopor, aut gelidæ mortis imago, ut non sit: & maximè, quia (ut inquit Plato lib. 3. de legibus) quicunque vivere, & sapere cupit, maxi-mè quam longissimo tempore vigilet, sola valetudinis commoditate servata, ad hanc vero, non multo opus est somno: & ex eo, quia (ut sensit Philosophiz Princeps i. Ethicor. cap. ult. Gual. de ci-vil. facult. lib. 5. cap. 10.) felices dimi-dio vita ab infelicibus, nihil differre, id est, quamdiu dormiunt.*

Vis etiam naturalis motiva, li-cet communis sit omnibus viventi-bus, multiplex, ac varia, ut ad-ze-quetur naturæ specificæ rationi; subjacere debet: nam cum corpus

sit animæ instrumentum, dum ipsum, ejusve partes moventur fa-cile est de animæ moventis statu, & propensione judicare, uti ex mo-tu instrumenti de artificis, qui eo utitur, arte, vel inertia judicamus, ut ex laterna enim lumen, ita ex corpore translucet anima (Mar-tial. lib. 4.)

Dux laterna via clausis feror aurea flammis,

Ei tuta est gremio parva lucerna meo.
Magna quidem est, sed parvo in-cluditur corpore, ex cuius moti-bus, non solum de animæ solertia, & hebetudine, verùm etiam de probitate, ac nequitia conjicere possumus: audi Ciceronem, *Qualis cuique animi affectus est, talis est homo, qualis autem homo est, talis eius oratio, ora-tionis autem facta similia sunt, & factis vita, & Xenophontem de Sparta-nis, pudorem, quasi naturalem Spartani pueri concilient, in viis manum intra pal-lium babeant, silentioq; intendant, nusquam circumspiciant, sed humi oculos defixos ce-neant.* Si hi in altissima gentilitate pueri, quos ratio fidelis educabit viros: dicat exemplo, & verbo Bernardus, *Quid amabilius verecundo adolescenti? quam pulchra, & quam splen-dida gemma morum verecundia in vita, & vulnu adolescentis, quam vera, & mini-mè dubia bona spei nuntia: & Eume-nius in Constantino, non frustra do-Elissimi viri dicunt, naturam ipsam magnis mentibus domicilia corporum digna meta-ri, & ex vulnu hominis, ac decore membro-rum colligi posse, quantus illas caelestis spiri-tus intrarit habitator: consule divi-num oraculum, sapientia horuinis luceo-*
in vul-

in vultu ejus, Ecclesiast. 8. & Tertullianum mentis statum in fronte confitente: inde nō immerito, cognatus virtuti pudor dicitur, & vitorum nota, fronti nulla fides, magis enim vi pravitatis, quam legis Remmiꝫ litterali ferro inuritur frons, Cicer. pro Roscio Amerino: integræ frontis dicitur, qui non mentem inuratam gerit: ita Papinianus sensit, l. quælitum 13. ff. de testibus: ita fere in vultu mentem corpore reconditam clausamque, tanquam in speculo legas, ut totum hominem animaque totam in vultu posuisse natura videatur: intuere, videbis animi motus, vultus, maximè oculorum dejectione, unctione, hilariitate, mœrore, torvitate, lenitidine, tumoribus, inflammationibus exprimi: ut propè cogitata videoas sanè, non obscuris indiciis colligas: res factas pictura loquitur, animorum res vultus, in quo, tanquam in tabula latentia pinxit natura videtur: proditor cogitationum, propensionumque vultus est, & corporis motus: nullum igitur motum, sive à toto corpore, sive à singulis ejus partibus, nisi rationis habenis laxari, aut cohíberi oportet: & licet ad concupiscibilem potestatem, & irascibilem plurimi pertineant motus, ratione omissa in præcipitia labuntur: cupiditatē enim vel iræ, & reliquarum potestatum motibus, moderatricem expedit rationem assistere: inde Philo Judæus, lib. de agricult. In anima nostra (ait) equi sunt, & auriga, vel ascensor, equi duo irascens, & concupiscentes,

ille velut mas, bac feminæ, ille gestiens solitue, & liber esse vult, iste servilis, humilis vestrie gaudens domi desider, & pascitur, sed & pascit devoratq: auriga autem animus est, si prudentiam quidem & rationem audit, si non audit, ascensor canic: pulchre, sane, si equos hos duos regimus, & rationis fræno domamus, aurigæ sumus, & per rectam viā, ad optimum finem imus: sin autem fertur equis auriga, neque audit currus habenas, ascensores præcipitamur. Conandum est igitur in 7. qualibet ætate, qualitate, ac dignitate, nec non loco, tempore, ac negotio ejusmodi motus edere, qui probâ educationem, prudentiamq; redoleant, nullamque suspicionem præbeant animi, ab honestate, pudore, & humanitate aversi, & quantum magis fieri possit, ab omnibus cōprobentur: verum ij magnopere vitandi sunt, quibus aliqua adjuncta est turpitudō, & ij, qui sociis sunt molesti, nonnulli enim latus fodunt (ut ait Horatius) aut percutiunt humerū ejus, quem alloquuntur, & otiosius quidem, ut manū, aut digitorum coram gravibus & prudentibus viris pulsatio, ac gesticulatio, vel oscillatio, ac pandiculatio: omnia denique honestè, & secundum ordinem fieri docet veritas ipsa apud Apost. 1. ad Corinth. c. 14. n. 40. cave ergo, cave ab Epimenide, qui titulum erexit turpitudini, & impudicitia, & affectibus solutis mortem sacravit & vitam, Cicer. lib. 2. de leg. Clemens Alex. orat. exhort. ad gentes: O impudenterissimus, & teterimus cultor! nullam

lam pessimam dicebat Cicerone se-
necū capitationem, quam volupta-
tem corporis hominibus à natura
daram, cuius voluptatis avidæ hibi-
dines temere, & effrenatè ad po-
tiendum incitantur: & lege Romu-
li cautum fuit: Ne quis presentibus
feminis obscena verba facito, Bal-
duip. ad leg. Romuli c. 9. & ex Phi-
losopho 7. Pol. c. 17. nostra lex, præ-
libata est, leg. 5. tit. 10. lib. 5. Recop.
docuit enim omnino obscenitatē
verborum, per Legislatorem exter-
minandam esse de civitate: ex tur-
piter enim loquendi licentiā sequi-
tur, & turpe facere: plura refert, &
varia eruditissimus præceptor meus
Amaya in gēmaticis floribus, imò
fructibus opimis Majumē lib. 3. ob-

8. serv. c. 5. Deinde sensitiva vis præ-
cipue, ratione regitur, cuncti enim
sensus applicandi sunt ad honesta
objecta, & rationi cōsentanea, ejus-
que habenis retinendi sunt, aut re-
mittendi: sunt enim organa men-
tis, & per quæ irascibilis, & concu-
pisibilis vires capit, & obedien-
tiam, aut inobedientiam involvit,
ita sensit Poeta:

*Vt vidi, ut perij, meq; ut malus abstulerit
error.*

Ideò numeris, & consonantiā ratio-
ipsa instauratur, & vim capit, ut
Homerus docet exēplo illius mu-
sici relicti ab Agamemnone, ut cu-
stodiret uxorē Clitemnestram nu-
meris, & vocibus custodiēdo luxu-
riam, & nisi ablato, & occiso musi-
co, non fuit ablata castitas, tanta
enim, inquit Cicero, est vis musicę,
tam cognata mentibus nostris nu-

meri, atq; voces, ut excitantur eis,
& incendantur, & lenimur veluti:
cythara David refocillabatur Saul,
recedebat enim ab eo malus spiri-
tus: differit Odovardus Gualandus
lib. 5. de civil. facult. c. 10. cum seq.
de visu, auditu, ceterisque sensibus:
nam licet oculi dati sunt ad viden-
dum; homo videt si vult: et si natu-
raliter viderimus, non tamen omnia
cernere tutum est: nam si Solem
totum aspicere volumus, visus cor-
rumpitur: ita qui sensus laxat sese
irz, & concupiscentia præcipitan-
dum tradit: *Ira enim brevis furor est, in-*
quit Horatius, animum rege, qui, nisi pa-
ret, imperat: hunc frangis, hunc tu compescere
catenā, & Cicero de Arusp. cuius ego
de effrenato, & præcipiti furore, quid dicam,
odit enim Deus effrenatos, &
inverecundos, ut dixit ratione tan-
tum illuminatus Homerus Iliad. 8.
Neque si illuc per veneris errabunda, non te
equidem iracum curio, quoniam non te impu-
dentius aliud, & de visu, & auditu
præcipitio scitè Juvenalis satyr. 14.

Nil dictu fædum est, visuq; hac limina
tangat

Intra qua puor est, procul hinc procul
inde puerile

Lenonum, & catus per noctis para-
furi.

Decētius, & verius, Cyprianus l. 2.
epist. 2. ad Donat. docuit, expressa ad
imaginem veritatis actione, adulteriu discri-
tur, dum videatur: inde in sexta synodo
Constantinopolitana, in Trullo ce-
lebrata Can. 100. præcipitur, oculi tui
recta aspiciant, corporis enim sensus, suam
facile in animam effundunt picturas: ergo
qua oculos perstringunt, & mentem corrum-
punt,

part., & ad turpissim vobuparam moveant
incendia, nullo modo deinceps imprimi jube-
mas: dixerat Tertullianus, nascere est
publicacione sui periclitetur: dum percurritur
oculis incertis, & multis: & alibi, omnes in
se etates periclitantes: induit armaturam
pudoris, circumda vallum reverendiae, muri
sexui tuo frue, qui nec tuos emitat oculos,
9. nec admittat alienos. Lege enim gyra-
re omnes corporis, & animi impulsus, gyroq; vallare oportet, ut ratio
humana velut imago illius sempiternæ imitatrix quoque sit, quæ le-
ge, & gyro vallavit abyssum, & legē
posuit aquis, & ventis, & procellis
sonatibus, ne transirent fines suos,
ut posset germinare terra semen
suum, & tam pulchram herbarum,
fructuumque, ac animalium cōge-
riem: & similiter terra humana vir-
tutum: nam si corpus tantum inspi-
cimus ratione destitutum, quid est?
nisi quodlibet quassum vas, ita fi-
ctile, ut jactatu, nō tempestate sol-
vatur: Epictetus lib. I. dis. 2. *Luce-
na* (ait) in vento posita, quid est homo? qui
lucerne odore perire posuit, à quo plerumq;
abortus, hunc mihi (inquit Plinius lib. 7.
c. 1.) animalium ambrio, uni avaritia, uni
immensa vivendi cupidio, uni supersticio,
unde Diogenes cū aliquando heus
homines adesse dixisset, & concursus
factus esset: baculo abegit omnes
addens homines adorari non parcamon-
ta: quia ut dixit Philo Judæus c. 9.
homo nō illud biforme animal, sed pars oper-
ma anime, quæ mens, & ratio dicuntur: au-
di eloquentem Cicer. in somn. nec
enim omnis es, quom forma ista declarat, sed
mens aequalis, is es quisque, non ea figura,
qua digito demonstrari posset: & iterum,

Cicer. I. Tusc. audi TE NOSCE, hanc
viam habet praeceptū Apollinis, (sive Phe-
monoës, sive Phanotez, sive Tha-
letis, Biantis, aut Chilonis vox sit:
cujuscumque emisit Deus, aut im-
misit, è cœlo descendit) quo monet, ut
se quisque noscat, non enim id precipit (ex-
clamat Cicero) ut membra nostra, aue-
staturam, figuramve noscamus, neque nos
corpora sumus: neque ego tibi dicens hoc,
corpori tuo dico: cum igitur NOSCE TE,
dicit, hoc dicit, nosce animum tuum: nam
corpus quidem quasi vas est, aut aliquod ani-
mi receptaculum, ab animo tuo, quidquid
agitur, id agitur à te, attende & fac, nosca-
re, & nil naturale, nec morale, abs-
que ratione efficies: ecce etiam
Epictetus lib. I. disser. 2. dicens: Ad
Olimpia proficisci minime, ut Phidie statuam
videatis, & non magis cura habeatis, ut
vos ipsos videatis, qui & quales sis. Se-
quamur ergo veram intelligentiam.
Agapeti Justinianū docentis: Nam
qui se novit Deum noscat, Deum noscere
Deo assimilabitur, qui Deo dignus erit? qui
nihil Deo indignum admittit, sed cogitat
qua Dei sunt, & qua cogitas loqueris, &
qua loquitur facit, pulehra quidem
gradatio à primo limine noscere, id-
eò ingredi Apollinis templum fas
non erat, nisi iis, qui nihil absque
ratione efficerent: inde qui mediū
renuere beati, Horatius ait: Nam &
solaris perfecta beatam facit, inquit
Seneca in praefat. lib. I. quæst. nat.
& epist. 77. hoc est enim emanis ho-
mo, quod à toto est, non quod à
parte, à toto est, à ratione, cuius fi-
nis est recte & honestè vivere, &
ignobiliora in nobis, nobilio, ut
sunt gratia, & eorum fines horum

P 3 finium:

finium : & sic licet illæ omnes su-
pradicte partes consilij expertes
naturaliter pullulent impulsibus,
inter omnia animantia communi-
10. bus: tamen præstò est magistra ar-
tifex, ac Regina ratio præformare ,
eliciendo conclusionem, & legem
boni, & æqui, ut dixit Seneca ratio-
cinando à similitudine Dei, *ubique*
& omnibus præsto est, quocumque te flexe-
ris, ibillum videbis occurrentem tibi, nihil
ab illo vacat, opus suum ipse implet: & ad-
dit, *quem in hoc mundo locum Deus obti-*
net, hunc in homine animus: & Epictetus
simili utitur argumento, *Deus, qui-*
dem est in mundo providens omnia, sic ergo
ratio in homine providens omnia est: ideo
de iis qui rationi non parent, dictū
est, *quasi industria recesserunt ab eo, & om-*
nos viis ejus intelligere noluimus, Job c.
34. nu. 27. nam quod in agone im-
pulsuum naturalium victrix ratio ,
aut victa maneat, beata, aut misera,
ipse sibi homo causa est: valentior
enim omni impugnatione animus
est: quia etsi rationem, & volunta-
tem non possint cohibere impe-
rando motus appetitus sensitivi ,
possunt tamen per separationem
virtutis illos moderari: tanta enim
est attentio intellectus circa rem a-
liam , ut omnino impedire possit
apprehensionem imaginationis, &
actualem etiam dolorem, & volun-
tatem: hinc dicitur à Phil. 1. Pol. c.
3. appetitum obedire voluntati
principatu politico, id est directio-
ne intellectus, & rationis, ita expli-
cat scitè Pater Suarez ad 1. 2. D.
Thom. tract. 2. disp. 10. sect. 2. quod
etiam Stoicis notum, & nemini ig-

notum dico. Si victrix ratio existit,
virtutem parit, si victa iniquita-
tem, quia defecit in adæquatione ,
& commensuratione sui proprij ju-
ris naturalis , quia materia horum
impulsuum manet iners parata ad
omnem formam, quæ boni, & mali
dictante ratione advenerit: ideo 11.
impulsus naturalis hominis , qui
mente, seu ratione caret, infantis
videlicet, propter imbecillitatem
ætatis, quæ non matura, nec justa,
nec legitima appellatur ab Ulpia-
no in l. cum filio famil. 50. in fine ,
ff. de leg. 3. usque dum adoleverit, 12.
& furiosi, vel mente capti, propter
infirmitatem corporis, & dormien-
tis propter soporem, Clem. si furio-
sus de homicidio , ubi DD. quasi
abortus naturæ sunt, non virtutis ,
nec vitij partus , *quod verò non forma-*
tum puerperium (inquit D. Augusti-
nus in c. 8. 32. quæst. 2.) *noluit ad ho-*
micidium perire, profectò, ne hominem
deputavit, quod tale in utero geritur : &
D. Hieronymus in c. sicuti 10. ead.
32. quæst. 2. *Ita sensus ratione conceptus,*
nisi in opera proruperit, adhuc in ventre re-
tinetur, & cuò perit ab hoste. Ita materia
impulsuum naturalium , non for-
mata, non humana deputatur, sed
cuique animali communis, neque
virtus, neque vitium, sed tanquam
tabula rasa, ut forma rationis, &
voluntatis imprimatur. Ratio unica
est, sicut ratio æterna, ad cuius ima-
ginem , & similitudinem facta est,
sed in hoc parvo mundo animæ, &
corporis varias formas inducit: cir-
ca diversitatem materiæ , supra di-
ctarum partium , videlicet impul-
suum, 13.

suum, & motuum quinque sensuum, visque cogitandi, vocalisque & seminalis, atque alendi, & movendi, qui communes sunt in genere animalis omnibus animantibus, & materiam communem ministrant juri naturali: unde materialiter; & in genere, jus naturale est, quod omnia animalia docuit. At vero differentia, quæ essentia est rei, & forma, quæ dat esse in nobis est ratio, quâ homines constituti sumus, & quæ format, & specificat materiam illam genericam, & communem impulsuum, & motuum naturalium, & inesse humanum exprimit: itaque omnium actuum humanorum, etiam eorum, qui materialiter sunt, ceteris animalibus communes, perfectio, æquilibrium, sive jus naturale formaliter, non est commune, sed proprium tantum ratione prædictis: quia actus mensurantur ex ratione agendi, & inde omnes actus naturales hominis esse actus mentis rectæ rationis docet D. Thomas in 3. dist. 27. quæst. 3. cap. 3. & hinc jus naturale hominis propriè, formaliter, & specificè describitur à D. Isidoro, cap. jus naturale dist. 1. *Jus naturale est commune omnium nationum, eo quod ubique instinctu naturæ, non constitutione aliqua habetur*, ita intelligitur Philosophus lib. 5. Ethicorum cap. 6. qui jus dupliciter, tan-

tum divisit in naturale, scilicet, & legitimum, & Gratianus in summa 1. dist. ac D. Thom. 2. 2. quæst. 57. art. 1. necnon Domin. Gregor. Lopez Madera lib. unic. animadvers. c. 3. veri sectatores, neque ab his Ulpiani, & Justiniani divisio peregrina est in l. 1. §. 1. ff. de justit. in §. quod verò, & in §. jus autem gentium: quia jus humanum nempe specificum, & ratione formatum, bimembre tantummodo dixeré, gentium scilicet, & civile, & propriissimè quidem: nam quod naturalis ratio inser omnes homines constituit, id apud omnes populos peraque custoditur, vocaturq; jus gentium, quasi quo jure omnes gentes utantur, aut uti debent: est enim idem, quod in lege, & in Evangelio continetur, Grat. in cap. 1. dist. 1. At vero jus generice, & materialiter rectè etiam dicitur, quod natura omnia animalia docuit, & inde naturale, l. 1. ff. de justit. §. 1. inst. de jure natur. rectè Wesenb. in part. ad tit. de jure natur. Cov. in reg. peccatum relect. 2. §. 1. 1. num. 4. Anton. Fab. lib. 1. jurispr. 2. pr. 1. Osual. lib. 1. c. 6. litt. G. non tamen est jus naturale hominis specie rationis distinctum, sicuti equus non est homo, licet homo & equus genere animalis circumscribantur: Ita fit (ait Cicero 5. de finibus) ut quanta differentia sit in principiis naturalibus, tanta sit in finibus malorum, honorumq; dissimilitudo.

C. A.

C A P V T I V.

*Quâ semitâ communes naturæ impulsus insurgunt,
& ratio format, & specificat, & lumen juris
humana natura inducit.*

S V M M A R I Y M.

1. *Motus, & impulsus naturales, in homine dupliciter subdistinguntur.*
2. *Lex 1. 2. & 3. ff. de justit. & jur. elucidantur.*
3. *Desidium de pæto, quo natura dictat impulsus, & motus.*
4. *De primo naturæ præcepto, erga Deum religio.*
5. *De præcepto, ut Parentibus, & Patriæ pareamus.*
6. *Parentibus obedire, prima obedientia est, & fundamentum primum omnis potestatis, & jurisdictionis.*
7. *Finis patriæ potestatis.*
8. *Impulsus communis cum Brutis, jus adæquatum humanae naturæ, absque ratiocinatione cognosci nequit.*
9. *Text. in cap. nam concupiscentiam de const. cap. si Paulus 32. quæst. 5. & in cap. si enim de pœnitent. dist. 2. exornantur.*
10. *Lex 1. ff. de legibus interpretatur.*
11. *Naturalia omnia præcepta, & si nota sint per se, 'nobis tamen ignota sunt, absque ratione.*
12. *Supernaturali gratiâ indigemus, ut præcepta adæquata humanae naturæ agnoscamus.*
13. *Verba Seneca fidi Periphrasi beantur.*

Motus

NO T V S , & impulsus in homine naturales,dupliciter , subdistingo , alii enim sunt omnibus animalibus communes : alii verò solidis hominibus à natura dati: illi veluti ad maris , & fœminæ cōjunctiōnem , ac liberorum procreationem, educationemque , & ad injuriæ & dāni repulsam , & cæteri ab animalis partibus impulsi , quos nisi ratio ne präformentur,hominis dici non decet, sed bruti: ut präcautum est à Divino oraculo Psal. 35. *Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus nō est intellectus: & iterū, homines, & jumenta salvos facies Domine, homines* (inquit Divus Hieronymus in cap. 5. ad Galatas) id est rationabiles,jumenta , id est , qui more brutorum operantur.

2. Hi autem, qui superant brutalem naturam (sunt enim mentis humanae appetitus superioris naturæ) solidis hominibus inter se communes materialiter , etiam & formaliter: itaque partus horum impulsuum genere , & specie , juris gentium sunt , quasi quo jure omnes gentes utantur , ex quo emptio , venditio , locatio , conductio , societas , depositum , & omnes cōventiones , & contractus , qui omnino cæteris animalibus denegantur : & *veluti* (verbis utar Vlpiani, & Pomponii, l. 1. & 2. ff. de justitia & jure) erga Deum religio , us parentibus , & patria pareamus: excepto eo, quod Florentinus ait, l. 3. ff. de just. us vim, atque injuriam propulsimus: quia hujus defensionis impulsus sunt naturæ

communes omnium animalium, ut experientiâ , & ab Vlpiano, l. 1. 5. in bestiis , & §. cùm arietes , ff. si quadrup. & eruditè à Gotifredo in l. 4. ad leg. Aquil. discinius, nisi attenta cognatione, quam inter nos natura constituit, ex qua prælibatur consequens, *hominem homini insidiari nefas esse: Unde Solon dictitabat: Beata illam Rempublicam fore, in qua quisque alterius injuriam suam existimares, &* apud Egyptios rei mortis siebat, qui injuriam patienti opem non tulerant : hanc custodivit legem Princeps Hebræorum , qui occidit vi rum Egyptiū percutientem quemdam de Hebreis fratribus suis, Exodi ca. 2. quia quod tibi non vix fieri, alteri ne facias ab auctore naturæ dicitur : *Quid agimus?* (inquit Seneca epist. 95.) *Qua damus præcepta: ut partatur sanguini humano? quantulum est ei, non nocere, qui debeat prodeesse, &c. omne hoc quod vides, quo divina atque humana conclusa sunt, unum est, membra sumus corporis magni, natura nos cognatos edidit, cùm ex eisdem , & in eadem gigneret: hac nobis amore indidit munatum, & sociabiles fecit, illa equum, iustumque composuit, ex illius constitutio ne, miserius est nocere, quam ladi, & illius imperio parate sunt ad juvandum manus. Iste versus & in pectore, & in ore sit, (homo sum, humani à me nihil alienū puto) habeamus in commune, quod nati sumus: cuius præcepti cōtemplatio, & observatio exuperat brutalem naturam: sunt enim hujusmodi impulsus, velut igniculi à natura dati, non ad conservatiōnem, & propagationem speciei, sed*

Q

in finem

in finem beatioris, & fæcilioris vi-
tæ, ac progressum.

- 3 Quo pacto autem horum, & illo-
rum impulsū legem natura dicit,
differere admodum difficile est, ad-
eò, ut in hoc primo naturæ præce-
pto, erga Deum religio, diversæ sint
fententia D. Thom. part. I. qu. I. art.
I. & Scoti, distinct. 2. quæst. 2. & in-
ter eorum Aſſeclas, non leve diſſi-
diuum est, utrum hęc propositio Deus
eſt, per se nota sit, affirmat Doctor
Angelicus: negat Scotus: sed affir-
mativa probatur, ex illo Job capit.
36. *Omn̄es homines vident eum, unaſ-
quisque inſuetur procul, & ex Apostolo*
ad Roman. cap. I. quod notum eſt Dei,
*manifeſtum factum eſt illis, & auctori-
tate D. Damasceni lib. I. Orthodox.*
fidei, *nemo eſt mortalium, cui non hoc*
naturaliter inſitum fit, ut Deum eſſe per-
ſpectum habeat, & D. Augustini tract.
106. in Joan. *hac eſt (inquit) virtus*
vera divinitatis, ut creature rationali,
jam ratione utenti, non omnino, ac peni-
sus poſſe abſcondi, & Hug. de Sancto
Victor. Justin. qu. 6. agentibus pro-
*posita, Athanaf. contra Idola, Cy-*prian. de Idol. vanitate, quos refert**
- Zacharias Boverius I. dem. contra
Atheistas articulo 3. *Deus ab initio,*
ſic cognitionē ſuam (ait) in homine rem-
peravis, ut ſicut nunquam poterat com-
prehendi, quid eſſet, ita nunquam, quia
eſſet, poterat ignorari: & comprobat
Jamblichus in mysteriis Egyptio-
rum dicens, *ante omnem rationis*
uſum in eſſe naturaliter inſitam Dei
notionem, imo tactum quendam, &
impulſum divinitatis meliorem, quam
potissimum, ex quo incitatur naturalis

*appetitus boni, & ratiocinatio, & ju-
dicium: & Plato libr. 10. de legibus*
agnovit, *naturalis cajusque ſpeciei in-*
ſtinctus in anis eſſe non poſſet; ſed homi-
nis ſpecies immutabiliter ad Deorum re-
ligionem ferunt, Deos igitur eſſe omni-
*bus nostrum eſt, ſcītē eloquens M. Tul-*lius lib. I. de leg. nulla(ait) eſt tam bar-*
bara natio, nulla gens tam efferata, cui
non inſideat hac perſuasio, DEVIM ES-
SE: atque adeo, id à natura notum
dicit, ut *Dei notitiam, anticipationem*
nature appellat lib. de natura Deo-
rum; idcirco ad eam hominū men-
tibus inſinuandā, nullo doctore, nul-
lis moribus, nulla præterquam na-
turæ lege opus eſt, & videre eſt
paſſim, quando quis angustiā pre-
mitur, motu simplici naturali ante
omnem ratiocinationem, opem Dei
imploramus, & vocem ad eū emit-
timus: nec fundamenta quidem re-
liquit intacta Divus Augustinus lib.
I. de Doctrina Christiana cap. 7. *om-
nium opinione eſt Deus: ergo Deum*
eſt, per ſe notum eſt: quia quod à
nemine ignoratur, per ſe eſt notum:
quoniā id non poſſet ignorari, quod
non poſſet cogitari non eſt, ſed ra-
tionalis mens, non poſſet cogitare
Deum non eſt: non enim poſſet
rem, cum oppoſito eius intelligere,
quod eſt de illius quidditate, quod
ſanè efficeret, ſi Deum non eſt in-
telligeret, cum eſte ſit, de quidditate
Dei: ergo non poſſet ignorare
Deum eſt: inde Atheniensis, Pi-
thagoræ illius Sophistæ, librum cu-
jus Epigraphe, an Deus eſt, dubitare
videbatur, publicè cōbusſerunt, ip-
ſo Autore ab urbe, atque agro, ex-
pulſo,*

pulso, qui Deum, quem natura agnoscit, in dubium audeat involvere, & quem omnes impetu naturali invocant, & diligunt, appetunt enim suaptè naturā summum bonum, sed summū bonum est Deus: ergo omnes appetunt naturā Deū, & per consequens à nullo ignoratur: quia cùm etsi invisa diligere possimus, incognita tamen nequam, ex D. Augustin. Zachar. Bover. in symbol. 1. demon. contra Atheistas art. 3. nil enim volitum, quin præcognitum: si ab omnibus Deus appetitur: ergo omnibus notum est Deum esse.

Diversa autem sententia Scoti, nempe, hæc propositio *Deum esse*, non ita pernota, ut ratiocinatione non indigeat: videtur probari verbis Sapientiæ cap. 13. à magnitudine enim speciei, & creatura poterit *Creator cognoscibiliter videri*, & Apostoli ad Roman. capit. 1. *invisibilia Dei, à creatura mundi, per ea que facta sunt, intellecta conspicuntur, sempiterna quoque virtus ejus*, igitur absque ratiocinatione Deum nō noscimus: & Paulus, & Barnabas gentibus prædicantes. *Nos (inquiūt Actuum cap. 14.) mortales sumus, annuntiamus vobis conversi ad Deum, qui fecit cælum, & terram, &c. & quidem non sine testimonio femetipsum reliquit benefaciens de cælo, dans pluvias, & tempora fructifera, &c.* quod exponens D. Ambros. lib. 2. de vocat. gent. c. 1. scribit. *Etiam ante sacras litteras in testimonium Domino deservivit Orbis, & inenarrabilis cælorum pulchritudo, per quam hominibus quadā tabule præ-*

*bebantur, ut veluti in paginis elementorum, & cælorū divina institutionis doctrina legeretur: ergo non nisi syllogizantibus nobis notum est, Deum esse: sed ut inquit Nazian. orat. 34. qu. 2. de Theolog. *Nimus absurdus, & preposterus est, qui argumentis naturalibus non cedit, & inficiatur Deum esse*, & D. Anselmi. explicans verba illa Apostoli, in epist. ad Roman. cap. 1. *quod notum est Dei, manifestū factum est illis: notum (inquit) est, quod naturali ingenio de Deo sciri posset*. Hæc est Patrum, ac Theologorum sententia, Justini qu. 6. Theophylact. Alexand. ad Antolicum, Euseb. Cæsar. de præp. Evan. Athanas. oratio. contra Idola, Nazianzen. lib. 2. Theolog. Lactant. lib. 1. de divin. instit. Basil. hom. 1. & 2. Hilar. in Psal. 12. Damascen. Orthod. fidei lib. 1. c. 1. Cyprian. de Idol. van. August. lib. 10. confes. c. 6. Hieron. lib. 2. in Isai. Ambros. in Epist. ad Roma. 1. Chry. soft. hom. 9. & 10. ad pop. Antioch. Greg. Magn. lib. 27. Moral. cap. 2. & Theologi in 1. dist. 2. & 3. quos eruditè referens scitissime in concordiam reducit Zacharias Bover. in symbol. 1. de dem. art. 3. quia esse notum per se, & esse notum nobis, ex doctrina ipsius D. Thom. differre docet: quoniam Deum esse, ita per se notum est, sicut est per se notum, majus esse totum sua parte, sed nobis non ita notum est, quia propter imbecillitatem humanæ naturæ, non simplici apprehensione sed ratiocinata cognoscimus: etiam visis toto, & parte, ratione Geometrica notum sit nobis totum esse majus*

Q 2 sua

sua parte: quia notio quælibet, non est sensus, sed intellectus, & ratio-
nis, licet non nisi per sensuum in-
strumenta (dum humanâ hac argil-
lâ includimur) possit illucescere,
maximè in notione Dei , qui cùm
totus sit ratio , non nisi ratione no-
sci potest, ex supposita apprehēsio-
ne sensuum, syllogizante , ut docet
Apostolus : *Invisibilia Dei à creatura
mundi per ea qua facta sunt intellecta
conspiciuntur: ad notionem enim in-
visibilium, per visibilia ducimur: &*
licet in omnibus rebus Deum vide-
mus, creatorem, & conservatorem:
quia sine ipso est nihil & hoc modo,
*omnes homines vident eum (in ipso enim
vivimus, movemur, & sumus) sed in-
tellectu, & notione, unusquisque in-
suetur eum procul: nam quemadmo-
dum, quæ procul intuemur, imper-
fecta , ac confusa cognitione vide-
mus, ita divinorum attributorū in-
finita , & inenarrabilis excellētia,
cùm nisi longè à nobis in humanis
rebus aspici non queat, ex his con-
fusa tantummodo , ac imperfecta
cognitio ad nos profluit, ut inquit
Heraclius : *Nihil in rebus sensibilibus,
earumque accidentiis inveniri potest,
in quo aeternam aliquā esse substantiam,
perfectè discernere valeamus, & Cice-
ro Tusc. I. Nec verò Deus ipse, qui
intelligitur à nobis alio modo intelligi
potest, nisi mens soluta quadam, & libe-
ra segregata ab omni concretione morta-
li, omnia sentiens , & movens, ipsaque
pradicta motu sempiterno. Ratiocinan-
do dixit, & novit, licet non intelle-
xit, ideo fide indigemus, quâ perfe-
ctius quâ demonstratione cogno-**

scimus, spiritali enim notione intel-
ligendus est, qui spiritus est, Joan.
cap.4. *Spiritus enim est Deus, & omnes
qui adorant eum in spiritu, & veritate
opores adorare. Docet absolutissimè
Bover. suprà contra Atheistas dem.
I.art. 3.4. & 5. cum seq. sed impul-
sus religionis erga Deum , in nobis
passivus est, ab ipso auctore naturæ
(nulla major res asque Deus, cuius inge-
nuit sine doctrina notias ingentes na-
tura nobis.) Inde hujusmodi impul-
sus anticipatio natura dicitur à Cicer.
de nat. Deor. & ideo primâ causâ
excitante impulsu , impulsu in-
tellectu, intellectu rationem, & ra-
tio hominem: *Nulla unquam gens (in-
quit M. Tull.lib. I. de legibus) neque
tam immāsueta, neque tam fera extre-
mis, qua nō etiamsi ignoret, qualē Deum
esse habere deceas, tamen habēdam scias:*
& Irenēus lib. 2. c. 5. *ratio mentibus
infixa monet, & revelat, quoniam unus
est Deus omnium Dominus , & D. Gre-
gor. in Job cap. 36. *omnis homo è ip-
so, quò rationalis est conditus debet ex
ratione colligere oū, qui se condidit Deum
esse, quem videlices, jam videre est Do-
minationem illius ratiocinando conspi-
cere , & eleganter Tertullianus in
Apolog. cap. 17. licet anima (inquit)
carcere corporis pressa, licet institutioni-
bus pravus circūceptra, licet libidinibus,
& concupiscentiis evigorata, licet falsis
Diis exancillata, cùm tamen respicat, &
sanitatem suam patitur, & Deum nomi-
nat solum, quia propriè verus, hic unus
Deus , & bonus , & magnus : & quod
Deus dederit omnium vox est: judicem
quoque contestatur illum: Deus vider: &
Deo commendo: & Deus mihi reddit: à
septimo-***

testimoniano anima naturaliter Christiana! denique pronuntians hac, non ad Capitolium, sed ad cælum respicit: exemplū est gentilis eloquens, qui naturaliter syllogizādo dixit, de Arusp. rep. nulla major res atque Deus, cuius ingenuit sine doctrina notitias ingentes natura nobis: ut minimè mirum fieri debet eos de Deo sensisse loquutosque esse talia, quos Philosophia, nunc magnum sparsa per Orbem, non eruditiss: præstò enim erat minor alia quidē Philosophia, (scilicet ratio) quam non didicimus, accipimus, legimus: verū ex natura ipsa arripimus, hauiimus, & expressimus, ad quam, non docti, sed facti, non instruti, sed imbuti sumus, hac aperit os nobis ad confessionem magni Dei. O ingens lumen, cuius radii quaqua strictura fulgore perfusos, etiam reluctantates in gentilitia tetra caligine videre compellis! fatentur, appetūt, & exclamant, et si à quo immissum ignorant, reverentur tamen uti Mercurius Trismegistus in Pimandro, oculi nostri (ait) eo usque persingere non possunt: ut Deum videat, ipse tamen se manibus nostris attestare finit, & Jamblicus de myster. Egyptiorum c. i., ante omnis rationis usū, Deum homini innoescere (dicit) nec quemquam efficere posse, quin ante omnia divinitatē quādam esse animo concipiatur, non iam propria, ac distincta animi cōceptione, quām contactu quodam animi cognitione precedente, quem appellat Cicero anticipationem naturæ, sive ingeneratā notitiam, id est impulsū naturalem passivum, ab ipso Auctore naturæ influxum: hinc Catena Græca explicans illud Job. cap. 36. *Omnis*

homines vident eum (inquit) omnis Deum vides in se ipso, id est cunctis hominibus est insita Dei cognitio, & Cyprianus tract. 4. de vanit. Idolorum, qua est ista summa delicti nolle agnoscere, quē ignorare non possit unus est, & ubique diffusus, nam & vulgus in multis Deum naturaliter confitetur, cùm mens, & anima sui Auctoris, & Principis admonetur: unde Michas lib. Judicum cap. 18. num. 4. & seq. 5. 21. omni se possessione, vitâ, & fœlicitate spoliatum putavit, & tabescere cœpit: dicat ipse, Deos meos, quos mihi feci, tulisti, & Sacerdotem, & omnia, que habeo, & dicitis, quid tibi est? Menoch. lib. 2. Polit. cap. 1. natura enim ipsa exinanitur, absque religione, & cultu Dei: itaque prima scelerum causa natura nescire Deum, moralis enī, etiam ratio suadet: Epicurus sensit dicens, sic fac omnia tanquam specter aliquis, explicat Seneca epist. 25. prodest sine dubio. Custodem sibi impo-
suisse, & habere, quem respicias, quem interesse cogitationibus tuis judices; hoc quidem longè magnificentius est, sic vivere, tanquam sub alicujus boni viri, ac semper præsentis oculis: sed ego etiam hoc contentus sum, ut te interim aliquorū authoritate custodias, veluti Augustini, & Hieronymi: perdit enim homines vita supprimunt. dum effingunt coram quo peccare, non audent: quia primum naturæ præceptum est noscere Deum, ad cuius notionem, et si motus, impulsus, sive naturæ contactus, vehementissimè impellit, non tamen absque ratione accedimus, neque ad cætera, quæ post hoc primum sequuntur

naturæ præcepta, quæ nobis sine ratione non sunt, licet impulsus, & semina ingenita, & innata, insita ad illorū cognitionem sint, vide Wensem. in Paratitla. tit. 1. Eleganter dixit Cicero Tuscul. 3. *Sunt ingens nostris semina innata virtutum, quæ si adolescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret: nunc autem, simul atque edisti in lucem, & suscepti sumus in omni continuo pravitate, & in summa opinioni perversitate versamur, ut pendemus cum lacte nutricis errorem suxisse videamur.* O quām togata mēs brevi hoc verborum Ciceroniano vestitur pallio! impulsus enim, & semen innatum est nobis, ut parentibus, & patriæ pareamus (patriæ id est, senioribus, qui præsunt.) At verò naturale jus patriæ potestatis, non simplici, & firmo tactu naturæ, sed vaga ratione notum: dicant Romani, qui à Romulo gloriabantur, jus patriæ potestatis, quod in liberos habent, proprium esse civium Romanorum, neque alias homines talem in liberos habentes potestatem, l. 3. de his qui sunt sui, vel al. §. 2. Inst. de patria potest. Vlpian. tit. 5. Catus tit. 3. Alciat. 2. disputat. ca. 12. cum sequent. Valer. Maxim. libro 5. cap. 8. Acurt. in princ. de patria potest. Catus in leas obligaciones, ff. de ca. dim. Just. in §. fin. Inst. de leg. ag. tutel. ubi ergo Pomponi natura? quæ aut solos Romanos docet, aut alias gentes? aut Esclavonistas servituti mancipates filios, aut solos Francigenas prorsus liberos dimittentes genitos? ut refert Acurtius: *quia civilis ratio naturalia jura*

*corrumpere non potest, facetur Catus, & Justinianus: numquid natura patri in filium vitæ, ac necis terque venundandi potestatem dedit? licet ex verbis Ruben prælibasse videantur: *Duos filios meos interfice, si non reduxero eum tibi,* Gen. cap. 42. numquid funiculo triplici manui, potestati, mancipio, mancipavit, ac nisi, ter venditum, ter manumissum liberavit? & servum semel, semelque filiam? qua natura dictante hæc lex 12. tabularum, sive Quiritum (Dionysius Halicarn. lib. 2.) rogata fuit, & abrogata naturæ? quæ obsequium filiationi, non dominium paternitati injunxit: venerationem, non servitutem: disciplinam, non tyrannicum intimavit usum: & quum sanguinis, & cognationis jus, non quiritarium agnationis amavit discrimen. *Honora* (dixit verus naturæ interpres Apostol. ad Ephes. cap. 6.) *patrem tuum, & matrem tuam: quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi, & sis longevus super terram.* Diligere Deum ex toto corde, & ex tota anima, potius est natura, quām mandatum. *Et nunc Israel* (ait Moses Deuteronom. cap. 10. num. 12.) *quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi ut timeas Dominum tuum?* sed honorare patrem, licet à natura profluxum, præcepto exprimi, & promissione oportet, Sapientis illa Eccles. 3. *Qui honoras patrem tuum jucundabisur in filiis, & in die orationis exaudieris, & ibi: in opere, & sermone, & omni passim honorata patrem tuum, ut supervenias ubi benedictio à Deo, & benedictio illius in novissimo maneat & iterum,**

iterum, audi, fili mi, disciplinam patris
tui, & ne dimittas legem matris tuae
(Proverb. 1.) ut addatur gratia capiti
tuo, & torque collo tuo, & ratione mo-
net Ecclesiast. 7. Memento, quoniam nisi
per eos natus non fuisses, inhonoranti-
bus autem execratione, & maledi-
ctione natura ipsa minatur, maledi-
ctus qui non honorat patrem suum, &
matrem suam, & dices omnis populus
amen, Deuteronom. 27. Prov.ca. 19.
cap.20. & 28.& 30. Eccles. 3. Matt.
15. Obedire enim parentibus prima
obedientia est, & fundamentum pri-
mū omnis potestatis, & jurisdictio-
nis, ordinisq; humanæ Hierarchiæ.
Est ordo naturalis (inquit Divus Au-
gustinus lib. qu. Genes. & in cap. est
ordo 33. qu. 5.) *in hominibus, ut ser. viat*
femina viris, & filii parentibus, quare
nulla iustitia est, ut major serviat mino-
ri, & Divus Ambrosius, c. sicut hi,
§. necesse 47. distinct. ita admonet:
Necesse est, etiam ut ille, qui ordinandus
est, sua domui sit bene præpositus, id est
si in lascali habent uxorem habuit, vel
filios è virtutis ad virtutum studia, &
verbo, & exemplo provocet: ut quod
postea præcepturus est populus, prius exi-
git à domesticis. Hac enim imago Dei
est: (ait Augustinus in quæst. vet. &
nov. testam. & in cap. hæc imago 33.
quæst. 5.) ut unus factus sit Dominus,
ex quo ceteri oriuntur, habos imperium
Dei, quasi Vicarius ejus. Ordo naturæ
cōfunditur, & confusa caligine no-
bis Dei obnubilatur imago: Sol tol-
litur è mundo, & virtus ejus: si im-
perium tollimus: si obedientiæ ne-
gamus: non sumnum quiritariū jus
naturæ æquilibrium excitat, sed ve-

nerationem, imperium, & discipli-
nam: ut nos docet veritas naturæ, &
gratia, apud Apostolum ad Ephes.
ca. 6. recte, & justè perpenso jure pa-
ternitatis, & filiationis, dominatio-
nis, & servitutis: filij (inquit) obedi-
parentibus uestrū in Domino: hoc enim
justum est, & vos patres nolite ad ira-
cundiam provocare filios uestros, sed
educate illos in disciplina, & correctione
Domini: servi obedi-*te Dominis carnali-*
bus, & ita instruit Princeps Hebreo-
rum populum suum, Deuteronom.
ca. 11. versic. 19. docete filios uestros,
ut illa medisentur: Et ipse Auctor na-
turæ rationem reddens, quare non
posset celare Abraham, quæ ge-
sturus erat, dixit Gen. cap. 18. num.
19. Scio enim quod præcepturus sit filii
suis, & domus sua post se, ut custodiane
viam Domini, & faciant judicium, &
iustitiam: hic est finis patriæ po-
testatis, adæquatus naturæ humanæ,
omnibus gentibus communis: ut
apud Persas refert Aristoteles 8. E-
thic. 20. apud Egyptios Diodor. Si-
cucus lib. 2. apud Græcos Dionys.
Halicarnassæus lib. 2. apud Gallos
Jul. Cæsar. lib. 6. de Bello Gal. apud
Moscovitas, Sigismundus Baro in
comenta. rer. Moscov. Gotifred. in
l. 3. de his, qui sunt sui, Pichard. in
pr. inst. eod. hinc similis veneratio,
& potestas competit senioribus: quia
in senibus est sapientia, & in multo
tempore prudenter, ita præcipitur:
Coram cano capite conserge, & hono-
ra personam senis: inde Primogeniti
ducebat familias & dicitur: Sederū
coram eo primogenitus, juxta primoge-
nitam suam, & minimum, juxta etatē suam,
Levitic.

Levitic. cap. 19. Genes. cap. 43. & duœ dicebantur. Hinc Princeps Apostolorum 1. Can. cap. 5. præcipit: *Adolescētes subditi est ore senioribus, & Plato in sua rep. quilibet (inquit) seniorem re, & verbo colat, ac si virginis annis major est, quasi patrem si vir fuerit, aut matrem, si mulier, revereatur:* annuente Homero Iliad. 9. surrexit Achiles, ipsa cum cithara, relata sede, in qua sedebat, sedereque fecit (legatos Agamemnonis) in sedibus, tapetibus que purpureis: unde assecla illius.

*Credebant hoc grande nefas; & morte piandum,
Si iuvenis vesulo, non affurrexeras,
& si
Barbato cuicunque puer, licet ipse videres
Plura Domi farra, & majores glan-
dis acervos:
Tam venerabile erat procedere quas-
tuor annis,
Primaq; par adeò sacra lanugo sene-
cta.*

Hinc Patriz parere: hinc cognationem quandam natura constituit, & hominem homini insidiari nefas esse, intulit Ratio.

Deinde impulsus communis, & brutis est ad maris, & fœminæ conjunctionem. At verò, quænam sit adæquata humanæ naturæ, id est, quod sit jus rationi conveniens conjungendi ad propagationem, & liberorum procreationem, incognitum est absque ratione: ita dixit Apostolus ad Roman. cap. nam concupiscentiam de constituit. Nam concupiscentiam nosciebam, nisi lex diceret, non concupiscens: lex, id est, con-

clusio rationis scriptæ in cordibus nostris: ante enim legem scriptam in tabulis lapideis peccatum esse concupiscentiam nemo piè, nec naturaliter ambigit, sed impetu solo naturæ peccatum, nō est antequam voluntas transgredietur præscriptum legis rationis dicentis, *nō concupiscens.* At verò voluntate consentiente peccatum est antequam lex positiva præscriperit, *non concupiscens*, quia gentes, quæ leges non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt, & ideo si ignorat, ignorantia punibilis est, inde dixit Papinius ex Phil. 3. Ethic. cap. 1. & D. Augustin. cap. 1. 5. qu. 1. *legem esse coercitionem delictorum, qua, vel sponte, vel per ignorantiam contrahuntur*, l. 1. de legib. scilicet per ignorantiam juris naturalis, veluti ignorare peccatum esse concupiscere, insidiari, furari, quod nefas à natura est, & si per ignorantiam, aut fortuitô, inde coercetur à lege, l. 2. ff. de termin. mot. ubi etsi ignorantia excusat à poena termini moti, non tamen à delicto furti: quia ratione prædictus inexcusabilis est omnis homo: in ejus enim corde scripta est, lex inde ipsa ignorantia peccatum est, & peccatum ignorantia improba: quia cùm cognovissent, non intellexerunt: ita est interpretandus text. in d. l. 1. ff. de legib. quidquid aliter Amaya, & ab eo relati, libro 1. cap. 3. obs. dicat sed quando transgrediuntur ad inventa à lege positiva, veluti qui contra legum præcepta, vel contra mandata, constitutionesque Principum, nuptias contraxerit, si erore

11 **tore acerrimo, sive acrisimo, non**
affectato, legis laqueis eximitur, l.
4.C. de incest. nup.l.38. §.1. & §.7.
ff. ad leg. Jul. de adulter. ubi remit-
titur pœna stupri, & incesti per ig-
norantiam cōmissi, sed pœna quæ
ad inventa est à lege externa posi-
tiva, non tamen, quam reddit lex
interna, conscientia nempe, quæ
semper instat reddendo testimoniu-
ipsis delinquentibus: ille ergo im-
pulsus, seu stimulus carnis, de quo
Paulus dixit ad Roman. cap.7.cap.
si Paulus 32. quæst. 5. *Aliam legem*
sensio in membris meis repugnarem le-
gi mentis meæ: non sævitia, sed certa-
mnen est naturæ humanæ: Necesse
***est enim non trahimur* (ait Divus Hie-**
ronymus in cap. si enim de pœni-
tent. distinc. 2.) alioquin ubi necessi-
sas est, nec damnatio, nec corona est. In-
de nisi rationis, & volūtatis ample-
xu, nec virtus, nec vitium genera-
tur, quia nil volitum, quin præco-
gnitum: unde omnia præcepta na-
turalia, etsi nota sint per se, nobis
tamen ignota sunt absque ratione;
præcipue post corruptionem natu-
ræ, cum ratio sit viribus attenuata,
& inclinata, licet nō extincta, Sacr.
Concil. Trident. sess. 6. cap. 1. Con-
cil.2. Auras. cap.5. *Inutiles facti su-*
***mus*, Apostol.ad Roman. cap. 3. ait:**
ita ut sacrosancta Tridentina Syno-
dus, sessio. 5. decr.de peccato ori-
gin. definit: *Per prævaricationis of-*
fensam secundum corpus & animam in
deserius commutatum fuisse hominem.
 12 **Hinc etiam supernaturali gratia in-**
digemus, ut præcepta adæquata
humanæ naturæ agnoscamus uti

supplex exorabat Propheta Rex
 Psalm. 142. *Notam fac mihi viam in*
qua ambulem, nec denegat benigni-
tas ipsa: Viam (inquit Proverb. cap.
 4.) *sapientia monstrabe sibi, & ducam*
se, per semitam aequitatis, & currens, nō
habebis offendiculum, & sic gratia (ait
 D. August. de gratia & lib. arb. ad
 Valentin. & in 14. & cap. 145. de
 conf. dist. 4.) *qua per Iesum Christum*
datur nō solùm peccatorū remissionem
facit: sed etiam ut lex impleatur, ut na-
natura liberetur, ne peccatum dominetur,
& non solùm adjuvare, ad non pec-
*candum definitum extat in Concil-
 io Milevitano, text. in cap. 3. 4. &*
 5. & in capit. 154. cum seq. de con-
 secr. dist. 4. ex Apostol. ad Roman.
 3. Trident. sess. 6. de justificat. cap.
 2. *Quia per ipsū nobis revelatur, & ape-*
ritur intelligentia mandatorum, ut
sciamus quid appetere, quid vitare de-
beamus: sed etiam, ut quod faciendū ca-
gnoverimus etiā facere diligamus, atque
valeamus: & ut gētes, qua non sectāban-
sur justitiā apprehēderent. Illuminata
 ergo ratione indigemus, ut verè ag-
 noscamus naturalia præcepta, & ob-
 servemus: Ecce igitur illuminata ra-
 tio: *Lex Domini immaculata convertes*
animas: testimoniu fidele præstas sapien-
tiam parvulis, Psal. 18. (Putemus ali- 13
 quem, ita Sen. epist. 95. agnovit) fa-
 cere quod oportet, non faciet assi-
 duè, non faciet æqualiter (*sine gratia*
regenerazoris dico ego, quia inutiles facti
sumus, non est qui faciat bonum, non est
*usq; ad unum ad Ro. c. 3.) Ecce Sene-
 ca cognoscens, nō intelligēs, nescit
 enim, quare faciat aliqua, vel casu,
 vel exercitatione exhibūt recta, sed*

R non

nō erit in manu regula (*hac intelligo legem Domini*) ad quam exigatur, cui credat recta esse, quæ fecit: non promittet se talem in perpetuum, qui casu bonus est, deinde præstabant tibi fortasse præcepta (*scilicet rationis humana inclinata*) ut quod oportet facias: non præstabunt, ut quemadmodum oportet: & si hoc non præstant ad virtutem non perducunt, decretis agendum est (*nempe rationis*) ut revellatur penitus falsorū recepta persuasio, his si adjungerimus præcepta, cōsolutiones, adhortationes (*omnes deniq; leges humana*) poterū valere per se inefficaces sunt: faciet quod oportet monitus, cōcedo: sed id parum est; quoniā quidem, non in factō laus est: sed in eo quemadmodum fiat, &c. amico ægro aliquis assidet, probamus. At hoc si hæreditatis causa facit, vultur est, cadaver spectat, eadem & turpia sunt, & honesta refert, quare aut quemadmodum fiant, omnia autem honestè fient si honesto nos addixerimus, idque unum in rebus humanis bonū judicaverimus quæque ex eo sunt (*ex Apostolo pralibasse videtur: Omnia mihi licent: sed non omnia expediunt*) cætera in diem bona sunt: ergo infigi debet persuasio ad totam pertinens, sciant omnia præter virtutem (*quæ scilicet rationem rectam appellat Cicero, ego illuminatam à gratia, seu lege Domini*) mutare nomen modò mala, fieri modò bona: quemadmodum primum militiæ

vinculum est religio; & signorum amor, & dæserendi nefas; tum deinde facile cætera exiguntur, mandaturque jusjurandum adactis, ita in his quos velis ad beatam vitam perducere prima fundamenta jacienda sunt, & insinuanda virtus, hujus quadā superstitione teneantur, hanc ament, cum hac vivere velint, sine hac nolint: hoc est quod decretum voco (*quod rationem dico*) qualis hæc persuasio fuerit, talia erunt, quæ agentur, quæ cogitabuntur: qualia autem hæc fuerint, talis vita erit. In particulas suasisse totum ordinati parum est. M. Brutus in suo libro dat multa præcepta, & parentibus, & liberis, & fratribus, hæc nemo faciet quemadmodum debet: nisi habuerit quò referat: proponamus oportet finem summi boni, ad quem nitamur, ad quem omne factum nostrum, dictumque respiciat, veluti navigantibus, ad aliquod sidus dirigendus est cursus: vita proposito vaga est: quod si utique proponendum est, incipiunt necessaria esse decreta: illud puto concedes, nihil esse turpius dubio, & incerto, ac timido, pedem modò referente, modo producente: (*quod Apostolus dixit: Vtiam frigidus, aut calidus essem*) hoc in omnibus rebus accidet nobis: nisi eximantur, quæ reprehendunt animos, ac detinent, & conari totos verant.

C A P V T V.

Nullus genitus ex semine Adæ (hoc est homo) potest in Orbe reperiri, nec esse, sine ratione naturaliter insita, licet eā non utatur: unde consertis manibus, ac novè interpretatur text. in l. non sunt liberi, ff. de statu hom. cum l. quaret 135. ff. de verbis significat.

S V M M A R I V M.

1. *Domini. Ioannes de Solorçano laudatur.*
2. *Conclusio corroboratur, & exornatur.*
3. *Sanctissima Virgo Maria Mater Dei præservata fuit ab omni labore.*
4. *Immaculata, ac purissima Virgo Maria ab instanti sue immaculatae Conceptionis, habuit usum actualem rationis.*
5. *Quod voluntarium est rationem insitam præsupponit humanam.*
6. *Nulli Barbari ex semine Adæ propagati, sine ratione naturaliter insita esse possunt.*
7. *Barbari non ita ratione carent, sicut bruta, nec sicut amentes, & furiosi.*
8. *Ratio quare inveniantur homines Barbari, & Atroces, & usi rationis carentes: satis fit que primæ rationi dabitandi.*
9. *Plato in verum sensum conductitur.*
10. *Peccatores secundum vitiorū, ac turpitudinis discrimen Bruta censentur.*
11. *Fabula de Harpiis, & Hipocentauris in verum sensum reducitur.*
12. *Fabula Protei ad rationis imperium, & voluntatis facultatem, id est liberum humanum arbitrium revocatur.*
13. *Fabula Percylymeni ad idem refertur.*
14. *Semifer, imò fera appellatur, qui operatur, ut fera.*
15. *Nullus homo natura, sine ratione est: moribus verò plurimi.*

16. Lex 1. ibi Natura, ff. ad Maced. expenditur
17. Quare Barbari Barbaris pejores reperiantur.
18. Eximproba educatione provenit Barbaries, & omne malum.
19. Secunda ratio dubitandi, ex l. quæret 135. ff. de verborum significat. juncta l. non sunt liberi, ff. de statu homin.
20. Ostenti definitio, ac divisio.
21. Monstrum, non potest dici contra naturam, sed præter naturam, imò præter naturæ consuetudinem:
22. Non potest fieri, ut ex equo producatur homo, neque ex homine equus.
23. Portentum idem est, quod miraculum, & tripliciter potest excedere facultatem naturæ creatæ.
24. Primum portentum, & maximum.
25. Secundum portentum.
26. Ex coitu nefando nullatenus nasci hominem, nec contigisse defenditur: rejiciturque contraria doctrina.
27. In utero humano Hipocentaurum concipi posse dicendum non est.
28. Ratio redditur ab efficienti.
29. Erroris notâ incurritur Arnaldus de Villanova, & alii.
30. Veram sententiam sequuti fuerunt Iureconsulti.
31. Ostenti genus tertium explicatur.
32. Sententia Vlpiani jure pietatis, & naturæ melior est, quam Pauli.
33. Cujacii, & Carrancæ ratio genuina, nec legitima est.
34. Auctor supponit juris principia.
35. Ratio Vlpiani naturalis est, sed ratio Pauli cívili discrimine nititur.
36. Ratio quare licet filius sit monstrosus, non sit heres.
37. Vlpiani sententiae satisfit.
38. Mater à monstri transmissione in solidum remota est.
39. Ostenta & monstra humana, non solum exponi, sed & extingui jubebantur leg. 12. tab. & quare.
40. Ratione incognita supremi artificis naturæ eduntur monstra.
41. Secunda species. textii generis portenti.
42. Tertia species.

43. Vtrum.

43. *Virum liceat occidere monstra.*
44. *Manilius improbat.*
45. *Monstra humana possunt dari ex duplice figura corporis, non ex dupli- ci natura.*
46. *Confirmatur ex autoritate D. Augustini.*
47. *D. Augustinus in cap. quod verò 8. & D. Hieron. in c. sicuti 10. 32. quest. 2. explicantur.*
48. *Distinctio in specie homicidii, inter ostentum & monstrum sequenda non est.*
49. *Satisfit exemplis, quòd monstra vivere multo tempore non possint.*
50. *Monstra omnia humana viventia in dubio baptizanda esse.*

O N C E V S I O N E M profero de fide, & ex supradictis exornata re-peto, pro exacta operis indagatione. Certamini autem hujus, novissimè eruditissimum Lanistam, ex animo sequor præceptorem D. Joannem de Solorçano, qui lib. 2. de Indiarum jure cap. 7. 8. & 9. pleno quidem calamo litterarum omnium, ac juris utriusque eruditione, & veritate scripsit, atque hunc florem, in uberrimā intumuit messem: ita ut verius colligere, quām seminare fatear: & ut Lucianus Philosophorum, prata illius amoenissima, tam varia, & versicoloria agnoscam, tantū extolle-re. Probatur igitur conclusio, ex illo Gen. cap. 1. & 2. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, ex quo cùm ex debito, & cōstitutione naturæ, omnibus illius hominis ex semine propagatis infundatur anima rationalis, ad imaginem, & similitudinem Dei, quæ est, non secun-*

dūm corpus, sed secundūm intellectum, & rationem mentis, ut ex Di-vo Augustino, & aliis exornavi, supra lib. 2. cap. 9. num. 14. sequitur, quòd nullus homo reperiri possit, neque esse, sine ratione naturaliter insita: omnis enim genitus ex semi-ne Adx, est homo, & omnis homo est animal rationale, ideò hāc conclusionem præscripsit Divus Augu-stinus lib. 16. de civitate Dei cap. 8. dicens: *Quisquis uspiam nascitur ho-mo, id est animal rationale, mortale, quamlibet nostris inusitatam sensibus geras corporis formam, seu colorem, si-ue motum, siue sonum, siue quamlibet vim, qualibet parte, qualibet qua-litate naturæ, ex illo Protoplasto uno ori-ginemducere, nullus fidelium dubia-verit. Et in Enchirid. ad Laur. cap. 87. & 91.. ubi inquit resurrectura esse monstra omnia humana, in die resurrectionis, reformatis mem-bris in decoram, cæloque dignam formam, subscriptis eruditè refe-rens D. Joann. de Solorçano, su-*

R. 3 præ

pra libr. 2. cap. 8. numer. 6.

Deinde, quia cùm fateri necesse sit, omnes semine Adæ propagatos nasci injustos, & filios iræ, per prævaricationis offensam, cum ea propagatione, per ipsum, dum concipiuntur propriam injustitiam contrahant, ut definitum est in sacro. Concil. Trident. sessio. 6. de justificatione cap. 3. *Origine (enim) unum est, & propagatione transfunditur omnibus, & inest unicuique proprium,* d. S. Concil. Trident. sessio. 5. decreto de peccato originali, §. 3. & in §. 2. ibid: *Si quis Adæ prævaricationem sibi soli, & non ejus propagini afferit na-*
cuisse: & acceptam à Deo sanctitatem, & justitiam, quam perdidit sibi soli, &
non nobis, etiam eum perdidisse, aut in-
quinatum illum, per inobedientię pecca-
tum, mortem & pœnas corporis tantum
in omne genus humanum transfudisse,
non autem & peccatum, quod mors est ani-
ma, anathema sit cùm contradicat Apo-
stolo dicentii: per unum hominem pecca-
tum intravit in mundum, & per pecca-
tum mors, & ita in omnes homines mors
pertransiit, in quo omnes peccaverunt, ad
Roman. cap. 5. cap. placuit capit. re-
generante, cap. quæris in fine, cap.
firmissimè de consecr. distinct. 4. ibi:
Firmissimè tene, & nullatenus dubites,
omnem hominem, qui per concubitum
viri, & mulieris concipitur, cum peccato
originali nasci, impietati subditum, mor-
tig. subjectum, & ob hoc natura ira fi-
sium nasci, de qua dicit Apostolus (era-
mus enim, & nos natura filii iræ, sicut &
caserit) & qua ira nullus liberatur, nisi per
fidem mediatoris Dei, & hominum ho-
minis Iesu Christi, &c. Cuius etiam

gratiâ, una sola sanctissima, & im- 3
 maculata anima Deiparæ virginis
 Mariæ præservata fuit ab illa ira, licet ex viri, & mulieris concubitu,
 cōcepta tamen purissima filia, non
 iræ, sed gratiæ, quæ ex decreto, jam
 mater gratiæ concipiebatur, & fon-
 tis gratiarum genitrix: ut scitè disser-
 rit, & congerit ex multis novissimè
 Pater Fr. Ludovic. Mirada in tract.
 pro immaculata Conceptione Dei-
 paræ Mariæ, per totum: & dissertis-
 simè docuit, doctissimus Præceptor
 meus D. Don Ferdinandus de Ho-
 xeda, omni spectatione dignus, ac
 publica in relectione, cap. firmissi-
 mè, de consecrat. distinct. 4. & hoc
 profitentes nitimur legitima ex-
 ceptione sanctæ Tridentinæ Sino-
 di declarantis, sua intentionis non es-
 se comprehendere in hoc decreto, ubi de
 peccato originali agitur, beatam, & im-
 maculatam virginem Mariam Dei ge-
 nitricem, dict. sess. 5. in decret. §. vlt.
 hac igitur solâ, inter omnes, qui ex
 viri, & mulieris cōcubitu genera-
 tur, meritò præservatâ inteneratâ
 Dei genitrice (quæ & ex inde ab in-
 stanti suæ immaculatæ Concep- 4
 tio-
 nis, nō solùm habuit rationem, sed
 etiam actualem usum rationis, ut
 eruditè post multos docet Miranda,
 ubi sup. quæst. 33.) in cæteros
 omnes originale træfunditur pec-
 catum, quod mors est animæ: in
 omnibus enim verè, & propriè pec-
 catum est, diciturque proprium, &
 voluntarium, quia scilicet commis-
 sum est voluntate actuali Adam, &
 nostra virtuali: quoniam in eo vir-
 tualiter erat totius humanæ naturæ
 voluntas:

volumtas: siquidem erat tota natura humana: ita ex D. August. docet Magister Sent. & cum eo omnes Theologi in 2. sent. dist. 30. D. Tho. 2.2. quæst. 80. att. 1. Soto lib. 1. de natura & gratia; capit. 8. col. 3. Medina 2.2. quæst. 8. artic. 1. Bellarm. tom. 3. de controv. Christ. fidei lib. 4. per totum, & novissimè, quâ ratione possit dictum peccatum originale esse voluntarium, differit & explicat Basil. de Leon in lib. yar. disput. quæst. 1. relect. 3. & Miranda, ubi sup. quæst. 8. conclus. 4.

5 Si igitur est voluntarium necessario rationem insitam presupponit humanam, quoniam anima non nisi mediante voluntate, & ratione servat, aut transgreditur legem, & per consequens, sicut nullus, qui ex semine Adæ genitus sit, potest repertiri, nec eis sine peccato originali: ita nec sine ratione naturaliter insita, quæ in prævaricatione Adæ virtualiter depravata fuit, cuius rationis depravatio, & prævaricatio est peccatum originale, quod in omnes transfunditur: quia intellectu, & voluntate tota circumducitur humana natura, ut docet Philos. 1. Ethic. cap. 2. & 3. Est enim ratio lex voluntatis, & ideo solus aëtus voluntatis discordans à ratione recta, vel concordans cum ratione errante, est malus, ut docet D. Thom. 1.2. quæst. 19. 5. 6. & D. Aug. in cap. 8. 15. quæst. 1. Si concupiscentia, vel inobedientia, qua adhuc in membris moribundis habitas, præter nostra voluntatis legem, quasi lege sua moveatur, quanto magis, absque culpa est in corpore non.

consentientis, si absque culpa est in corpore dormientis. Dixi sup. lib. hoc ca. 2. à num. 7. At verò in Adam tota natura humana consensit: & ideo omnes in Adam peccaverunt: quia omnium hominum ratio, & voluntas virtualiter erat in illo. Indeque in omnibus liberum arbitrium minimè extinctum est, ac nulli dene-gatum, licet viribus attenuatum, & inclinatum: quia totum Adam, & in eo omnes, per illam prævaricationis offensam secundum corpus, & animam in deterius communatos fuisse fatemur, docente sacros. Trid. Synodo sess. 5. s. 1. & sess. 6. c. 1.. Itaque ratio, licet in deterius commutata omnibus inest, *ita ut sint inexcusabiles*, ut docet Apost. ad Rom. cap. 1. & 2. *Ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se invitum cogitationum accusantium, aut etiam defendantium, in die, cum judicabit Deus occulta hominū.* Sive sint Barbari, sive Sylvestres, & colore, aut corporis habitudine, & hebetudine deformati, ex qua deformatione alii Satyri, Syrene, alii Fauni: Silvani, Hypocētauri, Tritones, Nereades, sive Harpiz; sive alio inaudito nomine appellētur, propter inusitatam humani corporis formiam, belluinosque mores, absque ullo hominum aliorum, vel inter se societatis commercio, nudi, & sine loquela, & lege, antra, sylvasque, veluti bruta habitantes, sive ex semine Adæ propagati sint. *Ipsi sibi sunt lex, & habent opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis.*

illis conscientia ipsorum ita ut sint inex-
cusabiles. Alioquin si prorsus ratione
carerent, nec peccato actuali inu-
rerentur, nec pœna, l. fin. ff. de ad-
minist. tut. l. sed et si 5. ff. ad leg. A-
quil. ibi : *Quæ enim in eo culpa, cùm
sua mentis non sint?* l. i. in principio,
ff. si quadrup. pauper. fec. cum aliis
infra exornatis. Itaque licet Barba-
ri illi, & Indi sint de tertia, & infima
classe, in qua (uti refert Dom. Joa-
nes de Solorçano lib. 2. cap. 9. à nu.
8.) specificantur hi, qui feris, &
brutis magis similes reperti sunt,
vix quidquam humani sensus ha-
bentes, veluti C A R I B E S , qui nihil
aliud, quam sanguinem exercent,
in hospites omnes sœvi, qui huma-
na carne vescuntur, nulla veste vix
ipsa virilia tegentes, & similiter
Chunchi, Chiriguani, Moxi, Iscay-
cingæ, plerique ex Floridis, & Bra-
silienibus, & alii Barbari, qui licet
atroces non sint, neque Tigrides,
aut Pantheræ, parum tamen distant
à pecudibus, nudi ipsi, & timidi,
fædissimæ Veneri, aut etiâ Adonidi
vulgò dediti: quales esse dicitur,
quos nostri Moscas appellat, in no-
vo regno, & quale Chartaginis, om-
nisque, ejus oræ promiscuū vulgus,
& quales qui in Paragui fluvii lit-
toribus degunt, & in Orientali In-
dia, permulti Insulares, ut Mala-
chiani. Tamen omnes hi, & alii si-
miles, non ita ratione carent, sicut
amætes, furiosi, & mente capti, (et si
apud nos pejores, & magis irratio-
nales esse videâtur) furiosus enim
non peccat, Clem. si furiosus, de
homicidio, l. 5. cum sim. ff. ad leg.

Aquil. Barbarum autem legem na-
turæ transgredientem peccare, to-
ties quoties transgressor est, nemo
dubitabit: quia furiosus, & infans,
& similes, licet habeant rationem
insitam, habent tamen illam sopita-
tam, naturæ imbecillitate impedi-
tam, sive præter naturam, morbo
scilicet alligatam: ita ut illâ uti non
possint. At verò Barbari, non imbe-
cillitate naturæ, neque præter na-
turam, sed contra naturam, nempè
consuetudine peccandi facti sunt
in omnibus, quasi bruta, ut dicitur
Psalm. 8. *Comparatus est jumentis, &
similis factus est illis,* dixit eleganter
Boëtius Severinus lib. 1. de conso-
lat. prosp. 6. *Intensio enim vehemens
passionum operam habebant atque abs-
conditam hanc rationis scindullam,* &
M. Tullius lib. 1. de legibus; *Tanta
est corruptela generis humani, male
consuetudinis, ut ab ea tamquam igniculi
extinguantur à natura dati, exoriantur
que & confirmantur via via contraria.*
Ecce ratio: quare inveniantur ho-
mines, ita Barbari, & atroces, & usu
rationis carentes; & sic D. Chryso-
stomus docet super Gen. hom. 2. 3.
*Hic enim solus (ait de justo) cateri au-
tem non homines, sed humanam geren-
tes formam, & ex hominibus in bestias
mutati, malitia voluntatis generofisa-
rem naturæ amiserunt.* Et hoc pacto
Iſaias cap. 11. 43. & 65. peccatores
appellat Bestias agri, Lupos, Pardos,
Vrsos, Leones, & Dracones, ac
Struthiones: quia peccati assidui-
tate (quæ destruit rationem, sive
legem, ac lumen naturæ humanæ
extinguit, via impiorum tenebrosa,
neſciunt

nesciunt ubi corruant, Proverb. cap. 4. & ad Roman. cap. I. num. 32. *Obscuratum est insipiens cor eorum*) facti sunt, sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus: ex quibus licet improbè, & impiè intulit Plato lib. de natur. *Animas illorum, qui nec finem peccandi habuerunt, in alterius sexus corpora post mortem, aut Brutorum transfundī*: meritò quidem improbatum: quia peccatores, non naturā, sed moribus, non post mortem, sed in vita, peccatorum obsecnitate, quasi bruta, obsecnaque pecora videntur, canesque immundi, sues, ac porci lutosi, uti agnovit Horat. lib. I. epist. 2.

Sirenum voces, & Circes pocula noſti,

Quæ ſi cum ſociis letus, cupidusque bibiffes,

Vixiffes canis immundus, vel amica lutosus.

Et iterū:

Cumq; videre voles Epicuri de grege porcum.

De quibus, item dixit li. I. Satyr. 3.

Sincerum cupiunt vas incumſare.

Et Plutarchus in commentar. de tranquillitate animi cucurbitulis similes appellat eos, qui honorem proximi detrahunt: *Quemadmodum (inquit) cucurbitule medicabiles deſerrimum ſanguinem eliciunt ex corpo-re, ſic tu poffima queque tuorum in te congerie ipfum.* Et similes etiam Charadriis nominat (in 5. Simposiac.) & Hicteris, five apud nos Galbulis avibus, quæ ſi aspiciantur ab Hicteris, seu morbo Regio laborantibus, ad ſe, & in ſe trahunt,

& recipiunt morbum, quo moriuntur, teste Plinio libr. 30. capit. I I. Censentur etiam hujusmodi peccatores, cum Hirudinibus, quæ, quod putidius est, naufeant, & vi-tiosum ſanguinem exugunt, Horat. de arte Poët.

Non miſſura cutem, niſi plena crue-ris Hirudo.

Et Plautus Epid. *Iam ego me ver-tam in Hirudinem, atque horum exu-gam ſanguinem.* Ita notā Brutorum, secundum vitiorum, ac turpitudiniſ discriben, transgrediores propriæ ſuæ naturæ rationalis à recte ſentientibus inurebantur: hinc alii fabulis veritatem, quasi nubeculis obnubilarunt. Exemplum unum sit ex innumeris apud Poëtas, de filiabus Phinei Regis, neptibusque Agenori, aut Neptuni, quæ (teste Palefato de fabul. narrat. & Lylio Giral. fintag. 6.) Regium pecu-lium patris ſui, prophanis, obſcē-nisque ſumptibus, & largitionibus effuderunt: ita ut pater fame peri-ret, niſi ei ſuccurrent Principes Zethæs, & Calays, Ovid. libr. 7. Metam.

----- *Iuvenesque Aquilone creati Virgineaſ volucres misericen ſenis ora fugarunt,*

Has igitur finixerunt eſſe Harpias, ſeu aves Stymphalidas, quæ feritate, & immanitate in homines irruunt, rapiuntque ab eis arma, ali-moniam, & uestem, ac quidquid in corpore geſtant: ideò tres illæ filiæ Phinei (licet de numero quæſtio ſit) Harpiæ nempe: prima, Ālo, id eſt

id est quæ lentè rapit veluti usurarius : secunda Ocypte , id est quæ manifestè , & citò rapit ; tertia Celeno , id est quæ clām , vel obscurò , & plerumque nocte rapit , ideo dicitur furtum à furvo , id est nigto l. i. ff. de furtis : proferunt in apricum hanc fabulam sanct. Fulgent. lib. i. Mithol. Cæl. Rodig. lib. 29. cap. 27. Plutarch. lib. de fœnore vitando: quoniam hujusmodi peccata , potius ferarum rapacitatem designat , quam humanæ naturæ cognationem , cuius ratiocinatione , hominem homini insidiari nefas esse , naturaliter consequens infertur , l. 3. ff. de justitia & jure , itaque licet effigie , & naturâ sint homines , moribus tamen irrationalia bruta sunt . Virg. lib. 3. Æn. verf. 315.

*Virginei volucrum vultus fædissima
ventris*

*Proluvies , uncaque manus , & palli-
da semper*

Ora fame.

Et iterum :

*Sola novum , ductuque nefas Harpia
Celano.*

Quid mirum , quod similiter geniti ex nefando concubitu adulterino- que affectu , illius ingrati Ixion & obseceni , Centauri dicantur ? id est semiviri , semiisque equi , illorumque filii ex nefandis equarum ample- xibus Hipocentauri ? Natal. Co- mes. lib. 6. Mithol. c. 16. & lib. 7. c. 4. Joan. Bocac. lib. 9. Geneal. Deor. Palefato lib. de non credendis fa- bulis , & patet , quod nota tantum nefadi criminis dicti sunt isti hipo- centauri : quia tanquam si essent

equi , & muli cum equabus commi- scebantur : non vero , quia formâ & effigie corporis essent semiviri , & semiequi , cùm etiam ebori libidine geminata in Hypodamiam uxorem Pirythoi irruerunt , in ritibus nup- tiarum solemnibus , & inde rixæ crateribus , bella , & homicidia : Ovid. lib. 12. metam.

--- *Ebrietas geminata libidine regnat ,*
Et Valerius Flac. in Argon.

*Crateres , mensaque volant , araque
Deorum.*

Hoc provenit ex facultate liberi arbitrii , quâ *relictus est homo in manu consilii sui* : uti scriptum est Eccles. c. 15. n. 14. docet Aug. lib. 5. de civit. cap. 8. & 9. S. Leo Papa epist. 93. Concil. Bracarense i. capit. 9. D. Bernard. serm. 65. & 66. in Cantic. Driedon. libr. 1. de gratia , & libero arbitrio. Quod etiam Poëticis fig- mentis antiqui nubilarunt : veluti fabula Prothei , hūc enim fuisse di- xerunt antiquissimum Deorū (hoc est hominum , qui sunt laude divi- na digni) teste Orpheo , itaq; Xan- thipus filiū Oceani , & Thetis par- tum refert , principium , & originem rerum , Præsidemque omniū crea- turarum , sed abusi sunt vera illa fi- delique sacra Historia Genes. cap. 1. num. 16. *Et præxit piscibus mariis , & volatilibus cælis , & bestiis , univer saque terra* : Hunc igitur constituerunt , tam libero arbitrio præditum , ut posset se vertere in omnia , uti ex Homero , inquit Ovid. libr. 8. me- tam.

Nam modò te juvenem : modò te vi- dère leonem :

Nunc

*Nunc violentus aper: nunc quem se-
tigisse timerent,
Anguis eras: modo te faciebant cor-
nua tanrum:
Sæpè lapis poseras, arbor quoque sa-
pè videri,
Interdum faciem liquidarum imita-
tus aquarum
Flumen eras: interdum undis con-
trarius ignis.*

Quia (ut vere illos, etiā credo sen-
sūle, nisi malitiā recesserūt à cordis
veritate) licet natura Protheus non
13 posset se vertere in varias formas:
moribus tamen posset: sic similiter
Peryclymenus, quem eadem dote
præditum acclamat Euphorion,
8. myt. 8.

*Atque Peryclymenum muscam, tūc
ille cecidit,
Qui velut aquoreus Protheus se ver-
tit in omne.*

Higinusque, & Hesiodus.

— *Cui dona dedit præstantia
quondam*

*Neptunus, volucres interfit namque
volucris.*

Et Ovidius lib. 12. metam.

*Mira Peryclymeni mors est, cui pos-
se figuras*

*Sumere, quas vellet, rursusque repo-
nere sumptas,*

Neptunus dederat.

Vero quidem pioque sensu intelli-
gitur: quia homo ex eo quod reli-
ctus est in manu consilii sui, mores
Brutorum exercendo similis effici-
tur illis, cùm rationalis sit natura
in irrationalem vertitur, homo enim
cùm in honore esset, non intellectus, com-
paratus est jumentis, & similis factus est

illis, & prædocuit David, nolite fieri,
fucus equus, & mulus, quisbus non est in-
tellectus, & Oseas dicens cap. 10. ē
Ephraim vitula docta diligere tritaram.
Qui operationibus vitulæ utitur,
quasi illis doctus, & instructus con-
suetudine irrationaliter operādi,
nil mirum si vitula appelletur, hinc
Alphōsus Aragoniz Rex, ut in ejus
dictis, & factis refert Anton. Pa-
normitan.lib. 1. s. 54. eos quos vide-
bat, ex homine nihil præter effi-
giem possidere, non homines, sed
homones appellabat, ex illo Ennii.

*Vulturis in sylvis miserum manda-
bat hominem.*

Et inde Socrates homines, sine ra-
tionis usu simias vocabat, exornat
eruditè D. Joan. de Solorçano lib.
2. capit. 7. numer. 14. & tractat de
paricid. pag. 79. nullum exinde
esse animal, tam varium, & multi-
plex docent Doctores in cap. 14. de
ætate & qualitate. Unde D. Clem.
Alexandrin.epist.adhort.ad gentes
pag. 2. dicit non solùm belluas) ve-
rū lapides, & ligna esse homines
insipientes. Quid igitur mirū, quod
Centaurus appelletur, qui naturā
est homo, moribus vero equus
est? dicaturque semifer? ut de Cen-
tauro Chiron, inquit Statius lib. 2.
Sylv.

*Semifer Aemonium vincebat Pelea
Chiron.*

Et Apollonius lib. 2. Argonautæ.

*Hic Chirona parit, cuius pars altera
divis*

*Per similis sit, equus rursus pars alse-
ra turpis.*

Non solùm semifer, sed totus fe-
ra,
S 2

ma, qui totus operatur, ut fera.

14 Hinc satisfit rationi dubitandi quæstionis nostræ, utrum inveniri possit homo ratione carens: naturâ quidem nullus, moribus verò plurimi, quia *omnis homo mendax*, at verò alii cum intermissione, alii sine intermissione suæ naturæ mendaces existunt, illi benignitate divina utitur lege, & ratione, Politique homines appellâtur, hi autem meritò Barbari dicuntur, & usu rationis carere, ô quâm scitè cognovit Vlpianus, etli non intellexit in l. i. §.9. ff. de ædilitio edict. *Apud Vivianum* (inquit) *quaritur si servus inter fanaticos, non semper caput jastraret, & aliqua profanis effet, an nihilominus sanus videretur, & ait Vivianus, nihilominus hunc sanum esse, neque enim nos (inquit) minus animi vitiis aliquos sanos esse intelligere debere: alioquin inquit futurum, ut in infinito, hac ratione multos sanos esse negaremus.* Omnes enim ferè insani sunt, quoniam ut inquit Psalmifer Psalm. 57. *Alienati sunt peccatores à vulva, erraverunt ab utero, loquuti sunt falsa: dictum est iterum error & tenebra peccatoribus cōcreata sunt,* Eccles. cap. 11. Si ergo alienati sunt ex utero, à naturali ratione quid mirum? si velut bruta operentur, loquitur enim in eis scelus, non ratio: *dixit injustus, us delinqutus in se meipso, non est timor Dei ante oculos eius,* Psal. 36. ubi Chaldeus, ait *dixit scelus impio, abyssus enim abyssum invocat, & peccata peccata, peccatores peccatores:* ita ut velut natura altera, peccandi consuetudo fiat: sic sensit Senatus-

Consultum illud celeberrimū contra Macedonem, illiusque sceleris sectatores, l. i. ff. ad Maced. &c. cùm inter caseras sceleris causas, Macedonia, quas illi natura administrabat, etiam as alienum adhibuisset, & sape materiam peccandi malis moribus praestaret: *tanta (enim) est corrupcione generis humani mala consuetudinus* (teste Cicerone d. lib. 1. de leg.) ut ab ea tamquam igniculi extinguantur à natura dati, exorianturque, & confirmen-
tur vitia contraria: & cùm hæc consuetudo cœpisset ab initio naturæ, Genes. cap. 3. nam *homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis, & similis factus est illis,* Psalm. 8. & ita crevillet corruptela generis humani malæ consuetudinis, ut *omnis quippè caro corrumpere viam suam* (id est viam rationis, quæ propria via hominis est) ideo Deus (ad cuius imaginem factus in ratione mentis homo est) non permanebit (inquit) *spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est,* Genes. 17 capit. 6. & caro est, quia non ratio est. Nec post universalem Orbis inundationem abolita fuit depravatio: *maledictus enim fuit Chanaan propter peccatum, servus servorum futurus fratribus suis,* Genes. cap. 9. quid igitur mirum? quod Barbari Barbaris pejores, multo-que tetrores, & fædiiores reperiantur: cùm non solùm secundùm animam: sed etiam secundùm corpus in deterius commutata fuerit natura humana, per illam Adæ prævaricationem. sacr. Trident. in decreto de peccat. orig. §. 1. & abyssum abyssum

abyssum invocet, & peccatum peccatum, assiduitate peccandi, ut docet Gregor. in c. Salomon 13. 32. quæst. 4. & eruditè D. Joan. de Solorçano sup. c. 8. num. 89. proferens causam hebetudinis Indorum. *Quia mutaverunt gloriā incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium proper quod* (inquit Paulus ad Romanos capite 1. numero 14.) *Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, ut contumelias afficiant corpora sua in se metipsis, &c.*

Unde etiam Romani (licet omnes alias gentes ratione superare viderentur) tamen notā brutorum secundūm vitiorum, ac turpitudinis discriminem, à suismetip̄s recte sentientibus, inurebantur, Juven. Satyr. 2.

*Nonnē igitur jure, ac merito virtutis ultima fictos
Consegnunt scauros, & castigata remordent?
Fronti nulla fides! quis enim non
vicus abundat
Tristibus obscenis? castigas turpia
cum sit,
Inter Socraticos nosissima fama Cy-
nedos.*

Quis vicus, quæ civitas, & populus, non abundat tristibus obscenis, & ferinis moribus abundavit? ut omnigena eruditione, miraque veritatis inquisitione, & resolutione disserit doctissimus noster D. Joan. de Solorçano d. libro 2. de Indiarum jure cap. 8. & cap. 9. non igitur portentosum est, ut Indi, barbari, & alii

qui nihil præter humani corporis effigiem rationis, nec stricturam lucis ostendant, & pæne natura in illis ab eisque generatis abhorreat propriam, & brutorum ingerat consuetudinem: quia in iniquitatibus concepti, & instructi, & nutriti peccatis Barbari quidem prorsus erūt, 18 ad cibationemque deterrimi: ex improba enim diuturna educatione provenit omne malum, miseriisque, & ærumnis mentis, & corporis, ut sensit Ovid. in epist. Saph.

*Nunc vellem facunda forem, dolor
aribus obstat*

*Ingeniūq; meus substituit omne malis.
Cūm non à natura, neque præter naturā* (inquit Philosop. 2. Ethic. cap. 1. junctis illis, quæ dixi supra libr. 1. capit. 1.) *in nobis sunt virtutes, sed na-
ti, factique sumus ad eas percipiendas* naturā, & efficiendas consuetudine. Inde si error, & tenebra peccatoribus cō-
creata sunt, ut docet Ecclesiasticus cap. 11. mirabile est, quòd aliquis ratione utatur, quis est hic, & lauda-
bitus eum, fecit enim mirabilia in vita sua, quoniam à peccato fugiens ratio

*Deseruit propriè terras justissimo
virgo.*

Itaque sapientia (id est usus ratio-
nis) & disciplina, & scientia legis apud
Deum (ait Ecclesiasticus dict. cap.
11.) dilectio, & via bonorum apud ip-
sum, ideo Propheta Regius Psal. 17.
deprecatur, quoniam tu illuminas lu-
cernam meam, (id est lumen abscon-
ditum, nemp̄ rationem) Deus mens
illumina tenebras meas.

Secunda ratio dubitādi præliba- 19
tur

tur ex quæstione Domicii Vlpiani lib.4. ad legem Julianam , & Papiam in l. quæret 135. ff. de verborum significatioue , cum Julio Paulo lib. 4. sententiarum titulo 9. de S. C. Tertulliano in l. non sunt liberi, ff. de statu hom.

- 20 Ad cujus enodationem,in primis ab Vlpiano ipso dicitur. *Ostentum (Labeo definit) omne contra naturam cujusque rei genitum, factumq. l. 38. ff.* de verborum significatione, ubi duo genera ostenti proponit: unū, quod plura membra , quam assuevit natura , ostendit in corpore humano: tribus manibus, forte, aut pedibus, & his quid aliud simile. Alterum, quod non humanae figuræ, sed alterius magis animalis , quam hominis , partū mulier ediderit, hoc portentosum , vel mōstrosum appellat Vlpianus, in d. l. 135. prodigium, sive à græco verbo visionem in dict. l. 38. & rectè definitur à Philosophorum Principe, lib.4.de generat. anim. cap. 4. nempè *Monstrum est aliquid præter naturam , non tamen omnem, sed eam, qua, ne plurimum est usitata , non præter naturam , qua aeterna est , & qua ex necessitate est , nihil unquam fit* (operatur enim ex ratione, & voluntate abscondita summi artificis , ut dixi suprà libr. I. cap.4.) *verum in rebus his , qua magna quidem ex parte, ita fuit.* Itaque neque monstrum potest dici contra naturam, sed præter naturam , & non præter naturam omnem , sed præter naturæ consuetudinem : unde scitè dixit Alphonsus noster Rex in l.8.tit. 33. Partit.7. *O contra lausada costum-*

*bre de la nature, quoniam non est ex necessitate involuntaria naturæ, ut homo non habeat figuram corporis equinam, siquidem homo ab equo, non distinguitur , nisi anima rationali. At vero ex debito naturæ est, ut semini equino anima rationalis non infundatur , cùm soli homini concessum sit fieri ad imaginem, & similitudinem Dei: unde non potest fieri, ut ex equo producatur homo, neque ex homine equus, juxta illud Genes. cap. 1. *Et fecis Deus bestias terræ, juxta species suas, & jumenta , & omne reptile terra in genere suo, & vidit Deus , quod esset bonum.* Ex quo Macrobius eruditè inductus à Dom. Joan. de Solorçano lib. 1. de jure Indiarum cap. 9. num.41. ait. *Natura (id est Deus) primum singula animalia perfecta formavis, deinde perpetuam legem dedit , ut continuaretur procreatione successio.**

Deinde scire oportet, portentum 23 idem esse, quod miraculum, & tricliciter naturæ (scilicet creatæ, non creantis) facultatem excedere posse. Docet Divus Thom. in 1. part. summæ quæst. 105. art. 8. Primum 24 & maximum quod excedit, quantum ad substantiam facti , & ad id quod fit naturæ, quod in productione hominis, neque unquam factum est, nec fiet ; unica tantum vice factum est, quando Deus ipse auctor naturæ factus est homo ad regenerationem , & reparationem totius generis humani : quia non est impossibile apud Deum omne verbum.

Secundum est quantum ad id in 25 quo fit , quod longè minus portentosum

tosum est, veluti, si ex semine humano in vase equinū aut Caprinū immisso concipiatur, & nascatur homo, vel equus, aut hædus siquidem monstrum est, id tantum in quo fit.

26 Sed fixo calamo subscribere decet, propter excellentiā animæ rationalis, quæ ad imaginē Dei creatur, nullatenus ex talicoitu nasci hominem: & propter senien Adæ, in quo necessariò peccatum contrahitur originale, nullatenus posse nasci equum, vel hædum, aliudve animal irrationale: itaq; hoc pacto rejicienda est opinio illorum, quos sequitur P. Gregor. lib. 36. sintag. cap. 14. & Carranza d.c. 17. n. 91. versic. Quinta & n. 74. & 77. in fin. afferentium ex conjunctiōne nefanda, monstrum aliquod editum fuisse: quasi ex homine, & bruto conflatum, ut ipse ab experientia dicitur, tanquam si conceptionem istius monstri in utero, sive in ventre ipso vidisset, & cùm hæc experientia, nequaquam facta fuerit, nec fieri possit. Ego tantum assentiar molam aliquam carneam, calore salientem, non vero formatam, neque animataam in hominem, neque in brutum, sive promiscue, in monstrum ex tali nefanda commixtione, posse accidere: alioquin tamquam similiis, immo tamquam ipsam eadē opinio, simul admitteretur illorum, qui Centauros, Hypocentauros, Onocentauros, Satyros, Faunos ex hominis promiscue, & bruti natura cōceptos fuisse scribunt. Quam ex Philosopho lib. 5. de histor. anim. cap. 18. & lib. 4. de ge-

ner. animal. capit. 3. & ex Martino Delrio lib. 2. disquis. Magi. q. 14. & aliis, quos refert, merito & eruditè apolactizat D. Joannes de Solorçano lib. 1. de Indiar. jure cap. 9. num. 40. 41. & 42. adstruit illi Manilius lib. 4. Astronomic.

*Permisces sapè ferarum
Corpora cum membris hominum,
non seminis ille
Partus erit: quid enim nobis com-
mune, ferisque?*

Et Lucretius libr. 5. de natura rerum.

*Ne forse ex homine, & veterino semi-
ne equorum,
Confieri credas Centauros posse, nec
esse.*

Et Seneca lib. 3. qu. cap. 29. dicens à Stoicis: *In semine omnis futuri hominis ratio comprehensa est, & legem barbae, & canorum nondum natus infans habet: totius enim corporis, & sequentis etatis in parvo, occultoque linacamenta sunt.* Scitè intelligit Just. Lips. l. 3. ad Stoic. Physiol. dissert. 7.

Neque è converso, si mulier incubuerit equo, Hypocētaurum nasci: sive vera sit sententia Arist. lib. 1. de generat. anim. ca. 19. 20. & 21. & lib. 4. c. 2. qui maris semen tātum genitale esse, fœmineumq; simul ad generationē non conducere, quem etiam Plutarchus Stoicis adjungit referens. *Aristoteles, & Zeno aijus mulierem materiam aliquam humidam ejicere, tamquam à colectatione illa sudorem, sed non seminalem, aut prolificam.* Et Censorinus addit, *Ita de tamen ambiguum inter auctores facit opinionem: V-
trumne ex Patris transummodo semine
partus*

partus nascetur, ut Diogenes, & Hippo-
pan, Stoicique scripserunt: an & id ex-
matri, quod Anaxagora, & Akmaoni,
necnon Parmenidi, Empedoclique, &
Epicuro visum est. Sive his vltimis
(quibus accenset Pythagoram, &
Hippocratē, Justus Lipsi. ubi suprà
dissert. 6. & contradictionem Aristote-
lis subtiliter disjungit : veritas
proclivior sit, cum Lucretio libr. 4.
de natura rerum, dicente.

Semper enim partus duplici de semi-
ne constat.

Et cū doctissimo Carranza ubi sup.
 c. 20. à num. 5. & quamvis dubium
 esse possit: utrū illius animalis se-
 mine, calore uteri mulieris vivifi-
 cari posset, veluti ova, quæ licet di-
 versæ avium speciei sint, supposita
 gallinis vivificatur in proprias spe-
 cies: tamen animā rationalem mi-
 nimè fætui brutalī introduci, neque
 in utero humano, & corpore, ubi
 imago, & similitudo Dei habitat
 formari animal irrationale, creden-
 dum est, cūm teste Philosopho lib.
 8. de hist. anim. c. 1. *Natura non trans-*
eas de extremo, ad extremum, sine me-
dio, quod ipsorum particeps sit, nō enim
quid Deus potuerit, queritur: sed
quid humanarum rerum ratio; at-
que ordo patiatur, ut scitè protesta-
tur, & ego cum illo, Dom. Joan. de
Solorçano lib. 1. cap. 9. num. 15. &
solum scio, cum Divo Hieronymo
relato in capite nasci 56. distinct.
Quod inter secretas ventris angustias,
Dei munus semper operatur, idemque est
corporis creator, & anima: noli despice-
re bonitatem figuli tui, qui te plasmavit,
& fecit, ut voluist, & cum Propheta

Rege Psalm. 138. *Confitebor tibi, quia*
terribilis er magnificatus, mirabilia ope-
ra tua, & anima mea cognoscit nimis:
non est occultum os meum à te, quod
fecisti in oculis, & substantia mea in
inferioribus terra, imperfectum meum
(apud Hebreos teste Sanct. Spag-
nino embrionem meum) viderunt oculi
sui, & in libro suo omnes scribentur, dies
formabuntur, & nemo in eis. Hinc
Mercurius Trismegistus ait, cùm
generatio semen seponit, evenis, ut ex
omnibus corporis partibus essentia que-
dam influat, & insipiat divina opera-
sione, ut in hominū sit ortu, quem mi-
rè explicat Justus Lipsius dissert. 6.
 & in dissert. 7. refertque hanc Ter-
 tulliani sentētiā: *Omnem (inquit)*
hominū in utero serendi, struendi, fin-
gendi, paraturam aliqua utique potestas
divine voluntatis ministra modulatur,
quamcumque illam rationem agitare
sortita. Unde & ex Scoto, Platone,
 & Galeno scitissimè resolvit Car-
 ranza suprà capit. 1. de Conceptio-
 ne, s. 1. de formatione hominis.
 Conformatricem corporis vim ad
 Deum Opt. Maxim. esse referen-
 dam, qui est causa prima efficiens
 formationis humanæ, medio etiam
 calore uteri, & loci commoditate,
 apprimè eidē cōformationi aptis.

Cū igitur hæc conformatio,
 non solum sit permitta à divina sa-
 pientia, & potentia, sed producta, &
 effecta, tāquam à cauſa efficienti,
 quia Deus fecit bestias terra, juxta
 species suas, & vidit quod esset bonum.
 Genes. capit. 1. ita & facere semper
 pię, & firmissimè credendum est,
 neque in utero humano, umquam
 formasse

formasse Hipocentaurum , neque Satyrum, aliudve animal irrationale ex bruti semine , cùm nec etiam uterus , nec calor humanus sit aptus naturaliter formationi corporis Bruti.

29 Ex quibus patet impiam esse, stultam , & haereticam opinionem Arnaldi de Villanova, Julii Camilli, & Thomæ Garzoni in foro univer. discurſ. 41. existimantium hominem verum, per alchimiæ artem, produci , & formari posse, quos recte anathematizat Dom. Joan. de Solarcano suprà lib. I. capit. 9. num. 41. & cum Delrio , & Torreblanca , & Huerta ab eo relatis , negat posse formari verum hominem , per magiam Dæmonis , neque ex coitu cum simiis, canibus, aut aliis brutis animantibus , & hoc aspectu, merito quidem fabulis adscribitur quod de Hipocentauris , Satyrisque , ac consimilibus fertur, ex duplici hominis , & bruti natura compactis.

30 Hanc sententiam sequuti fuerunt Jureconsulti, uti Celsus in l. si ita stipulatus 97. ff. de verb. obligat. ubi conditionem , si Hipocentaurum dederis rejicit, tamquam verè impossibilem: quia impossibile est dari in rerum natura, hominem mixtum ex homine, & equo : idem rescripsit Justinianus in principio de inutilib. stip. ibi: *Aut Hipocentaurum, qui esse non possit, inutilis est stipulatio.* Novissime , & subtiliter adstruit Carranza , satisfecitque auctoritatibus , quæ in contrarium adduci solent , cum Covarruvia , Bisciola , Bauvino , & aliis à num. 71. vsque

ad 77. exornatq; Lucretii versibus lib. 5. de naturâ rerum.

*Sed neque Centauri fuerunt, neque tempore in vlo
Esse queat dupli naturâ, & corpore bino,
Ex alienigenis membris compacta potestas.*

Tertium denique ostenti monſtri, 31 sive portenti genus est, quod quantum ad modum, & ordinem naturę consuetudinem excedit (& in specie , in quâ versamur) hoc potest fieri ex naturali , & legitimo viri, & mulieris congressu , causis differtè à Carranza congestis sup. cap. 17. à num. 91. sed maximè ea, quam tradit D. Augustinus lib. 16. de civitate Dei cap. 8. & lib. 21. cap. 8. Nobis autem ista (inquit) quæ velut contra naturam fiant , & contra naturam fieri dicuntur , quo more hominum loquuntur est Apostolus, dicendo: *Contra naturam in Olea insitum Oleastrum factum esse participem pinguedinis Olea , & monſtra, ostenta, portenta, prodigia nuncupantur, hoc monstrare debent, vel pra- ostendere, hoc predicere, quod facturus sit Deus, quæ de corporibns hominum se pronuntiavit esse facturum, nulla impe- diente difficultate, nulla presribente le- ge nature, & D. Hieron. 56. distinct. capit. nasci, ibi: Noli despicere bonita- tem figuli tui, qui te plasmavit , & fe- cit, ut voluit.*

Hinc jure pietatis, & naturæ me- 32 lior est sententia Jureconsulti Vlp. lib. 4. ad leg. Jul. & Pap. l. 135. ff. de verb. signific. quam Jureconsulti Pauli lib. 4. sent. l. non sunt liberi, ff. de statu hom. Ille enim si mulier

partum ediderit portentosum, vel monstrorum, non humanæ figuræ, sed alterius magis animalis, quam hominis, filium nihilominus esse, & prodesse firmat: nam si filius non esset, non prodesset, nec tolleret orbitatem in fraudem legis Juliæ, & rationem reddit immobilem: Neque id quod fataliter (vero sensu, voluntate Dei) accrescit matri damnum injungere debet. Paulus autem negat filium esse monstrum: quod enixa est mulier: neque inter hos pace adhuc iinita à Doctoribus, et si Carranza Cujacum amplis (inquit) vlnis amplectatur supra c. 17. n. 39. contenti ambo, discrimine, de damno vitando, & lucro captando, nempe in d.l. non sunt. Paulus agere de hæreditate, aliás sibi non competente: at vero Vlpian. in d. l. 135. de conservatione suarum facultatum, propriæque substantiæ fisco, absque vila ipsius culpa non deferendæ.

33 Sed hæc ratio non est genuina, nec legitima, neq; admitto illis adversantem Edmundum Merillium

34 l. i. c. 33. moveor enim ex aliis juris principiis penetralibusque: nempe, quia lex 12.tab. expulit matrem, & filium, vltro, citroque à legitimo hæreditatis capienda jure, nisi post eà Prætor æquitate motus, unde cognati admitteret: at autem deinde eadem æquitate commotus, ad legitimam hæreditatem admisit D. Claud. Tertiò tempore D. Adriani factum est Senatus-Conf. Tertullianum, quod de tristí successione matri consuluit, si ingenua trium liberorum jus habeat, libertina, qua-

tuor, uti refert Just. in princ. de S. C. Tertull. qui melius respiciens ad naturam, & puerperium, & periculum, & sapè mortem, ex hoc casu matribus illatam, ideoq; impium esse credidimus (inquit) casum fortuitum, in ejus admissi detrimentum, si enim ingenua ter, vel libertina quater, non peperit, immerito defraudabatur successione suorum liberorum: quid enim peccavit si non plures, sed paucos peperit? principio inst. ad Tertullian. §. sed nos l. 2. C. de jure liber. ibi: Illam injuriam, qua contra matrem defuncti, vel defuncta præteritis fiebat temporibus, pro justitia ratione amputamus. Ecce ratio justitiæ perpetua, & immutabilis, & eadem, quā motus Vlpianus in dicta leg. 135. ibi: Neque id quod fataliter accessit matri, damnum injungere debet. Ubi igitur est discrimen lucri captandi, & damni vitandi? si enim hic damnum injungeretur matri, illic injuria, & detrimentum, & defraudatio successionis suorum liberorum, quod pejus est: nam damnum, sine injuria potest inferri, l. 1. a. 3. ff. si quadr. paup. fec. dic. non vero injuria, sine damno, & patet, lege Julia defraudatur successione extranea, ac voluntaria, ut annuit Juven. Satyr. 9. vers. 87.

Iura parentis habes proprie me scriberis heres,

Legatum omne capis.

At vero leg. 12.tabul. & conditione Tertulliani, naturali successione defraudatur filiorum suorum: hæc tollit voluntatem juris naturalis: illa voluntatem hominis institutis, iniquior igitur est: si quidem non potest

poteſt illud adimere jus : poſitiva hoc tantum impedire poſteſt, §. ſed naturalia de jur. nat. cap. ſunt qui-dam 2 5.q.1. patet etiam ex ratione finali utriusque : quia lex 12.tab. & conditio Tertullian. respiciebat jus agnatorum , quod eſt privatum : at verò lex Julia jus publicum prima-riō, l.cūm ratio de bon.damn.ad re-plendam liberis civitatem : ſecun-dariō jus fisci , quod etiam publi-cum eſt : ergo diſſicilius monſtrum in numero filiorum computari de-bebat, in præjudicium fisci , quām agnatorum.

35 Sed ſi Paulus, & Vlpian.ab invi-cem non diſſenſēre , ratio Vlpiani firma manet, quia eſt naturalis: ra-tio Pauli civili diſcrimine nititur: quoniam niſi filius priuſ sit hæres, radiceturq; in eo dominium rerum, vel jus , non transmittit intestatus ad matrem, ex jure Senatus consulti Tertulliani l.2. §. 5. cum ſequent. ff. eod. ſed filius, qui ad monſtrum de-clinat , vel prodigium, non rumpit testamentum patris : quia non eſt, nec ſuus hæres, textus singularis in l.3. in fine, C.de poſth.hæred.inſt.& inde ſtatuta fuit lex 8. tit. 33. Par-tit 7. *Los que nacen en figura ne bestia, o contra la uſada costumbre de la natura, que ſon como fantasma, no ſon diebos fi-xos.* Quamvis ſint filii non appellan-tur filii, ut ſint hæredes : ex qua re-folvit. Greg. in l. 10. tit. 4. Partit. 6.q. 4. gloss. 9. partu monſtroſo, non eva-nescere conditionem. *ſi fine liberis, & ſic in ſucceſſione Tertull.* non pro-deſt filius mōſtroſus, & ratio quare, cūm iſi eſſet filius, non eſſet hæres,

ex eo deducitur: quia apud Roma-nos maximus honor erat, hæredem eſſe l.3. §. hoc autem, ibi : *Non enim querimus cui acquiratur, ſed cui honor habitus ſit, ff. de leg. præſtandis, l. Julianus 26.* ibi : *Honore proprio omiſſo,* ff. ſi quis omiſſ. cau. test. ex Cic. & aliis, Oſſual.li.6.comment. c. 19.lit. A; ideoque monſtrum, velut ſervus pœnæ, notatum à natura, meritò ab hujuſmodi honore repellitur à jure, cūm etiam ſi editus ſit filius liberti-næ conditionis , non proſit matri, cūm tunc mater deſinat eſſe mater, l.2. §. 2. ad Tertullian. quid mirum, quòd filius monſtroſus deſinat eſſe filius , ad hoc ut non poſſit tran-mittere matri legitimam hæredita-tem:& à fortiori fortiffimum eſt ar-gumentum: ſiquidem Eunuchus, ex unico defectu , nec facere teſta-mentum, neque ex eo capere po-terat , ut ex Valerio, Plauto , & aliis probat omnigena eruditione excu-litus vir D. Franciscus de Amaya l.3. obſ. c. 6. n. 57. Ergo qui ita mōſtroſus eſt, quòd an ſit homo meritò dubi-tetur, jure repellitur ab hæreditate, & inde non poſteſt matri prodeſſe.

36 Neque obſtat Vlpiani ſententia, 37 & ratio , quia in ſpecie legis Juliæ, non impicitur , quòd filius ſit hæ-reſ, vel non ſit hæres , ſed quòd ge-nitus ſit: ſufficit enim, ut non ſit or-bus, vel ſterilis vir, & uxor, quòd ge-nuerint : & inde quod fataliter ac-cessit , eis imputari non debet , qui qualiter potuerunt, ſtatutis obtem-perarunt: hec eſt ratio ipsius Vlpia, in d.l. quæret 135. quia non requi-titur, ut progenitus capax ſuccesſio-

nis hæreditariæ sit, & sic ut inquit Terent. Clemens in l. 52. ff. de l. 2. *Nun oportet, prius de conditione cuiusquam queri, quam hæritas, legatum ve, ad eum pertineat*, matri autem sufficit, quod filium habeat, nec de conditione illius queri oportet: ita & olim, ad excludendam pœnam legis Juliæ, recipere in adoptionem filium, licet posteà circa ann. vrbis 816. ex eo quod ut refert Tacitus lib. 5. *Satis pretiis esse Orbis, quod multa securitate, nullis oneribus, gratiam, honores, cuncta prompta, & obvia habent, sibi promissa legum diu expectata in ludibrium verti: quando quis, sine solicitudine parens, sine luctu orbis, longa patrum vota repente adaquaret, factum est Senatus-Consultum, ne simulata adoptio in illa parte munericis publici juvaret, ac ne usurpandis quidem hæritibus prodeasset.* Just. Lips. ibi, nu. 19. & 20. & scitè Amaya lib. 2. obs. cap. 5. nu. 11. quibus verbis intelligendus est textus in l. si ita, 51. ff. de leg. 2. l. 2. ff. de vacatione & excus. mun. cum sim. sed in specie Vlpian. ad l. Jul. & Pap. filius naturalis est, licet monstruosus, non sine sollicitudine parentis, nec sine luctu, indeq; quod forte aliter accrescit, (hoc est voluntate divina) eis imputari non oportet maximè cùm ad hoc, ut sit hæres insolidum, evitatâ rotâ legis Juliæ, non spectatur filii conditio: sed tantum, quod natus sit: sed si ex filio hæritas proveniret, monstruosus non prodeasset, non quia, non est filius: sed quia est incapax transmittendi hæreditatem, quæ in se subsistere non potest, ut dixi.

Unde licet exterminatus fuerit à Just. l. 1. & 2. C. de jure liber. numerus filiorum ad hoc, ut mater succedat unico filio, ex jure Tertulliani, si hic monstruosus esset, ex ejusdem decreto, non prodest, itaque à monstrōsi successione, non in semisse, per legem Julianam: quia 38 satisfactum est illius generatione, & nativitate, sed insolidum mater remota est per d. l. 3. C. de posth. hæred. inst. quia ab incapaci, non transmittitur, & apud nos, ut transmittat, non solum requiritur, quod non sit monstrum, sed quod vivat post. nativitatem 24. horis & baptizetur, l. 13. Tauri.

Ostenta quidem, & monstra humana, non solum exponi, sed & extingui jubebantur, l. 12. tabul. *Monstruosus partus, sine fraude, cedunto, Prateius in jurisp. veter. l. 18. Carranza ubi suprà cap. 17. num. 22. neque ex lege Cornelia de sicariis tenetur, qui monstrum interficit ex Tibullo, & Petrarcha docet Gotifredus in d. l. 135. de verborum significatione, & rationem reddit Seneca lib. 1. de ira cap. 15. ibi: Portentos fatus extinguimus, liberos quoque, si debiles monstrisque editi sunt, mergimus, (sive ut notat Lipsius exponimus, abjicimus, abigimus) non ira, sed ratio est, à sanis inutilia sacerdere. Et quia non solum inutilia, sed ominosa apud illos, & quæ calamitates præsigebant, ut ex Virg. Lucullo, & aliis exornat Carranza suprà à numero 12. & ex Tacito referente prodigia necis Claudii lib. 12. Annal. ibi: *Biformes hominum partu,**

partus: & suis fætus editus, cui accipitrum vngues erant.

40 Eduntur autem hæc monstra, & ostenta à natura, ex ratione incognita supremi naturæ artificis, ut inquit Divus Augustinus, & Divus Hieronymus suprà, quæ ex triplici figura, ex utero humano edi possunt. Prima si gerat figuram animali similem, sed adhuc non cognito, tunc fantasma appellatur à lege Regia 8. titulo 33. Partita 7. & ab Vlpiano ex Græco verbo, *Vision* in l. 38. de verborum significatione, & tunc si habet membra formata, & spiraculum vitæ, animatum est, aut inanimatum est, velut mola carnæa.

41 Secunda cùm editur perfecta figura alicujus animalis cogniti, veluti Vrsi, Vituli, Canis, & Similium.

42 Tertia cùm editur duplice figura, veluti Hipocentauri, capite, & pectore humano, & femoribus pedibusque equinis, vel Satyri, caprini pedibus, vel è contra, & similiiter cujuslibet bruti, mutuatâ membrorum figurâ, ut ait Tacitus suprà *Biformes hominum partus* (idem solet contingere in fœtibus pecudum, ut ille etiam refert, & suis fætus editus, cui accipitrum vngues erant.) .

43 Sed utrūm hæc triforia humana ostenta occidere, mergere, seu abjecere liceat, secundum illam 12. tabular. legem (alludit Cicer. libr. 3. de legibus) moremque Quiratum, ac rationem Senecæ difficile quidem est: quia non est ita facile discernere, habeant, necnè animam rationalem, sicuti existimat Baldus

in d.l. non sunt liberi, in lectura, & in addit. & sequitur Carranza suprà capitulo 17. numero 25. dissentientes ab Vlpiano, qui filium esse fateatur, si filium hominis, ergo hominem, si hominem, ergo animal rationale: etiam *non humana figura, sed alterius magis animalis, quam hominis partum*, d. l. queret 135. de verborum significatione cui assensit Seneca, suprà dicens: *portentosos fætus extinguimus, liberos quoque, & Tacit. homines appellavit communi, tunc Romanorum assensu) biformes hominum partus*, & cùm possit contingere ex semine humano, ratione incognita omnipotentis artificis (ut docent Divus Augustinus & Hieronymus suprà, & Adamus Contzen. lib. 1. Pol. cap. 13. numer. 17.) qui vult quòd semper manifestentur, opera illius mirabilia esse, & non fato, seu necessitate, sed voluntate ipsius operari, ut ex multis cogam fateri suprà lib. 1. cap. 4. præcipue numer. 38. contra Manilium, qui improbè dixit libr. 4. quem iterum anathematizo.

*Quod non arbitrio veniunt, sed se mine certo,
Gratia, nec levior tribuatur dulcibus-
efcis,*
*Quod natura dedit fruges, non ullæ
voluntas.*

Ad gloriam enim omnipotentis oportet manifestari liberam esse illius voluntatem, & potentiam, Esdras capit. 9. Sic & alissimi tempora initia habent manifesta in prodigiis, & virtutibus, & consummatiores in actu, & signis, ut Christus Dom. respon-

T 3 dit

dit discipulis causam cœci inquirentibus, cuius oraculo nobis ipsis coëcitis difficiliorem indagare non licet, quoniam scriptum est, & opera Domini omnes lapides saculi, sive inæquales: sed tantum cum D. Hieron. & August. supra, aut tacere, aut loqui: quia dictum est Esdræ cap. 9. *Tu ergo noli adhuc curiosus esse quomodo impii cruciabantur, sed inquire quomodo justi salvabuntur.* Causas autem alias, & naturales, si velis, inquire, apud doctissimum Carranzam d. tractatu de hum. partu cap. 17. per totum. Sed si potest fieri, ut homo procreetur, & nascatur omnino figuræ humanæ dissimilis, si ex semine Adæ, in utero humano concipiatur, & vivens sit, non potest esse, nisi animal rationale, uti suprà probavi, & inde illud occidere nefas erit, homicidiumque, siquidem docet D. August. libr. 16. de civitate Dei cap. 8. *Quod quisquis uspiam nasceretur homo, id est animal rationale mortale, quamlibet nostris inusitatam figuram sensibus gerat, corporis formam, seu colorem, sive motum, sive sonum, sive quamlibet vim, qualibet parte, qualibet qualitate natura, ex illo Protoplasto uno originem ducere, nullus fidelium dubitaverit.* Et in Enchirid. ad Laurum cap. 87. & 91. resurrectura esse monstra omnia humana, in die resurrectionis, reformatis membris in decoram, cœloque dignam figuram, quam sententiâ, & authoritate Divi Hieronymi in vita Pauli Eremitæ, (ut latè refert Carranza de humano partu capit. 17. folio 602.) defendi potest Hipocentaurum, &

Satyrum, sive alia similia monstra humana esse posse, non tamen ex dupli natura, ut Poëtæ finixerunt: sed ex dupli figura corporis, & hoc pacto monstra erunt homines rationales, si ex semine humano: aut monstra erunt bruta irrationalia si ex semine bruti: dum tamen sensu viventis, non careant.

Et confirmatur altera Divi Augustini authoritate sermon. 37. ad fratres in Eremo, qui refert se profectum fuisse gratiâ seminandi Evangelii monstros oculos in pectore habentibus gentilitatis errore implicitis, adstruit Dom. Joan. de Solorçano d. libr. 2. cap. 8. num. 84. & Carranza ca. 17. num. 80. Qui idem asserit esse dicendum de Monoculis, Cynocephalis, Cynomolgis, Gyppodobibus, & aliis monstorum generibus, igitur illa occidere quæque sint ex humano sanguine procreata, homicidium erit, nefisque à natura.

Neque obstat text. in cap. quod 47 verò 8. cum sequentib. 32. quæst. 2. ex Divo Augustino, quæst. Exodi, quæst. 80. & lib. quæst. veteris, & novi testament. cap. 23. & ex Divo Hieronymo quæst. 4. ad Algasiam in cap. sicuti 10. eadem 32. quæst. 2. ubi dicitur, quod si informe sit puerperium, homo adhuc non reputatur, donec elementa confecta suas imagines, membraque suscipiant, ex illo Exodi; *Si quis percussere mulierem in utero habentem, & abortiverit, si formatum fuerit, de animam pro anima, si autem informatum fuerit, multetur pecunia.*

Ibi

Ibi enim Divus Augustinus, & Divus Hieronymus, *informatum*, non illud intelligunt, quod caret figurâ corporis humani: sed illud quod caret sensu viventis, alioqui sibi ipsi contradicerent (quod non est dicendum) dum monstra humana, cujusque inusitatæ figuræ corporis, resurrectura esse affirmat D. Augustinus, & Divus Hieronymus in dict. cap. nasci 56. distinct. *Noli despicere bonitatem figuli tui, qui te plasmavit, & fecit ut voluit, ex illo Ecclesiast. cap. 33. Quare dies diem superat, & lux lucem, & annus annum à sole? à Domini scientia separati sunt, &c. & omnes homines de solo, & ex terra, unde creatus est Adam, & infra, & ex ipsis maledixit, & humiliavit, & convertit illos à separatione iporum, quasi lutum figuli in manu ipsorum, plasmare illud, & disponere.*

Mola autem carnea, quæ (licet aliquo calore saliens) nullum habet sensum animalis, nullaque membra spirantia, & moventia, est illud informatum, quod ex textu sacro intelligit Divus Augustinus, ubi proximè. Sed omne illud, quod ex utero humano nascitur, aut in illo, ita est, ut animantis non careat sensu, interficere, homicidium esse fatetur. Corporis enim illius monstri lineamenta compacta sunt, licet non humanæ figuræ, sanguinis tamen humani, *in quo spiritum habere fertur*, inquit ibi Divus Augustinus, & inde quod magna de anima *quæstio, non est præcipitanda indiscussa temeritate sententia.*

48 Unde non est sequenda distin-

ctio, quâm ex multis sequitur Carranza d.c. 17. num. 32. nempè quod qui interficit monstrum, homicidium non committit, sed qui ostentum occidit. At verò est mihi unus pro multis D. Augustinus d. lib. 16. de civitate Dei. dict. cap. 8. ubi assert monstrum ex utero humano natum, cujusque figuræ partis, & qualitatis naturæ, nostris sensibus inusitatæ, rationale esse, & resurrectrum in die judicii, igitur illud interficere homicidium erit.


Neque est legitima distinctio, quæ (ut existimat Carranza ibidem, num. 20. & 25.) versatur inter ostentum, & monstrum: scilicet ostentum esse, quod saltem caput principale membrum, ubi mens sita est, humanæ figuræ referat. At vero monstrum, quod totum à figura hominis degeneret, veluti si mulier ediderit simile cani, simiæ, aliisque brutis: hæc enim distinctio est contra definitionem Labeonis in d. l. 38. ff. de verborum significatione, & maximè ex eo, quod si in utero humano conceptum est tale monstrum, ex eoque editur vivens, & si moritur illius cadaver relinquitur, & possit Altissimus figulus plasma-re illud, & disponere, ut voluit: quo pacto (siquidem infans in actibus suis, nihil differt à bruto) possumus discernere in illo monstro, non esse animam rationalem? cùm si ex semine Adæ conceptum fuit, & vivens est, sine anima rationali esse non possit, ut probavi: & nulla alia præsumptio legitima potest reperiri, si ex utero humano, nascitur,

nascitur, sanguineque humano involutum, nisi quod sit ex semine Adæ, humanumque vivens: si autem aliqua visio Phantasma, aut illusio Dæmonis sit minimè relinquit corpus sensibile: quia spiritus, ossa, & carnem non habet, ut dictum est ab ipso Domino, Lucas cap. vlt.

Nequaquam removemur ex eo, quod docet Alexand. Alphrodiseus problem. 44. & ex Philosop. & aliis Carranza suprà num. 33. *Monstra vivere non posse ob inopiam, vel exsuperantem natura modum, non enim spectatur ad id, quod sint rationa-*

lia, & ad id, quod illa interficere non liceat, quod possint multo tempore vivere, sed quod vivant.

Hujusmodi denique monstra humana viventia, etsi nullam humani corporis figuram gerant, in dubio baptizanda esse recte asserit P. Gregorius lib. 1. Partit. juris Can. ca. 6. num. 2. & 3. Nec Baldi distinctio mihi arridet in d. l. non sunt liberi; siquidem non potest dicere animam rationalem esse, vel abesse, ex eo, quod major, vel minor sit monstrositas, sed ex eo, quod ex semine, & humano sanguine vivat, habeatque spiraculum vita, ut dixi suprà.



CAPVT

C A P V T V I .

Quid & quando rationis imperium operetur, quod etiam scire Politico opus est.

S V M M A R I V M .

1. Senecæ pulchra distinctione explicatur Stoïcorum dicterium, omnia rectè facere sapientem.
2. Seneca optimus judex est inter Stoicos, & Peripateticos.
3. Primus animi motus involuntarius est.
4. Primi etiam impulsus, & motus aliquo pacto voluntarii sunt.
5. Primo motu involuntaria operantur Bruta, Infantes, & furiosi.
6. Primo motu potest etiam vir sanus prorumpere in factum aliquod.
7. Quare in nobis sunt primi impulsus necessarii, & non voluntarii.
8. Primi motus aliquando suscitantur ab externa vi.
9. Secundus motus animi, sive progressus primi.
10. In Christiana disciplina, non tam queritur, utrum animus irascatur, sed quare irascatur.
11. Iudicium rationis subjectæ falsa suggestione dicit ad vitium, sicut imperantis rectâ ad virtutem.
12. Moralis virtus non potest esse sine prudentia, sive rectâ ratione.
13. Confuetudo pravum, vel probum judicium ferendi plurimum nocet, aut prodest.
14. Tertius motus animi, & quare consensus dicatur.
15. Motibus tribus prædictis successivis perficitur actus humanus.
16. Tria sunt capita, ex quibus insurgit bonitas, seu malitia moralis.
17. Utrum detur actus humanus indifferens in individuo, sive sine judicio rationis.
18. Subtilis limitatio Suarez magis explicatur.

V

Q V A M V I S

VAMVIS dixerint Stoici omnia recte facere sapientem, (quem ego intelligo ratione utentem) etiam digitum extendere , uti aspergit Perlius Satyr. 5. quem recte legit Justus Lipsius lib. 3. ad Stoic. Philosoph. diss. i 5.

Nil tibi concessit rasio, digitum exere, peccas.

Ad strictione aliqua ; & interpretatione capiendum tamen est, præcipue ex Seneca lib. 2. de ira capit. 4. *Ut scias* (inquit) quemadmodum incipiunt affectus, aut crescent, aut offerantur, est primus motus non voluntarius, quasi preparatio affectus, & quadam comminatio : alter cum voluntate non continuaci : tercius motus jam impensis, qui rationem erit.

2. Est optimus judex, hinc tamquam, qui nec Stoicorum , nec in Peripateticorum , hoc in clivo dilabitur, quia nec à natura sejungit, affectus ut illi, nec in viro ratione utente, diminutionem vitiorum , ut isti , sed vacationem admittit: alioquin, ut docet, D. Hieronymus adversus Pelag. lib. 2. *Affectibus ad perfectum carere.* (nempe sapientem) juxta Stoicos possibile : juxta Peripateticos, & difficile, & impossibile , cui sensentia omnis Scriptura sacra consensit auctoritas.

3. Primus igitur motus ille , non voluntarius est (quem appellant Theologi motum primò primum) quasi præparatio affectus , & quadam comminatio, & inde est involuntarius, prævenit enim inclinationem animi , & sunt primi illi ictus , sive pulsus naturæ humanae ea, in parte,

quæ rationis est expers, & communis ceteris animalibus : sicque eveniunt sapientibus , ut sensit A gelius epistol. 57. *Conditione quædam humana sorsis eveniunt, ideoq; et iam sapientissimis accidunt.* Licet aliquo pacto , & hi primi motus , sive impulsus voluntarii etiam sint , uti docet Aristoteles , qui libr. 3. Ethicor. cap. 5. contra afferentes vitia esse involuntaria , argumentatur hoc modo: *Quorum principia in nobis sunt posita, ea ipsa sunt voluntaria, at vitiis earum affectionum principia in nobis sunt posita: ergo ipsa vitiis affectiones sunt voluntaria, immo & primi motus quodam pacto sunt voluntarii , & ita arguitur, si visum dirigitur habitu, & habitus nos sumus auctores, & causa ad aliquem modum: ergo & vitorum nos causa quoque erimus aliquo modo ,* scitè Giphanius ibidem, & exornantur, quæ dixi suprà capit. 3.

Sed ablato hoc habitus pacto, vera est sententia Senecæ , qui iterum 2. de ira cap. 2. & epist. 57. ad Lucilium, ita scribit : *Quedam sunt, qua nulla virtus effugere potest, admonet illa natura mortalitatis sua, itaque & vultum adducet ad tristitiam, & inhorrificet ad subita, & caligabit si vestram altitudinem in crepidine ejus constitueris despicerit, non est hic timor, sed naturalis affectio inexpugnabilis rationi , & rursus epist. i 16. Quis negat omnes affectus à quodam, quasi naturali fluere principio? non sunt affectus, sed principia præudentia affectibus.*

Inde non affectu, sed impetu hoc 5 nudo, dicitur animantes operari, & infantes,

infantes, illos, quia naturaliter carent rationis progressu: hos, quia suffocatam retinent: ideo si ponentur bruto duo objecta & quæ appetibilia, non moveretur in illud, magis quam in aliud, sed in pueris datur aliquod indicium electionis, non tamen perfectum, ut Suarez à d. i. 2. tra. 2. disp. 8. sect. 5. & similiter furiosis, & mente captis, ut inquit Imperator in l. fancimus, C. ad Trebellian. *Quis enim sensu? qua vox certa furioso esse intelligitur, aut infans.* Hoc in numero censetur ebrius, l. perspiciendum 11. §. 2. ibi: *Imperu autem, cum per ebrietatem ad manus, aut ad ferrum venitur,* ff. de poenis, cum aliis infrà adductis, licet Arist. dixerit lib. 3. Ethicor. cap. 1. *Imprudentia, cuius ipsi non sumus autores, excusat, & veniam meretur, alia non istem, ut sit in ebrio.*

6. Adscribitur etiam is, qui quamvis ratione gaudeat, sciensque sit: hoc tamen primò motu prorupit in factum injustum, jure quidem naturæ partis humanæ rationis expertis prorupit, non consultò, ideoque veniam meretur, exemplo sit, inquit Philosophus libr. 5. Ethicor. cap. 8. ira, & aliæ perturbationes necessariæ, & naturales naturâ nobis insitæ, amor, libido, cupiditas, sed de his alio pacto: ira enim tantum priuati motus exceptionem invenit, priuatum, quia ut ait Horatius: *ira furor brevis est:* & quia cæteræ perturbationes nobiscum coadolescunt à pueris, & in naturam quodammodo vertuntur, & sic non potest dici illas inconsultò instimulare: at ve-

rò ira est repentina, facileque accedit, & rursus repellitur: & quia ira rationi magis est similis, quam voluptas, quæ tota est in sensu, eaque re magis belluina, docet Aristot. 2. Ethicor. capit. 3. Deinde, quia inducit aliquam bonitatem, scilicet punire eum, qui injuriâ, & consultò læsit, ut asserunt Aristot. 2. Rhetor. & Cicero 4. Tuscul. & ipse Philosophus 5. Ethicor. cap. 8. duplii argumento confirmat, qui consultò nocet, is prior, & vltro nocet, etiam non violatus: at iratus non nocet, nisi lacestitus, ergo non consultò, & per consequens primo illo motu naturæ rationis expertis, textus est celebris in l. si ex plagiis, §. 1. ibi: *Culpam enim penes eum qui prior flagello percussit residere,* ff. ad leg. Aquil. Secundo civiliter arguitur, ita, quæ consultò in his non de jure, sed de facto queritur: at in his quæ per iram, contra se res habet, id est non de facto, sed de jure queritur: ergo ea quæ per iram, non sunt consultò, scitè Giphan. ibidem: quam sententiam Jureconsulti sequuntur, l. quidquid 48. ff. de regul. juris, cap. si quis iratus 5. 2. quæst. 3. Appositi enim sunt nobis hi impulsus necessarii, & non voluntarii ad agonem, saevitia enim non est, sed certamen: quia sine ira, non erit fortitudo: nec sine metu prudentia: sine cupidine temperantia: sine lætitia sensus, amorq; virtutis: *Denuo itaque* (inquit Lactantius lib. 6. capit. 15.) *cum hominem primum fingeret, mirabili prudenter ingeneravit ei prius istas animi commotiones, ut posset capere virtutem*

rem sicut terram culturam, posuitque materialiam vitiorum in affectibus, virtutis in vitiis, & inde Seneca epist. 66. ait: *materia aliquando contra naturam est* (scilicet rationis) *bonum namquam, quoniam bonum sine ratione nullum est*, sequitur autem ratio naturam. Quibus convincitur Lutherus, & Calvinus, & alii sectatores, ubi afferunt illo præcepto, *non concupisces*, prohibitam esse etiam sensibilem concupiscentiam, & omnes motus fomitis: improbè intelligunt, quia potius etiam post justificationem ad agonem relicti sunt, ut ex pugna consequatur victoria, nocere non consentientibus non valent, quin imò, qui legitimè certaverit coronabitur Sacr. Trident. Syndodus sessione quinta in principio, & ideo dictum est *post concupiscentias suas ne eas*, id est ne consentias eis, ut rectè explicat Suarez tractatu 3. ad 1.2. disputatione 3. sectio. 1.

8 Sciendum quoque est, hæc principia præludentia affectuum, aliquando etiam suscitari, non naturaliter, sed violenter ab externa vi, ut incussione metus peregrinâ, quâ notâ opus est disputationi de voluntate coacta.

9 Nunc autem secundus gradus, sive progressus motus est, cum voluntate non contumaci: quia sedem opinioni sensuum, & quasi auctem præstat, judiciumque rationis, super progressu motus, auditur. Quo aspectu admitti potest sententia Philosophorum, qui affectus ra-

tiones faciebant, tamquam omnis cupiditas, tristitia, ira, in hoc secundo motu sint judicia, quæ inde reperiri nequeunt in rationis expertibus, nec in carentibus rationis usu: unde apud Chrisippum affectus appellantur judicia, libro de affectibus, & ex Galeno refert Just. Libr. 3. ad Stoïcam Philosophiam dissertatione septima, hinc dicitur opinio sensuum falsa, quæ appellatur à Peripateticis motus irrationalis animi ob præsumptionem boni, malive: & sic necessariò inest judicium, quod omnem animi flatum (ut inquit Cicero 4. quæst. Tusculanarum) inflamat, conturbat, & incitat, & inde à Stoïcis dicebatur perturbatio, à recta ratione, contra naturam animi commotio, vel breviùs, appetitus vehementior, si improbus argumentatione falsa munitus, si probus, verâ, itaque Divus Augustinus libr. 9. de civitate Dei cap. 4. ait: *Nihil aut pene, nihil obstat inter Stoïcorum, aliorumque Philosophorum opinionem de passionibus, & perturbationibus animorum, utrique enim mentem, rationemque sapientis ab earum dominacione defendunt, & ideo fortasse dicunt Stoici, eas in sapientem non cadere, quia nequaquam ejus sapientiam, quâ utique sapiens est, ullo errore obnubilant, aut labe subvertunt.* Sic etiam videtur Seneca intellexisse de provid. cap. 2. & epist. 71. dicentis: *Non educo sapientem ex hominum numero, nec dolores ab illo sicut ab aliqua rupe nullum sensum admittente submoveo: me mini*

mini ex duabus partibus illum esse compositum, ab altera est irrationalis, hac mordetur, uritur, dolet: altera rationalis, hac inconcussas opiniones habet intrepida, & indomita, & videtur, licet non intellexit, didicisse ab Apostolo dicente ad Romanos capit. 7. Scio enim, quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum: nam velle adiacet mihi: perficere autem bonum, non invenio. non enim quod volo bonum, hoc facio, sed quod nolo malum, hoc ago: si autem quod nolo, illud facio, jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. invenio igitur legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adjacet: condelector enim legi Dei, secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captivantem me in lege peccati, qua est in membris meis: infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum: igitur ego ipse mente seruo Dei legi: carne autem legi peccati. Hic est cōcupiscentia carnis, quam ut docet sancta Tridentina Synodus sessione quinta, decreto de peccato originali Apostolus peccatum appellat: quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat, ita ut vi naturae humanae ab hac pugna, & iudicio liber, & illæsus homo evadere non possit, nisi favente gratia Domini nostri Iesu Christi: quia et si in homine rationis liberum arbitrium non sit extinctum post peccatum, est tamen viribus attenuatum, & inclinatum, sacrosancta

Tridentina Synodus sessione sexta capite 1.

Itaque Divus Augustinus reiecta Philosophorum opinione, qui inclinationem hanc non intellexerunt, libro nono de civitate Dei capite quinto, inquit: *In disciplina nostra, non tam queritur, utrum pius animus irascatur, sed quare irascatur, nec utrum sit tristis, sed unde sit tristis, neq; utrum timeat, sed quid timeat, irasci peccanti, contristari afflito, timere periclitanti, virtutes nobis censentur.* Quoniam si hominis natura consuetudine bona instructa sit proclivis ad virtutem, ex motu iræ, producit fortitudinem, ex motu cupidinis temperantiam, &c. ut sensit Seneca de vita beata c. 25. *Quædam virtutes in proclivi sunt quadam clivum subeunt, & Archytas Pythagoricus nascitur* (inquit) *ex affectibus virtutis, & nata cum illis consistit, sicut concinna modulatio ex acuto, & graviterem temperies ex calido, & frigido: iste rurq; aequilibrium è ponderoso, & levissimum igitur tollere affectus oportet: id enim inutile, sed aptare ad id, quod rationem decoris & mediocritatis habet.* Idem de Theage refert Stobæus serm. 1. In hoc enim secundo gradu operationis humanæ, ita iudicium rationis operatur, quod falsa suggestione moveat voluntatem ad vitium, sicut recta ratiocinatione ad virtutem, & tunc ferè sine pugna, cum natura consuetudine proclivis sit: inde ait Seneca consolatione. ad Heluid. cap. 13. *Cum semel animalium virtus induravit, undique invulnera-*

vulnerabilem præstat, non enim singula virtus ratio, sed pariter omnia prosterunt, in universum semel vincit. Hanc sententiam condocet utique Divus Ambr. i. offic. cap. 27. & 2. c. 9. & in Lucam ca. 6. Virtutes individuas esse, sed opinione vulgi sejunctas, connexa sibi sunt, concatenatae virtutes, ut quis unam habet, plures habere videatur. ex

- 12 argumento Alexandri Aphrodisiæ lib. 4. qu. cap. 22. necesse est enim habentem virtutem aliquam moralē, habere & prudentiam, siquidem est moralis virtus effectrix eorum, quæ definita sunt à prudentia, & recta ratione: & in hoc Peripateticī consentiunt Stoicis, Zeno enim (teste Plutarcho lib. de virtute mor.) dixit prudentiam, dum suum cuique tribuit, esse justitiam: dum res eligit, temperantiam: dum tolerat, fortitudinem: & ratum nobis facit D. Bern. serm. 49. in Cant. dicens, prudentiam omni virtuti ordinem ponere, & acclamante D. Ambr. 2. de beneficiis ca. 14. prudentia omnia operatur, unde D. Greg. libr. 22. Moral. Una virtus, sine aliis, aut omnino nulla est, aut imperfecta est, quod vulgo dicitur bonus ex integra causa, malus ex quocumque defectu, & est dictum Dionysii: exornat, & distinguit Seneca libr. 4. de beneficiis cap. 26. & 27. Qui malus est nullo virtuo careret, habet enim omnia non quiesca semina, sic omnia virtus esse in omnibus, quomodo in quibusdam singula eminent, sed malum, ac stultum nullo virtuo vacare: nec audacem, quidem timore absoluimus: nec prodigum ab avaritia liberamus: quomodo homo omnes

sensus habet, nec idèò tamē omnes homines faciem habent lynceo similem: sic quis stultus est, non tam acria, & concisa habet omnia, quam quidam quadam omnia in omnibus virtus sunt, sed non omnia in singulis extans, hunc natura ad avarissim impellit, hic libidini, hic vino deditus est, aut si nondum deditus, ita formatus, ut in hoc illum mores sui ferunt. Ita etiam viris prudentibus in Senatusconsulto contra Macedonem visum fuit, ex eo quod inter cæteras sceleris causas, quas illi natura administrabat, etiam æs alienum adhibuisset, &c. l. i. ff. ad Maced. natura consuetudine pravâ proclivis, maximè cùm dictum sit: *Omnis homo pronus ad malum est, licet quantum est ex parte rationis, & voluntatis, habet lumen, & libertatem rectè operandi inter essente simul gratia præveniente, & adjuvante, quæ ei, non deficit, ut inexcusabilis sit, sed patet ex illo, qui posuit transgressi, & non est transgressor.* Eccles. ca. 31. consuetudo pravum, vel probum judicium ferendi, plurimum nocet, aut prodest, cùm ex mente D. Thomæ asserat Suarez ad l. 2. tract. 2. disp. 6. sect. 5. ita debere esse practicum judicium intellectus, ut moveat voluntatem, quod quasi applicet rem cognitam voluntati, præter alias rationes ex ea, quia non est satis cognoscere bonum esse in se bonum, & amabile, sed necesse est, cognoscere bonum esse amare tale objectum, & possibile, & ad id plurimum valet consuetudo ita faciendi: & ita ut ex habitu, id est virtute actuum præcedentium,

dentium possit intellectus movere voluntatem in medium, sine expressa motione finis, ut docet idem P. Suarez suprà disp. 8. sect. 3. n. 4.

14 Post judicium intellectus, sequitur tertius motus animi, qui est voluntatis, in cuius potestate est assentiri, vel non, quia libera est, semper tamen consentit præscripto rationis: & ideo dicitur is tertius motus, consensus, quasi duorum scilicet intellectus, & voluntatis in idem placitum, & assensus, arguento l. 1. §. 2. ff. de partis: nam ut rectè docet Pater Suarez, ubi suprà disp. 8. sect. 2. num. 5. Consensus, & electio voluntatis, non sunt actus distincti, sed ex diversis respectibus rationis, has dominationes recipiunt: quia quatenus voluntas vult, quod intellectus judicat esse utile, dicitur consensus: quatenus inter alios medios præfert, dicitur elec^{tio}: sed quoniam intellectus est, quæ ratiocinatione bonitatis, & convenientiarum, magis ad hoc, quam ad illud voluntatem movet, verè semper dicitur consensus, & patet ex Philosopho, qui intellectum appetitivum appellat electionem 6. Ethicor. cap. 3. & D. Thom. qui 1. 2. qu. 13. art. 1. formaliter electionem esse ab intellectu dicit, cùm expostione P. Suarez ubi suprà disput. 8. sect. 1. non tamquam ab eliciente, sed tamquam à dirigente, & ordinante: dictum est enim Eccles. cap. 15. *Relictus est homo in manu consili sui*, quod etiam ad intellectum, simul cum voluntate referri debet, & ideo secundum sententiam D.

Thom. 1. 2. quæst. 17. artic. 1. & qu. 90. tit. 1. Cavet. ibidem, & Soto 1. de justit. qu. 1. art. 1. Imperium pertinet ad intellectum, quod nil aliud est, quam judicium illud practicum in quo inest, & tacitè dicitur voluntati, *fac hoc*, non coactione, sed veluti consilio, directione, & imperio legis, de quo Suarez suprà tractat d. disputat. 9. sect. 3. Ita dicitur proposito aliquid facere, consultò, sive consilio, l. perspicendum, §. 2. ff. de pœnis cum sim.

Quibus tribus motibus successivis perficitur actus humanus, & inde quia actiones exteriores sunt objecta voluntatis internarum, ut docet ex D. Thom. Suarez ad 1. 2. tract. 3. disp. 2. sect. 3. numer. 1. ideo apud Jurisconsultos, dicitur: *Consensu sunt obligationes, consensu perficitur empio, & venditio, furtum sine consensu furandi, non committitur*, l. 2. ff. de obligat. l. 53. in princip. ff. de furtis. §. placuit instit. de obligat. quæ ex delicto, & sic de reliquis actibus humanis: & omnis actus humanus illis tribus motibus perfectus est bonus, aut malus, justus, aut injustus, sive ex objecto, sive ex circumstantiis objectivis, quæ transiunt in rationem objecti, uti docet D. Thom. 1. 2. quæst. 18. artic. 5. ad 4. & artic. 10. ad 1. & 2. & quæst. 2. de malo, quia ut ipse etiam asserit 1. 2. quæst. 19. artic. 1. ad 3. bonum per rationem præsentatum voluntati, ut objectum, & in quantum cadit sub ordine rationis, pertinet ad genus moris, & causat bonitatem moralem in actu voluntatis. Ita similiter

similiter malum, per rationem præsentatum voluntati, sub prætextu boni, in quantum cadit sub prava ordinatione rationis, pertinet ad genus moris, & causat pravitatem moralem in actu voluntatis: contriorum enim eadem est disciplina: itaque si objectum est adæquatum, & conforme rectæ rationi, rectè illud appetit voluntas, etiam sine relatione ulterioris finis expressa: quia si est conforme rationi rectæ, non potest non esse bonum, & honestum, & amabile: & tunc in sua bonditate inest relatio ad divinam rationem, tamquam ad summum bonum, ut docet D. Thom. 1.2. quest. 19. art. 10. ad 1. dicens: *Quicumque vult, aliquid sub ratione qualcumque boni, honesti, habet voluntatem conformem divina, in ratione volendi, & ideo bene operatur.* Si autem objectum est contrarium rectæ rationi, erit quoque aversum rationi divinæ, etiam sine expressa aversione, ideo scite definitur peccatum à D. August. *Dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei.* Tria denique esse capita (docet Suarez ad 1.2. tract. 3. disput. 8. sect. 1. num. 6.) ex quibus insurgit bonitas, & maliitia moralis, objectum, circumstantiæ objecti, vel actus, & finis, quæ apud illum videre satis est, & meum nunc institutum (ut ex omni parte rationis imperium cognoscamus) exornare vera Theologorum resolutione questionem, *verum detur actus humanus indifferentis in individuo.* Cujus cognitio omni viro, & etiam politico necessaria est, idem

est enim quoddicere, utrum detur actus humanus absque illo secundo motu animi, sive judicio, & imperio rationis, de quo egimus: quia cum illo indifferentis esse non potest: cum necessario tunc fertur voluntas ratione boni, sive vera, sive falsa suggestione, & directione cogniti: & cum omnes actus naturales hominis (ut docet D. Thom. in 3. distinct. 27. quest. 3. cap. 3.) sint actus mentis rectæ rationis: qui autem sunt rationis non rectæ, non sunt naturales hominis, & ideo improbi, quia contra humanam rationis naturam: sequitur non posse in individuo dari actum humanum indifferentem, ideo dictum est per Matth. capit. 12. *Omne verbum otiosum, quod loquunt fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii.* Et sic tenet Divus Thomas 1. 2. questione 18. articulo 9. & questione 2. de malo articulo 2. & in 1. distinctione 1. questione 3. articulo 3. & in articulo 2. questione 3. & alii relati à Suarez ad 1. 2. tractatu 3. disputatione 9. sectione 3. ubi late 18 differit, & subscribit cum subtili, & vera limitatione, quoniam licet actus humanus, ut humanus est, non possit esse nisi deliberatus, sub ratione turpis, vel honesti, & inde necessario existat bonus, vel malus: tamen dantur passim actus ab homine facti omisso illo secundo motu, sive judicio, & imperio rationis, sive consuetudine ita operandi, sive vi tantum, & impetu commoditatis, aut necessitatis naturæ communis cum ceteris animalibus.

animantibus irrationalibus, veluti ambulare, dormire, sedere, surgere, vivere, quæ & similia magis impetu appetitus sensitivi, quam voluntatis, & rationis deliberatione plerumque fiunt, ut patet in infantibus, & furiosis, & ex eo quia experientia probatur, quod aliquando sedemus ablata cogitatione sedendi, manusque ad invicem complacamus, ablata consideratione talis operationis: immo tunc in ipso instanti, circa alia in mente versamur, quod fieri non posset, si illa externa operatio sedendi esset objectum rationis, & voluntatis. Cum igitur loqui, sedere, surgere, ambulare, vivere, & similia, ablatis circumstantiis, quæ ingerunt ratio-

nem objecti, possint esse involuntaria, & fieri inconsulto impetu tantum naturæ animantis, tanquam non presentata voluntati, ut objectum, non pertinent ad genus moris, nec causant bonitatem, seu malitiam moralis, nisi ex precepto, vel ex circumstantiis moralibus, quæ transant in rationem objecti, veluti (non verbum dicere) sed otiosum verbum dicere, non quia loquitur, sed quia otiosè loquitur consultò: otiositas enim illa, jam est circumstantia objectiva, quam amat voluntas, & sic ait Bernardus: *Nemo restrum pauci astineat tempus, quod in verbis consumitur otiosus*, ut recte inducit Suarez supra.



X

C A.

C A P V T V I I.

*In actionibus humanis, imperio rationis omisso, gestis,
sive per imprudentiam, sive fortuitò, sive fide,
sive dolo, ac fraude: ad explicationem quam-
plurium utriusque juris Decisionum.*

S V M M A R I V M.

1. *Disputatio de voluntario, & necessario pertinet ad politicum.*
2. *Actionum humanarum septem sunt genera, causa efficientia.*
3. *Per fortunam, sive fortuitò quando dicitur aliquid fieri.*
4. *Questio de voluntario in alio, sive in directo.*
5. *Paulus, & Vlpianus interpretantur.*
6. *Quando non imputatur culpa ei, qui dabit operam rei licitae.*
7. *Aetio licita esse non potest, nisi sit ratione directa.*
8. *Text. in cap. 14 cum artis de homic. & in l. 5. 6. si magister, ff. ad leg.
Aquil. cum cap. later. cum son. rod. de bona facillime explicantur.*
9. *Discrimen inter occassione, & causam.*
10. *Text. in cap. dilectus 13. & cap. significasti 16. de homicid. peculiari
consideratione enodantur.*
11. *Quot sunt genera imprudentiae.*
12. *Imprudentiae primum attributum.*
13. *Ignorantia improborum, vel est universalis, vel particularis.*
14. *Per ignorantiam operatur quisquis, quoties aliud gerit, quam intendit
agere.*
15. *Questio est de ignorantia facti per se, que est ignorantia juris, rationis
& prudentiae.*
16. *Quare peccatur per imprudentiam.*
17. *Im-*

17. *Imprudentia licet excusat voluntatem directam, non tamen indirectam.*
18. *Imprudentia est causa efficiens actus humani indirecte voluntary.*
19. *Imprudentia tripartita divisio, non admittitur.*
20. *Cum actus humanus prudentiam fieri debeat, si deficit, imprudentia distetur conturbari; concomitans enim, et consequens potius complacentia, et displicentia sunt.*
21. *Complacentia, et displicentia facti cognitio plurimum prodest ius directi ad judicium ferendum.*
22. *Text. in l. nihil cum sim. de reg. jur. triplici distinctione exponitur.*
23. *Prima distinctio regula, et secunda.*
24. *Text. in l. quid tamen 14. cum l. cum ab eo 41. §. mensam, ff. de contrahenda emptione, nova pace adiuvicem consentivit.*
25. *Vlpianizationi satisfit.*
26. *Replicationi respondetur.*
27. *Quare error totaliter in diversa substantia irritat actum humanum, et civilem.*
28. *Text. in l. cum in corpus 36. ff. de acquir. rer. dom. cum l. si ego, 18. ff. de rebus cred. novè conferitis compaescuntur manibus.*
29. *Tertia distinctio regule, nihil tam contrarium consensui, quam error.*
30. *Distinctione predicta intelligitur disceptatio juris de dolo malo, neque excipiuntur stricti juris conventiones.*
31. *Text. in l. Julianus 13. §. 28. ff. de action. empt. explanatur.*
32. *Text. in cap. tua nos 26. de sponsal. intelligitur.*
33. *Dolo antecedente, qui dat causam, nullus est contractus ipso jure.*
34. *Doctrine interpretum duplice sub distinctione intelligitur.*
35. *Prima subdistinctio.*
36. *Secunda subdistinctio.*
37. *Vlpianus explicatur in l. exemplo 11. §. si quis virginem de action. empt.*
38. *Non datur redhibitio in specie Vlpian. ex duplice ratione.*

39. In l. si sterili 21. §. quamvis 2. ff. de act. empt. utraque lectio subtiliter defenditur.
40. Licinius Ruffinus, & Paulus prædicta distinct. utuntur.
41. Ratio quare liberi hominis valeat emptio, non vero rei sacræ, & religiosæ.
42. Tribonianus indistinctè loquitur in §. fin. inst. de empt. & vendit. secundum verba Pomponij in l. 4. ff. eod quæ restringenda sunt.
43. De fide humana, dolo, & fraude concomitante, sive incidente.
44. Bonæ fidei, & stricti juris in contractibus distinctio, ad quid, & quando intelligenda est, novè instruitur.
45. Text. in l. si quis cum aliter 36. ff. de verb. obligat. noviter explicatur.
46. Secundum imprudentiae attributum.
47. Tertium imprudentiae attributum.
48. Quartum imprudentiae attributum.
49. Quintum imprudentiae attributum.
50. Sextum imprudentiae attributum.

1.  ISPUTATIONEM de voluntario, & necessario pertinere ad Politicum fatetur Aristoteles, lib. 3. Ethic. cap. 1. & Cicer. libello de fato in principio: quia quæ sponte fiunt, si recta, sunt laudabilia: si prava, reprehensione, & pœnâ digna. Quæritur ergo apud Philosophum lib. 1. Rhetor. quæ sit causa efficiens actionum humanarum, & septem genera illius commemorat, scilicet naturam, rationem, voluntatem, quæ internæ causæ sunt, de quibus suprà satis actitatum est. Nunc autem restant re-
- 2.

liquæ, nempe fortuna (id est quod casu evenit præter voluntatem humanam, licet cum voluntate divina, seu permissione fieri fatendum est) perturbatio, necessitas, & ratio exterior, sive ars, quæ causæ sunt externæ, & extrinsecus adhibentur. Sed si his appositis existatactus humanus voluntarius, an involuntarius, hoc opus, hic labor est, ut cognoscatur præmio, an veniam, vel pœnâ dignus sit.

Per fortunam igitur, sive fortuito, vel per ignorantiam geruntur, quoties voluntas humana non directe tetendit in illud, quod factū est, cùm autem actus exterior non habeat bonitatem, nec malitiam distin-

distinctam ab interiori, & necessaria sequatur ex illo, si est in nostra facultate: si autem non sit, non inducit bonitatem, nec malitiam, virtutem, nec culpam, præmium, nec poenam, uti docent omnes Theologi ex illo Pauli 2. ad Cor. 8. *Si voluntus promptus est, secundum id, quod habet accepta est: non secundum id quod non habet.* Et cum voluntarium sit de intrinseca ratione culpæ, necessariò ut judicium feramus de actibus externis, sciendum est, utrum fuerint, necne voluntarii, an involuntarii, id est objecta voluntatis internæ, ita ut habeant unum esse in genere moris, unum voluntarium, unam libertatem, unam bonitatem, seu malitiam, ut docent D. Thom. 1. 2. quæst. 20. art. 3. & 3. contra Gentes cap. 9. de malo, art. 3. Gabr. art. 1. notabil. 2. & art. 2. conclus. 1. Nunc tamen, non quæritur de voluntario in se, sive directo, nec de virtuali, sive interpretativo, quæ per epicheiagn fit, de illo enim non est quæstio: de hoc alibi civilem disputationem promitto.

4. Quæstio ergo est de voluntario in alio, sive indirecto, in qua etiam præmittendum est, neque etiam hoc voluntarium indirectum posse dari in actibus humanis, nisi prius sit indirecte, vel aliquo modo in cognitione operantis, non quidem si directe fuerit prævisum, quia tunc directe erit voluntarium: sed cùm sit in obligatione, seu potestate operantis, illud præcogitare, & animadvertere, ac quod ex negli-

gentia hoc facere omisit, Arist. 5. Ethic. cap. 10. at si ita ut expectari aut prævideri aliquo modo potuerit, sed non improbo animo culpa erit aliqua, nam culpæ affinis est qui in se haber agendi principium, hæc omnia docet J. C. Paulus in l. 5. qui foveas 28. & in l. si putator 31. ff. ad legem Aquil. ubi ait, actionem dandam esse, *Si denique denuntiatum est, neque scierit, aut providere potuerit, & culpam esse, quod cùm à diligente provideri poterit, non esset prævisum, aut cum denuntiatum esset, cùm periculum evitari non posset.* Idem asserit Ulpianus in l. quemadmodum 29. §. 2. cum sequentib. ff. eo quod si in potestate nautarum fuit, ne aliquid accidet, culpâ eorum factum est, licet non voluntate directa, indirecta tamen: & hæc etiam excluditur, & inde & culpa, quando veluti vi ventorum navis impulsa esset: ita ut nec provideri, nec temperari potuisset: quia ad hoc voluntarium indirectum, duo adsunt voluntati objecta, primum cognitum, secundum incognitum directe, sed cognitum connexivè, & sicut cognoscit, ita appetit, licet si directe cognosceret, non admitteret, veluti qui projicit sagittam in agro, licet non sciat, quod ibi sit homo, & ita quod si sciret, non emitteret: tamen supposito quod vult ibi sagittam mittere, vult immittere in omnem quod ibi est.

Ex quibus patet, quod quando 6. objectum, quod directe cognitum fuit, & operatur, bonum sit, & licitum, cùm non possit in genere mo-

ris habere connexionem cum objecto malo, & illico, non imputatur culpa ei, qui dabat operam rei licet: sic est intelligenda distinctio, inter dare operam rei licet, vel rei illicit, ad interpretationem textus in cap. suscepimus, cap. dilectus, cap. ex litteris cum sequent. & sim. de homicid. volunt. vel casual. Et cum non possit esse actio licita, nisi sit ratione, & prudentia directa, veluti cum quis omittit, quod in illa actione scire, & interponere judicio viri prudentis teneretur: quia quamvis qui projectat sagittam in agro, non teneatur absolutè scire, an ibi lateat homo, supposito, quod ibi vult sagittam immittere, tenetur inquirere, an ibi sit homo, ne aliquid inhumanum eveniat, & sic licet non per injustitiam peccet, tamen per ignoranciam peccat: ita decidit Innocent. 3. in cap. i.4. de homic. ubi afferit, quod etiam si quis det operam rei justæ, & licet, tenetur circumspicere sollicitè, ne aliquid ex illa operatione inhumatum contingat, sic sunt intelligendi textus in cap. Presbyterum, cap. continuebatur, cap. ad audientiam, cum sim. de homicid. l. sed etsi 5. §. si magister, ff. ad leg. Aquil. & tunc est quando illud, quod operatur, habet etiam realem, & materialem aliquam connexionem cum illo, quod evenit, ut in dictis juribus patet. At vero quando nullam habet nec moralem, nec realem connexionem, non reperitur culpa, quia ablata connexione, prorsus involunta-

rium existet, & ubi non est connexion, nec moralis, nec realis, frustra scientia desideratur, & sic, nec per injustitiam, nec per imprudentiam peccat, ita sunt interpretandi difficiles textus in cap. lator. cap. dilectus, cap. ex litteris 45. cap. significasti, cap. exhibita, cap. Joannes, cap. fin. de homicid. Ratio est, quia causa, damni necessariò respicit connexionem moralem illius, quod fit cum illo, quod evenit: occasio verò est quando ablata connexione morali, adhuc restat connexione realis, sed causâ, simul, & occasione remota, nulla culpa est: ita patet ex textu, in l. qui occidit, 30. §. 3. ff. ad legem Aquil. nam licet ab externa vi instrumentum connexionis applicetur, veluti si die ventoso, quis immiserit ignem in stipulam suam, vel spinam comburendæ ejus causâ, occasionem praestitit, ut flatu venti progrediatur ignis in alienam segetem, vel vineam: ita est explicandus textus in cap. 8. de homicid. ibi enim experiri ludum, in quo consuetudo erat, ut victor victo quasi equo uteretur, & falçem simul in dorso gerendo quis occasionem praestitit homicidij, licet non causam, sic intelligendus est textus in l. videamus, §. 4. ff. locati in l. item Mela 11. in principio, ff. ad legem Aquil. ibi: *Etsanè si ibi rondebat, ubi ex consuetudine ludebatur, & textus in l. idem juris est, §. 1. ff. eod. tit. cum affectare quisque non debat, in quo, vel intelligit, vel intelligere debet infirmitatem suam alij periculum futuram, idem juris est in persona ejus, qui impe-*

re*i*licere, id est objectum cognitum voluntatis licitum erat, & bonum: alioqui se*ssores* illi à culpa immunes non existerent.

10. Neque obstante textus in cap. dilectus 13. cap. significasti 16. de homicid. ubi Innocent. XI. in ea- dem specie contrarium decernit, sed si recte inspicatur diversa ca- sus species est, & sic diversa deci- sio: quia quando contingit fortui- to, quod neque ex natura, neque ex consuetudine, neque ex circum- stantiis immediate appositis, recta & prudenti ratiocinatione praecogitari, & inferri potest, omnino in- voluntarium, & preter intellectum, & voluntatem humanam accidit, & cum homo nec teneatur, nec possit futuros contingentes divi- nare, ab eo culpa exigenda non est l. 31. in fine, s*t*. ad leg. Aquil. cap. fm. de homicid. ita ergo in d. cap. dilectus, & in d. cap. significasti, cùm equus præter se*ssoris* arbitrium, (etiam viri prudentis, cùm neque ex natura equi jam cognita, neque ex consuetudine, neque ex circumstantiis adhibitis) saltibus lasciviret, quod evenit involonta- riam existit, & sic culpa caret: Et notanda sunt verba illa in d. cap. dilectus, *quam quem trahet*, quod, cùm cogosceret naturam equi, casum qui evenit inferne non pro- tuisset, nec divinare jucundis verbis text. in d. cap. significasti, ibi: *Cum- quis ab eodem Clerico se*ssensus* inquirat, utrumque vitium prius habuerit: illud as- ferat se*ignorasse*, iunctu etiam quod in illa specie, nulla fuit connexio immoralis; siquidem dabant operam*

Sed ab origine ut juris rationem 11. vindicemus, sciendum est, quot sint genera imprudentiæ, quæ cau- fa est, licet indirec*t*e, alicujus for- tuiti, sive quot sint circumstantiæ illius, quæ possint formare culpam imprudentiæ: sunt quidem indirec*t*e ipsæmet, quæ possunt esse ob- jecta directe voluntati, has igitur sex enumerat Aristot. lib. 3. Ethic. cap. 1. quas appellat attributa im- prudentiæ, nempe, *Quis: quid: quâ in re, seu in quem: quâ re & facultate vel- ut organo: cuius rei causa: & quomodo*. Tullius autem 1. de invent. addi- dit, *abi, & quando*: itaque octo enu- merat Damascenus lib. 2. cap. 24. Alexander 3. in cap. sicut de ho- micid. in principio expressit alia duo, scilicet *quantitatem, & qualita- tem*: septem tantum proponuntur à J.C. Claudio Saturnino, in l. art facta 16. ff. de poenit. translata à Gratiiano, in cap. aut facta de poe- nit. distinct. 1. ibi: *Sed bac quoniam genera consideranda sunt, septem modis, cau- fa, persona, loco, tempore, qualitate, quanti- tate, & evensi*. Sed D. Thom. 1. 2. qu. 7. art. 3. sufficientem esse Damasca- niūnūtērū subscrabit.

Primum igitur, *Quo* denotat per- sonam operantis, in quâ includit- tur aetas, scientia, sexus, atque con- ditio ilius, uti dixit Alexander 3. in cap. sicut de homicidio: aliud est enim ab imprudentibus aliquid fieri atque fieri per imprudentiam, docet

- docet Aristot. 3. Ethic. cap. 1. ebrii & furiosi, & mente capti, & pueri imprudentes operantur, non tamen per imprudentiam: hi omnes enim innocentia consilii tuentur, quidquid aliter distinguat Modestinus in l. infans 12. ff. ad leg. Cornel. de siccari. Improbis etiam imprudentes peccant, sed non per imprudentiam, eruditè Giphan. in d.
13. c. 1. Ethic. Improborum enim ignoratio, vel est universalis, vel particularis: illa est, cum quis ea, quæ recta, quæ virtuti consentanea, quæ turpia, quæ prava, quæ justa, quæ iniqua in genere ignorat: talis ignorantia est in omnibus improbis, & ideò stulti appellantur: & hoc aspectu Barbari etiam censentur: altera est, quæ in rebus singulis adest, sed cum deliberatione rationis, & voluntatis assensu, ac proinde vitiosa, qualis est ignorantia incontinentium, ut cum quis non inscius scortationem esse turpem, tamen cujusdam amore, & cupidine inflammatus, vincitur cupiditate, falsa suggestione alicujus boni presentis captivus, & sic in aliis, qui bona vident, & deteriora sequuntur, ut Hor.
- *Vide o meliora, probaq;*
Deteriora sequor.
- Hi improbi ignorantes quidem sunt, sed per imprudentiam non peccant, uti scriptum est, *Qui quasi industria recesserunt à me.*
14. Per imprudentiam ergo operatur quisquis, quoties aliud gerit, quam intendit agere, licet illud prudenti ratiocinatione praecog-
- tare, & providere potuisset: & haec imprudentia, non solum causa facti est, tanquam removens, prohibens scilicet, quia tollit scientiam, quæ si adesset, non fieret talis actus: sed etiam efficiens illius actus: non enim hic queritur de ignorantia facti per alium præteriti jam, quæ non nocet, quia haec plerumque, etiam prudentissimos fallit, l. 2. cum sequent. ff. de jur. & facti ignor. neque etiam queritur de ignorantia juris positivi, divini, vel humani, de quâ est idem titulus de juris & facti ignor. sed 15. queritur de ignorantia facti per se, quæ est ignorantia juris ratiocinationis, & prudentiæ: quia cum homo secundum suam rationalem naturam teneatur secundum rationem agere pro hinc, & nunc: quod est agere secundum prudenteriam: si ita non egerit, peccat per imprudentiam. Quoniam prudenteria est disceptatrix, cuius officia sunt ratiocinari, querere, & consultare, ut inquit Philosoph. 6. Ethicor. cap. 9. Franc. Patritius lib. 6. de rerum instit. Pontanus lib. 4. de prudentia: his ergo omissis, quid mirum, ut culpa imputetur ei, qui illis uti nolens in factum prorupit, ut in cap. 8. de homicid. vana enim est excusatio, quæ ibi induci poterat ex Euripide in Belerophonte (uti refert Aristoteles 5. Ethicor. cap. 9.) paricidium excusante, his verbis, *Filius matrem (parenni verbulo, ut dicam) meam fronte, & sua, & mea, aut sua: sed non me: vel volens volentem, seu volentem, non volens, cui innuit*

innuit Consultus in l. item Mela
1. i. in principio, ff. ad leg. Aquil. ibi:
*Quanvis nec illud male dicatur, si in loco
periculoſo fellam habenti tonsori ſe quis co-
miferit, ipsum de ſe queri debere.* Quasi
volentem, non volens occiderit,
ſed ſi attente inspicitur ſenſus, &
verbā Consulti, culpa etiam impu-
tatur tonsori, quod in loco pericu-
loſo fellam habeat, quamvis non
male dicatur ipsum, qui ſe ita tonsori
commisit, de ſe queri debere:
quia uterque per imprudentiam
peccarunt, & hæc non eſt, nec re-
detē dicitur ignorantia, ſed impru-
dentia, quia futuri non datur igno-
rantia, cūm ſcientia futuri con-
tingentis in homine concedi non po-
ſit, datur tamen, imò & requiritur
providentia, quando ex humanis
actibus pro hīc, & nunc poſſit even-
ire quod humana ratio potuit
providere.

17. Quamvis inde imprudentia ex-
cussit voluntatem directam, non
tamen voluntatem indirectam, imò
potius ſupponit: cūm voluit homo
agere eo modo, quo poſſet aliud
evenire: itaque nō ſolum tanquam
removentem, & prohibentem (ut
intelligit Suarez ad 1. 2. tract. 2.
18. disp. 6. ſect. 1. nu. 4.) ſed tanquam
cauſam efficientem, actus indire-
cte voluntarij enumerat Aristot. lib.
3. Ethic. c. 1. & cap. 1. Rhetor. ne-
que aliis divisionibus hanc veram
intelligentiam involvi neceſſe eſt,
quæ à Doctoribus inſeruntur, ſcili-
19. cet antecedens, concomitans, &
consequens: prima enim eſt ipſa
imprudentia, quæ dedit cauſam

actui turpi, injusto, vel inhumano,
cæteræ, nempe concomitans veſuti
ſi quis mittens ſagittam in agro oc-
ciderit inimicum ſuum neſciens
quod ibi eſſet, & ſibi, & facto com-
placuit, non hæc eſt imprudentia,
ſed complacentia: & ſimiliter ſi
occiderit amicum, fratrem, aut pa-
rentem, in quo magnopere eum
pœnitet, ac dolet, hoc non poſteſt
eſſe imprudentia, imò eſt naturalis
diſplicentia, & pœnitentia, ac hu-
manitas illius lachrymandi caſus:
neſ ſufficit dicere, ô ſi ſcivissem!
ô ſi circū ſpexiſſem! & ſimilia; hoc
eſt pœnitentia imprudentiæ, non
imprudentia, ibi enim hæc fuit, ubi
defecit prudentia, uti ſenſit Ovid.
lib. 4. de Ponto eleg. 12.

*Credo mihi miseros prudentia prima re-
liquit,*

Et ſenſus cum re, confiſium fugit.
Itaque dixit Menander multo priuſ
confiſium cape, & admonet Eccleſiaſt.
c. 32. *Fili mi, nil facias ſine confiſio, & poſt
factum non pœnitibit, quoniam ut ag-
novit Terentius iſtud eſt sapere, non
quod ante pedes modo eſt videre, ſed etiam
qua futura ſunt proſpicere:* unde Plu-
tarach. in Pomp. prudentiam di-
viniandi donum appellavit, *deliberan-
dum* (enim) eſt diu (Sapiens quidam
dixit) quidquid ſtaruendum eſt, ſemel, de-
liberare utilia mora eſt curiſſima ſed facit
ſapientiam, & ideò noſter ait utinam
ſaperent, & intelligerent, ac noviſſima pro-
viderent, ita intellexit Homeruſ di-
cens, *nullus eſt facti modus remedium
invenire*, quia illo tempore, quo
jam prudentia facti inesse non
poſteſt, neque imprudentia eſt,

uti condoluit Poëta :

*Cum poterā recto transire Ceramia velo,
Ut fera vitarem saxa, monendus eram,
Nunc mihi, naufragio, quid prodest dice-
re factō,*

Quā mea debuerat currere Cyma viā?

21. Sed hujusmodi complacentiæ, vel displicentiæ cognitio plurimum prodest jus dicenti ad ferendum judicium, injūgendamque pœnam ita imprudenter operanti : quia tunc voluntas censemur fuisse, non solum imprudentia affecta, sed etiam aliquo modo malitia, cum complacet sibi in facto, & sic licet asserat is se circumspexisse omnia diligenter, priusquam sagittam emitteret in agro, ubi inimicus suus latebat, non tanta fides adhibenda ei est, ac si displiceret, quoniam cum eum pœnitet, voluntas solum affecta est imprudentia, non malitia, & sic tanquam imprudens in re gravi, non tanquam improbus puniri debet, hanc distinctionem proposuit Ecclesiasticus monens, ut nihil faciamus sine consilio. Peccator homo (inquit) vitabit correptionem, & secundum voluntatem suam inveniet comparationem : vir consilii non disperdet intelligentiam : alienus & superbus non pertimescit timorem etiam postquam fecit cum eo sine consilio, & suis infectionibus argueretur : filii misericordia, nihil facius sine consilio, & post factum non paenitebit, in via ruinae non eas, & non offendes in lapides : nec credas te via laboriosa, ne ponas anima tua scandalum.

22. Sed obstat videtur regula juris, quod nihil tam contrarium est consensiui, quam error, qui imperitiam detegit, l. si per errorem 15. ff.

de jurisd. omnium jud. l. 20. ff. de aqua publ. arc. l. nihil 1 16. ff. de reg. jur. l. 57. ff. de obligat. l. 9. C. de jur. & fact. ign. Sed sic est, quod qui sagittam in feram emittit, si ea percusserit, aut occiderit hominem erravit consensu, & actione : igitur nihil tam contrarium consensiui, quam hujusmodi error, & per consequens involuntaria prorsus actio est, & inde inculpabilis.

Hujus tamen argumenti distin- 23. guo majorem tripliciter: quoniam, aut imprudentia causa erroris est, aut fides humana, aut fraus, si imprudentia est causa erroris, qui imprudentiam voluit, voluit errorem, & inde actio ex illo errore proflua, est voluntaria saltem indirecta. Si autem fides humana causa erroris est : qui fidem humanam interposuit, noluit errorem : quia licet fides humana sit fallibilis, est tamen certa modo nobis connaturali, & humano, cum grave sit, inutile, & dishonestum, & perfidiæ crimen fidem frangere, l. 1. §. 4. ff. depositi, & cum nemo presumatur malus, nisi probetur, quisque tenetur credere alteri asserenti de his, quæ cadunt sub humano sensu, nisi adsint circumstantiæ aliquæ fidei illius contrariæ, ideoque sicut errores gestarum rerum veritate testium, & asserentium dissolvuntur l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præsidis, ita similiter compllicantur, veluti si aliquis ante quam projiciat sagittam in agro, mittat servum, vel amicum, ut circumspiciat, ne quis homo ibi lateat, revertensque

tensque servus, vel amicus afferat, (licet non circumspexisset diligenter) neminem ibi latere: tunc jam nulla est imprudentia sagittantis, & sic erroris causa est fides humana, exemplum est verum Genes. cap. 29. quod inducit Gratianus in cap. unic. 29. quæst. 1. ubi Jacob ingressus est ad Liam intelligens esse Rachel, cum quâ, & non cum Lia nuptias contraxerat, erravit quidem nixus fide socii sui Laban: ergo erroris non fuit causa imprudentia ejus, qui nullam habuit: sed fides & promissio Laban socii sui, & sic Jacob immunitis fuit à culpa, licet in illa nocte nullum consensum matrimonii præstítit in Liam, usque dum manè, errore in lucem edito, ratum habuit repromotione socii sui.

24. Hac quidem distinctione posunt (ni fallor) subtiliter, & vere interpretari textus difficiles in l. quid tamen 14. cum l. cum ab eo 41. §. mensam, ff. de contrah. emptione, licet ex eorum agone nullus interpretum evitata redagationis rota evaserit, ut patet ex variis solutionibus congestis à Nicol. de Passeribus, Concil. leg. fol. 264. & ab Osuald. Hilig. lib. 4. commentar. cap. 3. in not. litter. C. contra quos, & etiam Cujacium surrexit Basilius de Leon. lib. 4. de matrimon. cap. 20. à num. 15. & cap. 21. §. unic. nu. 30. quem facilè impugnandum cuique remitto, & me, si displicuerit intelligentia hujusmodi, nempe

quod in d. §. mensam, emptor errore lapsus est, non per propriam imprudentiam, & ignorantiam, sed per fidem venditoris, qui, licet et jam imprudens afferuit mensam esse argenti solidam, & pro solida vendidit: cùm ergo qui fidem voluit, errorem noluit, uti diximus, nihil tam contrarium fuit consensui, quam hujusmodi error, & per consequens, ut ait Julianus, nulla est emptio, pecuniaque eo nomine data condicetur. At verò si nulla ex parte fides credendi interposita fuerit, sed ambo suâ propriâ insipientiâ, & imprudentiâ in materia, & in qualitate errarent, venditionem esse constat: patet exemplo, quo motus fuit Ulpian. in d. l. quid tamen, ut puta coheredes viriolam, que aurea dicebatur (scilicet vulgo dicebatur aurea) pretio exquisito uni heredi vendidissent, eaq; inventa esset, magna ex parte ænea? isti enim tanquam coheredes omnes illius (sicut & reliquarum rerum hæreditatis) viriolæ, & nullus eorum magis quam alter gnarus veritatis errarunt, falsa opinione vulgo familiæ (cùm per se non potuissent eâ notâ antea habere, ut in l. 1. §. 2. ff. de ædilit. edict.) sed non fide alicujus, cui emptor credere teneretur, & ideò si nulla fide veritatis experta emit imprudentiâ suâ tantum motus, imò fortè etiam concupiscentiâ auri viriolæ (quam ex eo solidam putabat) inconsultò arreptus, jure quidem venditionem esse constat, siquidem, qui imprudentiam ita supinam voluit, errorem

Y 2 voluit,

voluit, & per consequens factum ab errore: inde Jureconsult. Paulus in l. 15. §. 1. ff. eodem de contrah. emptio. subscribit ignoratiam emptori nocere, quæ in supinum hominem cadit.

25. Sed redarguimur ab Vlpiano, qui reddens suæ decisionis rationem, alteram proposuit, nempe, *Quia auri aliquid habunt, nam si inauratum aliquid sit, licet ego aureum putem, valet venditio.* Igitur non ex eo quod interposita non fuerit fides humana, sed ex eo quod viriola auria aliquid habuit.

Respondeo tamen rationem Ulpiani simul intelligendam fore, cū distinctione tradita, & cum alia distinctione superius enuntiata, quia emptio, & vēditio, sicut ceteri actus humani, sine cōsensu saltē indirecto nō cōflatur; si ergo in emptione & vēditione nullus possit repeiri consensus, saltē indirectus, nulla est emptio & venditio: at verò si reperiatur valet emptio. Nunc ergo in dicta specie aurea viriola fuit objectum propositum voluntati, hæc viriola habuit aliquid auri: ergo fuit objectum voluntatis: patet consequentia, quia quantitas auri nihil ponit in esse auri, est enim quantitas molis, quæ est accidens occupativum loci, ut definiunt Logici, igitur in substantia idem objectum est, quod fuerat voluntati præsentatum, & quamvis in contractibus civilibus plerumque volūtas magis tēdit in quantitatē molis, quām in perfectionem, & essentiam rei, & fortè in prædicta

specie cohærens, non emisset viriolam, si sciret solidam auri non esse; hæc tamen conditio nihil ponit in esse illius, quod factum est, quoniam non est conditio essentiaz, sed quantitatis: & tunc licet reddatur actus injustus, non tamen nullus, ut probatur ex text. in l. 6. §. 4. cùm sim ff. de actio. empti. ibi: *Si vas aliquod mihi vendideris, & dixeris certam mensuram capere, certum pondus habere, ex empta tecum agam, si minus praestes, &c.* deinde, quia si (ut diximus suprà) objectum quod propositum fuit voluntati, habeat aliquam connectionem cum illo, quod fit, vel in veritate est, tunc non deficit voluntas, licet indirecta, quæ etiam voluntas est, & perficit actum humanum, sed in dicta specie emere viriolam auream habet connexionem, cùm emere viriolam, quæ habet aliquid auri, igitur perfectus fuit actus humanus emendi.

Probatur iterum, quia sicut circumstantiaz, quæ in genere moris transeunt in rationem objecti, in quod tetendit voluntas, efficiunt actum bonum, vel malum, ut docet Suarez ad 1.2. D. Thom. tract. 3. disp. 8. sect. 1. nu. 6. ita in genere contractuum (qui etiam omnes cōsensu fiunt. l. 2. ff. de oblig, nam & stipulatio, quæ verbis fit, nisi haberat consensum nulla est, l. 1. §. pen. ff. de pactis) efficient validum, aut nullum actum humanum: circumstantiam ergo illam, quod viriolam haberet aliquid auri, nemo dubitare poterit transisse in rationem objecti: igitur recte dixit Ulpianus

pianus ex illa ratione venditionem valere.

26. Si verò replicatur, has prædictas omnes comprobationes versari in specie Juliani in d. §. Mensam, quæ non solum habuit aliquid argenti, sed plurimum, cooperta enim erat argento, & tanen asserit Cōsultus nullam esse emptionem: respondetur ex eo nullam esse, quia interposita fuit fides humana venditoris afferentis solidam esse argenti, & tunc nihil tam contrarium consensui, quām error, ut dixi suprà.

27. Si queritur, quare etiamsi non interposita sit fides humana, sed tantum imprudentia, & ignorantia contrahentium, ut in d. specie Ulpiani æs pro auro veneat, non valet emptio: respondetur, quia nulla est connexio objecti voluntatis cum illo, quod in veritate est, nec tunc aliqua est circumstantia, quæ transeat in rationem objecti, neque in essentia, neque in substantia materiæ, circa quam, & licet sit in quantitate, nihil ponit in esse, quia est accidens: & hæc est sent. Ulpiani, ut patet ex l. 9. §. 2. ff. eod. de contrah. empt. & Pauli etiam in quantitate perfectionis, l. 10. ff. eod. si tamen in corpore erratū est, cùm deficiente corpore deficiat substantia materiæ, in quam terendit voluntas emptio, nulla est d. l. 9. in principio, l. 11. cum sim. ff. eod. Quod ita verum est, ut si differentiatur in corpus, licet in causis tradendi, vel obligandi dissentiat, neque traditio, neque obligatio

inefficax est, uti probat Julianus in l. cùm in corpus. 36. ff. de acquiren. rer. dom. Neque obstat textus in l. si ego. 18. ff. de cred. ubi Ulpianus cum Juliano ex diametro pugnare videtur, ita ut asserat Paul. de Castr. & Nicol. à Salis in suis Sicilimentis juris, pag. 36. hoc dissidium zgrè posse conciliari: & interpretum decem, & septē conciliationes refert Nicol. Genua in Concil. legum à fol. 185. & ipse addit. decimamoctavam, quibus omnibus prætermisssis, cùm multos, & doctiores possit quis aliqua in parte superare, bravium in hac specie arripere non despero. Primo igitur gradu sisto pedē principiis juris, quod nemo sine cōsenſu obligatur, neque qui donat, sine cōsenſu donat: at verò, qui recipit, si acceptione illa nō obligatur, nullo indiget cōsenſu positivo recipiēdi: sed tantum non nolle id est non contradicere, maximè in his, quæ traditione fiunt accipientis, nihil enim tam naturale est, quām voluntatem Domini volentis rem suam in aliud transferre ratam haberi, & ideò à Domino tradita alienatur, §. per traditionem inst. de rerum divis. quia illius in quem transfertur, non actio activa consensus, sed passiva tantum desideratur, & inde nec velle: sed non nolle tacendo, quod sufficit ad consensum passivum, non ad activum, sic concilianda est. Reg. 44. in 6. Qui tacet consentire videtur, cum alia juris civilis 142. qui tacet, non uique facetus, sed tamen verum est eum non agere.

agere. Quia (ut ibi redit inquit Gottifred.) nec fatetur, nec negat. Nunc ergo in dict. l. cum in corpus, sive res tradatur ex causa praecedenti, ut in principio illius legis, sive ex causa, quæcumque geritur, cum res traditur, ut in versic. *Nam et si pecuniam.* Si ea causa ex parte dantis sufficiens sit ad transferendum dominium, & ad id nullus consensus activus recipientis jure desideratur, nihil obest hujus dissensus, si quidem recipit tacens rem, quæ ei traditur: quia (ut docent Philosophi) actus mensuratur ex ratione agentis, non ex ratione patientis, patet igitur, quod in d. l. cū in corpore, nullus consensus activus illius, qui recepit, requiritur: in principio legis nulla redargutio inficiatur, neque etiam in versic. *Nam et si pecuniam.* Quoniam licet verum sit, quod pecuniam, donandi gratiâ, traditam accepit, quasi creditam, & mutuo non potest se obligare, nisi activè consentiat, cum tamen ei tradita sit donationis causâ effectivè ab eo, qui rem illam donare potuit: nihil interest, quod quasi creditam accipiat, cum non acquiratur ei ex mutuo, ubi consensus recipientis desideratur: sed ex donatione (ut vere ibi dicendum est) ubi nullus consensus activus recipientis expetitur, sed tantum agentis, sive donantis ratio inspicitur, & consensus, cum plerumque teste Pomponio in l. 13. in fin. ff. commodat. *Id accedit, ut extra id quod ageretur tacita obligatio nascatur, veluti cum per errorem indebitum solvendi causâ*

datur. Ita etiam licet si æs pro auro veneat, nulla est venditio, l. 9. §. 2. ff. de contrahenda emptione, si tamen, quis æs pro auro pignori derit, licet affirmet aurum esse, vallet pignoris datio, l. 1. §. 2. ff. de pignor. act. quia ibi non requiritur consensus activus ejus, cui pignus traditur, & similiter in stipulatione liberali, licet interrogatione extorta: sic intelligendus est text. in l. si id quod 22. ff. de verbis obligat. vel si in actu individuo ignorans agens non sit, l. 11. l. 17. l. 28. in fine, ff. ad Velleianum. At verò in specie Ulpiani in d. l. 18. *Si ego pecuniam tibi, quasi donatus dederero,* quia non dono de praesenti, sed tradō, ut in futurum cum voluerim donatus, nulla est voluntas transferendi nunc dominium rei traditæ, quia non est donata, & sic rectè scribit Julianus *donationem non esse:* remanet ergo nuda traditio, quâ solâ sine causa dominium non transferri explorati juris est. Neque prodest, quod tu quasi mutuam accipias: quia quod meum est, sine facto meo ad te transferri non potest, ex reg. id quod nostrū 11. de reg. jur. & ideo scitè putat ibi Ulpianus, *nec mutuam pecuniam esse,* itaque nummi accipientis non siunt: non donatione, quia nulla fuit donatio: non mutuo, quia requiritur in eo utriusque consensus tam dantis, quam accipientis, & ibi tantum fuit consensus accipientis, qui alia opinione accepit numeros quam ei traditi sunt: ita similiter: *si deponens tibi dederero, tu quasimutuam*

tuam accipias, nec depositum, nec mutuum est, non quidem depositum, quia obligatur depositarius actione depositi, & sic requiritur ejus consensus, velut consensus agentis, non patientis: non equidem mutuum, quia secundum sensum dantis dominium, & possessio rei depositae ipsius remanebat, l. 17. §. 1. ff. depositi, sed voluntas accipientis erat, ut pecunia ex mutuo fieret sua, quæ voluntates omnino contrariae sunt, & sic ex eis, non potest conflari conventio, id est consensus duorum pluriūmve in idem placitum, qui est contractus: eodem pacto intelligitur ultima species Ulpiani, ibi: *Si tu quasi mutuam pecuniam dederis, ego quasi commodatum ostendendi gratia accepi*: nec mutuum, nec commodatum est, non mutuum, quia qui accipit, non potest obligari tantumdem reddere sine consensu activo: nec commodatum, quia sine consensu dantis esse non potest, l. 1. l. 9. & toto titulo, ff. *commod.*

29. Tertia denique distinctio supradicti argumenti fuit etiam fides humana, sed non simpliciter, sed fraude, & dolo interposita, quæ aut dicitur dare causam actui, sive contractui: aut incidere in actum, sive in contractum: & ille dicitur dolus antecedens, hic autem concomitans: nam sicut distinguitur error, & imprudentia propria: ita etiam fides, & fraus aliena: non hic queritur de dolo, quo quis ipse solus operatur, ut in l. 7. §. 3. cum sequentibus & sim. ff. de dolo, vel-

uti cum quis servo, quem ex venditione, vel ex stipulatu debebat, venenum dedit, & sic tradidit eum, vel qui servum compeditum solverit, ut fugeret: hæc enim actio non solùm est voluntate plena, sed etiam improbitate, & malitiâ. Quæritur autem de dolo, & fraude, quæ etiam circumscribitur definitione Labeonis in l. 1. ff. de dolo, scilicet ad circumveniendum, fallendum, decipiendumque alterum adhibita, veluti si cum tu nul latenus intenderes projicere sagittam in agro, aliquis tibi persuaderet, quod mitteres, ut incaute occideres inimicum tuum, quem ibi latere sciebat, si non solùm tibi persuasit emittere sagittam, sed simul asseruit nullum hominem, nec cui damnum posset inferre, illic latere: puto hoc homicidium ex parte sagittantis prorsus fuisse involuntarium: quia *fraus, & fides humana dedit causam actui*. Contra verò, si cum tu velles sagittam in agro projicere, quis tibi dixerit, quod minime emittere dubitares: nam etsi sciret ibi latere inimicum tuum, non interposuit dolum antecedentem, sive inducentem causam actui: sed dolum concomitantem, sive incidentem, quando objectum, sive directè, sive indirectè jam est voluntati acceptum, & sic voluntarius existit actus.

Hac igitur dupli distinctio 30. ne intelligenda doctrina est interpretum, & ferè tota juris disceptatio de dolo malo: quia hoc inter-

interveniente simili pacto omnes contractus voluntarij sunt, aut involuntarij: & ex inde validi, aut nulli, & irriti jure naturæ. Neque excipio stricti juris conventiones, *Cum eleganter dicat Pedius, nullum esse contractum, nullam obligationem, quæ non habeat in se conventionem: sive re, sive verbis fiat, nam & stipulatio, quæ verbis fit, nisi habeat consensum nulla est.* l. 1. vers. Adeo, ff. de pactis. Itaque si dolus dederit causam erroris contractus, cum nihil tam contrarium sit consensui, quam error, maxime humana fraude interpositus, nullus erit contractus, & irritus jure naturæ, imò & civili, patet ex l. 7. in principio, ibi: *Aut nullam esse venditionem si in hoc ipso, ut renderet circumscriptrus est,* & ex l. 8. ibi. *Cum mei decipiendi gratiâ alium falsò laudasti de dolo judiciorum dandum est,* & ex l. 9. §. 1. *Dico de dolo dandum, si callidè hoc feceris,* ff. de dolo malo, & tūc datur actio de dolo, cum de illocontractu, vel actu alia actio non est, l. 1. §. 1. & 3. ff. eodem, & tunc non est actio, cum nullus est contractus, vel aetus.

31. Neque obstat textus in l. Julianus. I 3. §. 28. de action. empt. ubi: *Et si quis minorem viginti quinque annis circumveniret, & huic hac tenus (inquit Ulpian.) dabimus actionem ex empto, ut diximus in superiori casu, quoniam hic casus est, ut nulla sit emptio, nisi errore, & dolo cognitorata habeatur, dixerat enim Ulpianus proxime ibidem, §. 27. quod si quis colludente procuratore meo ab eo emerit, non posse agere exempto, & puro hac tenus,*

*ut auctor stetur emptioni, aut discedatur. Igitur nulla ad hoc est emptio: licet ad hoc, ut stetur emptioni, vel discedatur (cujus facultas competit decepto) in judicio aliqua actione experiri oportet, daturque exinde ex nomine, & figura contractus, non ex vi, quia irritus fuit ex parte decepti, licet aliquo modo, & cōditione si cognito errore, & fraude voluerit stare contractui ex parte decipientis, ex tunc valeat venditio: quia ipse verè consensit, & quia dolus nemini patrocinari debet, ne ex malitia sua commodum reportet, l. 2. ff. de dol. except. l. 37. ff. de act. empt. ita intelligendus est, text. in l. qui officii, §. 1. ff. de contrahenda emptione, glossa in d. l. 7. in principio verbo *Nullam*, Donel. lib. 13. com. cap. 3. 5. quod si videtur: & quia potest contractus ex uno latere constare, & ex altero claudicare d. l. Julianus, §. si quis 29. ff. de act. emp. ubi Bart. & Gotifred. l. sicut. 20. §. interdum, ff. locati, l. potest. 41. ff. mand. Cujac. 6. observ. cap. 21. & gloss. celebris in cap. 1. ne sede vacante aliq. verb. sede vacante, ubi asserit contractum initum cum Ecclesia absque juris solemnitatibus, nullum, si volente Ecclesia adhibeantur, manere firmum in præjudicium adversarii, & hæc doctrina vera est, excepta duplice limitatione: prima, quod quando lex resistit contractui, etiam præter dolum, nulla ex parte subsistit, nec altero volente, neque utroque. l. à Divo Pio 58. ff. de ritu nupt. ibi:*

ibi: *A Dño Pio rescriptum est, si libertina senatorem decoperit, quasi ingenua, & ei nuptia est. &c.* Ubi nulla est dos, quia nullus fuit contractus matrimonii, nec cognito errore ratum Senator habere potuerit, quia lex resistit, nisi desinat esse senator, ita similiter in interdicto Ecclesiaz contra eum, qui duxit quam polluit per adulter. si mortua sit prima uxor, & quæ ducitur fuit inscia, ac decepta, adhibito cōsensu jungi poterunt, cap. penul. de eo qui dux.

32. Secunda limitatio est in matrimonii contractu, qui non potest ex uno latere stare, & ex altero claudicare, textus est in capit. tua nos. 26. de sposal. ubi licet quædam mulier decepta tantum in nomine viri consenserit, quia error non fuit in substantia, nec in corpore, seu persona, quia non noverat alium in quem sub nomine Joannis consentiret, nisi ipsum qui eam decepit; & tunc nihil facit error nominis, cum de corpore constat l. 9. §. 1. de contrahend. empt. si tamen vir decipiens non consensit illam duce-re uxorem, non debet ex illo facto con-jugium judicari, cum in eo nec substantia conjugalis contractus, nec forma contra-bendi conjugium valeat inveniri, quoniam ex altera parte dolus solummodo adfuit, & defuit omnino consensus, sine quo catena nequeunt fidus perficere conjugale. Ratio differentiaz est, quia matrimonium non potest fieri voluntario indirecto, sicut ceteri actus, & contractus humani, & ratio rationis est indissolu-libilitas, & tractus successivus, quæ naturaliter insunt matrimonio.

Dolo igitur antecedente, & scili-33. cet, qui dederit causam contractui, nullū esse ipso jure contractū sub-scribendū existimo ex dictis, & ex l. 3. §. fin. ff. pro socio, ibi: *Societas si do-lo malo, aut fraudandi causā, coita sit, ipso jure nullius momenti est, quia fides bona contraria est fraudi, & dolo, & ex l. cum quis 31. ff. de dolo, ibi. Cūm quis per-suaserit familia mea, ut de possessione de-cedat, possessio quidē non amittatur.* Cūm sciamus, quod servo, vel procuratore, vel colono dejectis, ipse domi-nus dejici de possessione videatur, etiamsi ignoret eos dejectos, per quos possebat, l. 1. §. 22. ff. de vi, & vi arm. quoniam etiam volū-tate indirecta amittitur possessio d. l. 1. §. idem Labeo ait. 29. cum di-stinctione Ulpiani, ibi: *Si illi nō occupaverunt possessionem, videri nō de-jectum,* alioqui licet servus pro-curator, vel colonus animo vel-let amittere possessionem, non amitteret, ita est intelligendus, text. in l. fin. C. de acquirend. posse. At in d.l. cūm quis, non ex eo, quod non fuerit occupata ab ej-cientibus dolo: sed quia dolo, & fraude derelicta fuerit, non amit-titur.

Deinde doctrinam interpretum, 34. afferentium dolo circa substantiam irritari contractum ipso jure, non verò adhibito dolo circa acciden-talia, dupli sub distinctione in-telligendam fole arbitror, nempe: Aut dolus, scilicet intentio, & ani-mus decipientis respicit acciden-talia contractus, cui dat causam, & hoc aspectu, sive respiciat sub-

stantialia , sive accidentalia nullus *callidate*, ff. de *cōdil.* edict. tūm non est cōtractus, patet exemplo, & decisione text. in d.l. & eleganter. 7. in principio , versic. *Nec videtur*, ff. de dolo , ubi si in hoc ipso , ut venderet servum circūscriptus est dominus, nulla est venditio, licet dolus decipientis , scilicet servi , non respexit venditionem per se, sed per accidens , in hoc enim tetenit, ut emptor eum manumitteret. Idem probatur ex textu in l. quod si. 8. ff. eod. ubi si lucri tui causā mihi persuaderes , ut pecuniam crediderem Titio , affirmans eum esse i-doneum , tunc non respicit directe mutuum , sed lucrum decipientis, quod potest esse , & abesse.

36. Aut error decepti ex dolo inducitus: & cūm nihil tam contrarium sit consensui , oportet inspicere, utrum sit circa substantiam , vel accidentia contractus: & supponendum est , quod si dolo etiam adhibito , qui dat causam contractui , nullus insit error , contractus ratus est omni jure : quia dolus veritati non obest , nisi resultet ex dolo error , & iustitia, itaque (inquit Just. in §. in fraudē inst. quibus ex causis manumittere nō lic.) Tunc intelligitur impediri libertatem, cūm utroque modo fraudantur credidores , id est , & consilio manumittentis, & ipsa re. Nam cūm veritas sit adæquatio intellectus cum re nihil interest, quod per accidēs, vel propriā imprudentiā , & ignorantia volentis decipere, proponatur mihi callide, quod in se verum est, l. 1. §. 2. ibi: *Nec enim interest emptoris*, cur fallatur ignorancia vendoris, an

poteſt non esse voluntarium, & validum, quod geritur: difficultas ergo est, quādo error resultat ex mē-dacio decipientis , quoniam tūm non potest intellectus aequare se veritati rei , & ideo nec illā voluntas appetere, cūm non feratur in incognitum: & inde hoc modo gestum involuntarium dicimus , & invalidum. Sed sciendum est, non esse opus cognoscere accidentia rei , sed substantiam , & essentiam rei, ut vere voluntas feratur: igitur, si scientia accidentium non est ne-cessaria , neque error illorum obe-rit: ita hoc docet I. C. Ulpianus in l. alioquin. 11. §. 1. de cōtrah. empt. ibi: *Quod si ego me virginem emere pu-rem, cūm effet jam mulier, emptio valebit, in sexu enim non est erratum. Ceterū si ego mulierem renderem, tu puerum emere existimasti: quia in sexu error est, nulla em-ptio, nulla venditio est.*

Neque sibi ipsi contradicit ipse 37. Ulpian. in l. ex empt. 11. §. si quis vir-ginē de act. empt. quia ex eo quod in eadem specie virginitatis afferat exempto competere actionem ad resolvendam emptionem , ut pre-tio restituto mulier reddatur, se-quitur intellexisse venditionem, valuisse, licet resolvi oportere, non redhibitione , sed actione ex em-pto, & licet resolvere est idem, quod dissolvere, quod ligatum est, ut ex glof. & Saliceto ibi recte no-tat Nicol. Genua in Concil. leg. fol. 263. & causa redhibitionis sit, ut occurratur fallaciis vendentium, & emptoribus succurratur . quicū-que

que decepti à venditoribus fuerint
l. 1. §. 2. ff. de ædilit. edict. tamen
non datur redhibitio in specie præ-
38. dicta ex dupli ratione. Prima,
quia emptor secundum ædilium
edictum potest uti , vel redhibitio-
ne, vel æstimatoria quanti minoris
l. si quid. 18. cum simil. ff. de ædil. e-
dict. si igitur posset redhibitione
resolvere emptionem , is qui mu-
lierem emit putans esse virginem,
uti posset quanti minoris æstima-
toria , sed virginitatem pro pecu-
nia æstimare , idem ferè est , ac si
ante amissionem æstimasset , quasi
quæstum faciens , argumento tex-
tus in l. palam. 43. ff. de ritu nupt.
& ut inquit Ulpian, in l. quid ergo.
13. §. 6. ff. de his qui not. *Quantum ad*
infamiam pertinet, multum interest in cau-
sa que agebatur, causâ cognitâ aliquid pro-
nuntiarum, an quedam extrinsecus sunt e-
locuta, nam ex his infamia non irrogatur.

Secunda ratio est , quia redhibi-
tio non conceditur, nisi tale sit vi-
tium, quod usum rei impedit, l. 5.
ff. de ædil. edict. & notat Wesenb.
in par. hujus titul. num. 9. & ideo
ait Ulpian. in l. 14. §. 7. ff. eod. *Mulie-*
rem ita arctam, ut mulier fieri non posît,
fanam non videri. Sed quæ jam mu-
lier facta est , non huic usui apta
non est , nec aliis domesticis ope-
ribus inepta, igitur constat redhibi-
tionem ex hac causa non esse : sed
ut dixit Ulpianus ex. empto com-
petere actionem , ut pretio restitu-
to mulier reddatur : maximè , si ea
intentione emerit , ut eam manu-
mitteret, uxoremque duceret, quā
apparet scortationem fecisse , & ita

ducere illam, fas non esset, ne no-
taretur, l. 11. in fine, l. 13. §. 4. ff. de
his qui not. juncta l. palam. ff. de
ritu. nupt.

Supradictæ tamen distinctioni 39.
videtur obstare text. in l. si sterilis.
21. §. quamvis 2. ff. de actio. empt.
ubi etiamsi error sit circa substan-
tiam valet emptio, sed licet Anton.
August. lib. 4. emend. cap. 17. &
Cujacius lib. 2. observat. cap. 5. &
Hottomanus ad tit. de act. empt. ac
Connan. 7. com. cap. 7. Molin. de
eo quod interest num. 36. Robert.
1. animadver. & Ludovic. Charond.
in Codice manuscripto addendum
esse negationem testentur, scilicet
emptionem non esse, ut legitur in codi-
cibus noricis: & inutilem esse labo-
rem Duareni, & aliorum interpre-
tū, (qui florentinam lectionem, sci-
licet affirmativam defendunt) sub-
scribat Basilius de Leon. lib. 4. de
Matrimon. cap. 20. num. 18. ego
tamen utramque lectionem susti-
neri posse , iniò & defendendam
esse affirmo: illa enim verba, *et si ven-*
ditor quoque nescias; , inducunt distin-
guendum esse , utrum impruden-
tiâ , & ignorantia propriâ decipi-
tur emptor, ut emat mensas, quasi
citreas , quæ non sunt , quia tunc ;
ut dixi supra in d.l. quid tamen de-
contrah. empt. qui ignorantia vol-
luit, voluit errorem, text. est in l.
2. ff. de termino mot. ubietiam, qui
per ignorantiam , aut fortuitò la-
pides furati sunt, puniuntur. Nam
quandoactus saltē indirecte vol-
luntarius est, per se subsistit, vel ad
pœnam , vel ad laudem , vel ad ef-

Z 2 fedum,

fectum, ideo dixit Homerus suâ insipientiâ perierunt stulti: ita emptio, quæ licet indirectè voluntaria est, valet (nisi alio pacto lex resistat, & in predictâ specie objectum voluntatis fuit emere mensas citreas, quod (quamvis hoc genus ligni fuerit inter pretiosas supellectiles, ut ex Martial. & aliis exornat ibi Gotifredus,) habet tamen connexionem maximam in genere, & in substantia, & forma ligni cum alio ligno: itaque cum in corpore consentiatur, de qualitate tamen citri dissentiat, emptionem esse recte, dixit sive Paulus, sive Tribonianus dixerit. At verò si fide interposita venditoris, vel alterius, quæ dederit causam contractui, emat, nulla est emptio, quia fuit error in specifica substantia citri, & error inductus non imprudentiâ, sed fide humana: licet non callidè, sed etiam imprudens vendor persuaserit, ut in d.l. cum ab eo 41. d. s. mensam.

40. Et hac distinctione utitur Lici-nius Ruffinus Julii Pauli co-tan-nus, imò Magister lib. 8. Regular. relatus in l.liberi hominis 70. ff.de contrah. empt. & Paulus in l. si in emption. 34. s. liberum hominem,
41. cum s.seq. ff.eod. Et ratio quare li-beri hominis, & furtivæ rei emptio contrahi possit ab imprudente, & ignorante, non verò rei sacræ, & religiosæ, ac publicæ, ut in l. qui offi-cij 62. s. i. l. hanc legem 22. l. in modicis 24. d.l. si in emptione 34. s. omnium, ff.de contrah. empt. ea præcipua est præter omnes: quia

liber homo, nulla lege positiva re-clamante, adhuc in commercio est, siquidem jure civili homines liberi fiunt servi, cum ad pretium parti-cipandū sese venundari passi sunt, §.4. inst. de jure person. l.3. ff. qui-bus ad libert. proclaim. non licet, & hanc rationem differentiæ re-scripsit Licinius Ruffinus Julio Paulo lib.12.q.in l.4.ff.eod. quibus ad libert. & Paulus transcripsit in l. qui sciens 33. ff. de liber. causa, & in l.5. ff. de contrah. empt. res etiam furtiva in commercio est, quoniam licet ei insit conditio impeditiva dominii, tamen dominiū non est de essentia contractus, qui consensu perficitur, maximè, quia circu stan-tia rei alienæ purgari potest, & id-eò valet ejus venditio, l. rem alienā 28. ff. de contrah. empt. At verò res sacra, vel religiosa, vel publica juris gentiū omnino extra cōmercium sunt, ita quod sperare, ut in cōmer-cium reducantur, piaculum sit, l. inter, §. sacram, ff. de verb. oblig. & inde lege naturæ, gentium, & civili resistentे earum venditio nulla est d.l. si in empt. s. omnium l. lit-tora cum simil. ff. de contrah. empt. & hæc fuit mens J. C. in dictis ju-ribus, quam parum scitè animad-vertens Tribonianus, idem juris esse de liberi hominis, quam de rei sacræ emptione enucleavit in s. fin. inst. de empt. & vendit. nisi illa verba, *idem juris est strictè tantum refe-* 42. *rantur ad actionem, quæ concedi-tur ignorantι, ut habere liceat ei, prodi-ta veritate, quod suâ interest, eum deceptum non fuisse, ad quod restrin-*

restringēda esse verba Pomponij in l.4. ff. de contrahen. empt. scitē asserit Gotifred. ibi. licet indistincte inseruisset Tribonianus, ac rescripsisset in d. §. fin.

43. Si verò fides humana interposita, seu fraus, vel dolus sit tantum cōcomitans, sive incidentis in cōtractum, cui imprudentia propria agèt causam dederit, valet emptio, & venditio, cæteraque hoc pacto conventiones, & actus humani, ut patet ex l. si servum l. tenetur §. si vas cuni seq.l. Julianus. i 3. in principio, & ss. sequent.l. ex empt. i 1. §. si quis virginem, ff. de actio. empt. cum simil. l. & eleganter 7. in principio, ubi si non in hoc ipso, ut vendoreret circumscriptisset servus dominum suum, sed incidenter, valeret emptio, ut deducitur à contrario sensu ex conditione illius decisionis: *Si in hoc ipso ut renderes circumscriptus est. ff. de dolo malo.* Et hoc etiam sensu intelligi potest text. in l. quod si. 8.l. si quis affirmavit. 9. in principio, ff. eod.l. si dolo 24. ff. eod. de dolo etiamsi in substantia error existat l. quid tamen. 14. ff. de contrah. empt.l. si sterilis. 21. §. quāvis cum simil. ff. de actio. empt.

44. Hoc etenim aspectu distinctio contractuum bonæ fidei, & stricti juris observari debet: nam licet ex diversitate conventionum pēdeat, non est causa, sed effectus conventionis bonæ fidei, aut stricti juris: ideoque validitas, aut nullitas cōtractus, sive bonæ fidei, sive stricti juris non hac distinctione nititur, sed tantum ex illa pēdet judicium

eorum, quæ prēstari oportet, si naturaliter insunt hujus judicii potestate, vel non insunt l. ex empt. 11. in prin. ff. de act. empt. insunt naturaliter in bonæ fidei judiciis omnia ea, quæ secundūm bonam fidem inesse conventionibus oportuit l. i. §. i. ff. de act. empt. in his enim veluti *in emptis, & venditis, potius id, quod actum, quam id, quod dictum sit, secundum est.* l. 6. §. i. de cōtrah. emp. At verò in stricti juris judiciis, non ex bono, & æquo, sed ex jure aper- to secundum ea, quæ expressa sunt in contractibus, permisum est ju- dicare, sic est textus in §. in bonæ fidei. 30. instit. de act. ubi non cùm compaciscuntur conventiones, sed cùm judicantur, distinctio hæc bo- næ fidei, aut stricti juris inseritur.

Neque conturbari debemus tex- 45. tu in l. si quis cùm aliter 36. ff. de verbor. obligat. ex quo exigūt Do- ctores dolum dantem causam con- tractui stricti juris, non irritare cō- tractum ipso jure, sed repelli agen- tem exceptione dolii. Patet enim, quod ibi Ulpian: non loquitur de dolo antecedente, sive dante cau- sam conventioni, neque etiam cir- ca substantialia, sed de dolo con- comitante, & incidente, & etiam circa accidentalia, ex illis verbis, *Si quis cùm aliter cum convenisset obligari:* si aliter enim obligandus erat: non igitur dolus dedit causam conven- tionis, & obligationi, neque etiam incidit ibi circa substantialia, quoniam illud verbum *Alier*, propriè refertur ad accidentalia, ad id quod potest aliter, vel aliter fieri: & pa-

tet etiam ex verific. sequent. ejusdē legis , ubi etsi nullus dolus intercessit , sed ipsa res in se dolum habet (quod præter omnes intelligo) non exemplo legis 2. C.de rescind. vendit. ibi enim actio datur : sed exemplo legis,cùm ab eo 41. §.mēsam,ff.de cōtrah.empt.ea enim specie , res ipsa in se dolum habet : & si vendens,seu stipulans imprudēs, etiam,& insciens affirmet mensam solidam esse argenti, id est nullum dolum in se habere , venditio , seu stipulatio nulla est , cùm tamen veritate prodita quis petat ex ea venditione , seu stipulatione , hoc ipse dolo facit, quod petit, & tunc repellitur exceptione dolii, quā exceptione non solum excluditur actio , sed aliquando excluditur tantum intentio agentis in judicio, nulla præexistente actione, l. palā. 2. §. si quis sine causa , ff.de dolo mal. except.

46. Secundum denique imprudentiæ attributum est, *Quid* in actibus humanis civilibus, illud *Quid* continet omnes contractus , sive juris gentium , sive juris civilis , sive solo consensu , sive re , sive verbis cōcompescantur, in actionibus autem, quā cadunt tantum sub genere moris , continet illud *Quid* morte turpe, vel contumeliosum, vel occultum , quando quis commiserit, vel protulerit , & se excuset nescisse esse talia.

47. Tertium imprudentiæ attributum , in doctrina Philosophi , est *Qua in re* , vel *in quem*, veluti in actionibus civilibus si z̄s pro auro emat,

l. quid tamen, ff. de contrah. emp. vel *in quem* veluti si crediderim pecuniam filio fam. quem vana simplicitate deceptus patrem fam. esse putavi, l. si quis in princip. l. itē. 7. §.8. l. Julianus 19. ff. ad Maced. vel minori , quem esse majorem existimavi, l. minor. 32. ff. de minor. cum simil. Aut in reliquis actibus humanis, veluti ignorantia Meropis uxoris Polybii Corinthiorum Regis, quā interfecto altero filio , cùm in alterum incidisset eum interficere voluit, ignorans esse filiū, & putans esse Sicarium : eo modo Oedipus patrem interfecit, & cum matre nuptias contraxit: vel si quē cum conjugato contraxerit , capit. penult. qui filii sint legit. & similiiter si quis aliud agens hominem occiderit, ut in l. idem 8. § 1. & l. si ex plagiis §. in clivo,cum simil. ff. ad leg. Aquil.

Quatum imprudentiæ attributū 48. est *Quare* vel *facilitate*, sive *organo*, neque Ulpianus distinguit in l. qua actione 7. §.1. ff. ad leg. Aquil. ibi occisum autem accipere debemus, sive gladio , sive etiam fuste, vel alio telo,vel manibus , si fortè strangulavit eum, vel calce petiit, vel capite,vel qualiter qualiter,vel si quis aliquem impellens damnum deridet, §. 3. ejusdem leg. & instrumento plerumque distinguitur voluntas , & propositum delinquentis, l. i. §. Divus ad leg.Cornel. de Sicar. Cujac. 15. obser. cap. 27. & apud Homerum Iliad. 5. Patroclus refert se æqualem puerum tali astragalo interfecisse imprudentem, simi-

simile exemplo est, de quo decisio amatori dederunt, quod putarunt extat ex cap. 22, de homicidio.

49. Quintum est, cuius rei causa, veluti nionendi, ac docendi discipulum, aut servum disciplinę causa castigans quis læserit, sive occiderit: quia levis dumtaxat castigatio concessa est l. sed et si 5. §. si Magister cum sequent. & l. Præceptoris, 8. ff. ad leg. Aquil. capit. Presbyterum 7. de homicid. Aut si medicus præbito medicamento valetudinis recuperandæ causâ ægrotum interfecerit per imperitiam, & imprudentiam d. l. 7. §. fin. cum l. sequent. in principio, ff. ad leg. Aquil. eodem modo Deianira interfecit Herculem, unde & ipsa apud Sophoclem in Trachin. eo imprudentia genere nominatim se excusat. Sic itaque Aristot. lib. 2. Eudem. c. 9. refert de Puellis, quæ pomum

amatori dederunt, quod putarunt eise Philtrum, cum in eo lateret venenum: eodem errore Lucretium Poëtam, sua sustulit uxor.

Sextum & ultimum est, de modo, ut si quis leviter alium percutere volens gravius forte pulset, & ita graviter læderet, sive occideret d. l. qua actione 7. §. sed si quis. 5. ff. ad leg. Aquil. Giphanius lib. 3. Ethicor. cap. 1. in omnibus his culpa imputatur, cum quod à diligente provideri posset, non fuit provisum, l. si putator 31. ff. ad leg. Aquil. quia ut inquit Senec. epist. 91. *Nihil nobis improvisum esse debet: id omnia præmitendus est animus: cogitandumq; non quidquid solet, sed quidquid potest fieri, & epist. 76. affuecamus futuris malis, & que alii diu patiendo levias faciunt: nos diu cogitando.*



C A.

C A P V T . V I I I .

De impotentia rationis illiusq[ue] generibus.

S V M M A R I V M .

1. *Quod est potentia quid improbissimum.*
2. *Ratio dubitandi ex Socrate.*
3. *Deducitur à doctrina Stoicorum.*
4. *Tres distinctiones Aristotelis.*
5. *Tertia distinctio, sive subdistinctio prima.*
6. *Quare impotens imperio rationis peccat.*
7. *Quid sit potentia hujusmodi.*
8. *Tria genera potentiae.*

- I.
- 
- INTER supradicta genera causarum efficietis actionum humanarum à Philosoph. i. Rhetor. enumerata, impotentia, seu perturbatio computatur, quam ipse suo more contra Socratem, & alios Philosophos differit (lib. 7. Ethicor. per totum) non solum quid esse, sed esse quid improbissimum reprehensione, & pœnâ dignum, & inde ejus disceptatio Politico necessaria est, de potentia enim recte operandi, sive cum ratione agitur.
2. Ratio dubitandi, (quæ in republica Socratis, decidendi erat) est: quia videbatur impotentis, non esse scientiam, & firmam existima-

tionem, sed levem dumtaxat, & imbecillam opinionem: ita ut facile cupiditatibus vincatur, trahatur, & rapiatur. At verò ei, qui ita obsistere nequit, veluti pueris, & furiosis, aliaque infirmitate, & impotentia corporis impeditis, venia est danda: ergo reprehensione caret, etiam animi potentia: quia quibus venia datur reprehensione sunt indigni, & proinde non sunt mali, sive improbi.

Hujus argumenti majorem probabat Socrates ex doctrina Zenonis dicentis, sapientem non opinari, itemque non ignorare, non fallere, non mentiri, Apathem semper, & imperturbabilem esse, ideoque minimè impotentem, exornat Justus Lipsius lib. 3. ad Stoic. Philosoph. dissert. 7. & 8. neminem nam-

namque existimabat Socrates tam improbum esse, ut quæ perspicuè mala esse cernat, ea tamè agat, cùm sciens nulli cedat malo, sed ignorans, & per imprudentiam agens: ideoque omnis improbus, stultus appellatur: omnis verò bonus, sapiens dicitur: quia nemo scientiâ præditus contra eam facit: ergo nemo sciens impotens esse potest, uti asserebat Plato.

4. Verumtamen hujus disputatio-
nis summa divisio est secundum Arist.lib.7.Ethic. c. 3. impotentem facere impotenter, partim scientem, partim ignorantem, & adfert tres distinctiones. Prima quod scire dicatur dupliciter, vel habitu, vel usu, scire namque & is dicitur, qui quamvis sit præditus scientiâ, tamen eâ non utatur, sed vel quiescat, vel aliud quid agat. Secunda distinctio est, quod syllogismus rationis humanæ in omnibus, quæ cadunt sub genere moris, partim est Theoreticus, partim practicus. Constat item ex Analyticis syllo-
gisimi sumptiones duas; alteram esse universalem, alteram singula-
rem. Ex duabus syllogismi sumptionibus (inquit Philosoph.) qui utramque quidem habet, singulari tamen non uicin, is adversus scientiam facere dici potest: nam actiones sunt rerum singularium: qui singulari sumptione non utitur, qui, inquam, adversus hanc facit, is in rebus agen-
dis adversus scientiam facere dicitur, at qui impotens adversus singulariem facit, que non facienda: ergo adversus scientiam fa-
cero dicendus est, quod negabat Plato. Ex quo efficitur impotentem peccare

cum ratione singulari, non univer-
sali, ut docet ipse Aristot. d. lib.7.
Ethic. c. ult. & rationem quidem
rationi non repugnare per se, sed
ex eventu, nempe cupiditatis, &
voluptatis, quæ impotentiam re-
ctè agendi inducit, argumentatur
enim recta ratio sic: Nullum turpe
est committendum, adulterium est
turpe, igitur adulterium commit-
endum non est. At verò ratio im-
potens, & voluntatibus sensuum
implicata, sic argumentatur: Om-
ne jucundum, & dulce est admit-
endum, adulterium, licet sit tur-
pe, est tamen jucundum, & dulce,
maximè cum hac muliere: ergo est
committendum: tunc cupiditas
substituit falsam, seu alienam mi-
norem propositionem, & ipsa est
causa, ut ratio ipsa in minore pec-
cet, & repugnet priori: impotens
enim novit quidem, nullas turpes
voluptates esse persequendas, sed
in actione, cùm accedere debet mi-
norem propositionem, non admit-
tit, suadente cupiditate, cui aliam
ingerit appetibilem, & sic inexcu-
sabilis est omnis homo, qui peccat,
quia (ut etiam agnoverunt Stoici)
Valentior omni impugnatione animus est.

Hinc tertia distinctio, seu po-
tiùs primæ subdistinctio est, ut ex
Philosoph. inquit Giphān. d.lib.7.
Ethicor. cap. 3. quod aut habitus
scientiæ est liber, & solutus, aut
constrictus, & impeditus, v.g. me-
dendi scientia in Galeno vigilante
sano, & sicco, sive sobrio, est habi-
tus quidem scientiæ solutus, & li-
ber, sed in eodem Galeno dormien-
te

te ebrio, aut furioso erit habitus scientiæ impeditus, & constrictus. Quare cùm cupiditatum, quibus perturbatur impotens eadem sit vis, quæ vini, somni, & furoris, rectè dicimus impotentem, licet habitu scientiæ præditum, constricto tamen & impedito, non verò soluto, ac libero. Nec removetur Philosophus ex eo quòd impotentes præclaras etiam sententias de rebus honestis dicere soleant: quia multi loquuntur, & pueri multa conglomerant non intellecta: & Histriones multa pronuntiant, non tamen ex animo, sed ficte, & simulatè, ita similiter impotentes cupiditatibus impediti, ut ait Poëta:

Dant sine mente sonum.

6. Sed dicendum est, quòd licet in hujusmodi impotente cupiditatibus sopito, sit habitus scientiæ quasi constrictus, & impeditus, non tamen ad scientiam universalem, videlicet omne turpe esse fugiendum, omne bonum amplectendum, ut ad hoc etiam est impeditus in ebrio, in dormiente, in furioso, & in pueris, & sic non peccant, Clement. si furiosus de homicid. l. infans 12. ff. ad leg. Corn. de siccari. sed perturbationibus cupiditatum implicatus, impeditus est, ut habitus scientiæ reducatur ad usum prohîc, & nunc, ut de se fatetur Medea apud Ovidium.

— *Vide o meliora, proboque,*

Deteriora sequor.

Ideò hujusmodi impotens peccat, quia non est impotens naturâ, aut præter naturam, sed contra natu-

ram, vitiositate scilicet, & corruptelâ malæ consuetudinis, quâ igniculi à natura dati, ita attenuati sunt, ut videantur extinti vitiis contrariis exortis: est enim imponentia hæc incorruptela, sive improba consuetudo peccandi, quæ apud Paulum I. C. in l. 5. ff. de ædil. edict. dicitur vitiositas, sive perturbatio, quia est perturbatio Hierarchie imperii, ac dominationis animi est denique illud, quod maximè, ac graviter, pugnat, & resistit rationis imperio, cujus vires ita subjicit, ut verè dicatur quod Poëta:

Eeretur equis auriga, nec audire currus habenas.

Hæc equidem impotentia servitus est rationis, contraria omnino imperio ipsius, exemplū in regula juris, ejus est nolle, qui potest & velle, velle nō creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini, ita qui velut gubernator navis, ut ait Plutarch. cedit fluctibus sœvis vento tumescientibus, ratio si obsequitur voluptatibus, si cedat, impotens est: sit igitur ratio Minerva illa Dea, quæ apud Homerum lib. 1. Iliad. fluctus pressit passionum Achillis, uti in Hercule, etiam refert Xenophont. lib. 2. memorab. & Cicer. lib. 2. offic.

Impotentiaz tria esse genera ad- 8. jungit Philosoph. lib. 7. Ethicor. cap. 1. scilicet Barbarorum, & Phreneticorum, ac improbitate insignium. In Barbaris (inquit) natura verè immania hujus generis facinora reperiuntur, ut qui liberos devorare solent, qui turpe non existiment

stiment cum matribus commisce-
ri : sed errat quidem Aristot. quia
Barbari non peccant naturâ, hoc e-
nim pacto, non peccarent nec esset
turpe , quod committerent , quia
natura nil facit , nec sit turpe , sed
consuetudine improbitatis insigni,
ut dixi sup.c.5. At verò melancho-
lici diverso jure censendi sunt, quo-
niā ex morbo s̄pē atrocissima
designant facinora, ut apud Soph.
Aiax. Ideò inquit Ulpian. vitium
corporis usque ad animum pene-
trat l. ob' quæ. 4. §. 1. ff. de ædil. edict.
tunc ædiles succurrunt, non tamen
cūm solius animi vitium est, l. 1. §.
10. in fin. ff. illo tit. d.l. 4. §. 1. cum
seq. eod. & quia melancholici sunt
qui atrâ bili vexantur, quod vitium
corporis est, & ita ad animum solet
penetrare , ut furiosi, & dementes
efficiantur, verba illa leg. 2. *Vel me-
lancholici*, disjungenda sunt à verbis
Ulpian. in l. 1. §. 10. ff. eod. de ædil.
quoniam hic nō de vitio corporis ,
sed animi tantùm decidit, & ita cō-
jungenda sunt, cum decisione ejus-
dem auctoris Pauli scilicet eod. l. 1.
ad edict. Curul. in l. Bovem 43. §. 6.
ff. eod. ubi datur redhibitoria de
furioso, & lunatico, cuius generis
est melancholicus, & in l. 3. ff. eod.
ibi: *Vel protervi*, legendum est *pectoro-
si*, ut rectè notat ibi Gotifr. quia quid
commune protervo cum gibberos-
sis, aliud vitium solius animi est, a-
liud solius corporis, ob illud nega-
tur redhibitio, sed tantùm concedi-
tur ex empto , ob hoc utraque l. 4.
ff. eodem.

Tertium genus impotentiaz est
quando sine infirmitatis corporis
vitio, sed consuetudine pravâ ex-
tremè improbi redditi sunt, quo in
numero (demptâ primâ impoten-
tiæ differentiâ) adscribendos exi-
stimo omnes Barbaros , turpes, &
immanes, qui ferè nihil differunt à
Clodio, & Hyperbolo sceleratissi-
mis, Catilina, & altero Clodio, An-
tonioque aliiſq; immanissimis , ac
improbis hominibus, qui licet cor-
pore sani sunt, insaniunt tamen ve-
hementius, quām fanatici , itaque
ait Vivianus apud Ulpian. in l. 1. §.
9. quod si servus inter fanaticos
non semper caput jactaret, & aliqua
profatus esset , nihilominus sanus
videtur , quia licet in suis actioni-
bus sit fanaticus, non ex infirmitate
corporis hoc vitio laborat , sed
ex infirmitate animi, pravâ scilicet
corruptelâ malæ consuetudinis ,
quo aspectu multi insani sunt , ut
puta leves, superstitionis, iracundi,
contumaces, & si quæ similia sunt
animi vitia , inter quæ etiam Vivianus
adnumerat intèr fana bac-
chari, & quasi dementes responda-
re, etiamsi per luxuriam , ut re-
ctè notat Augustinus i i. emendat
scilicet , per abusum rationis , per
morum solutionem, & effrenatam
animi cupiditatem, quæ vitia igne,
& ferro coercenda sunt, tantò pres-
siùs, quantò diutiùs animam deti-
nent alligatam, s̄p̄iusq; , ac in
deteriùs inclinatam , lib. capita-
lium 28. §. solent 3. ff. de pœnis.

C A P V T I X.

Quid operetur impotentia ad vitii precipitia inclinans: quid imperium rationis ad Eubuliam passiones reducens: inde plura etiam de spectaculis agitantur, & jura exornata supellecstile producent in lucem.

S V M M A R I V M.

1. *Homo ad res, quas appetit, trahitur, non solum per cognitionem, sed etiam per potentiam appetentem.*
2. *Ad moralem consequendam virtutem maximum est, gaudere his, quibus oportet, & odisse ea, quae oportet.*
3. *Prudentes exhoruerunt spectacula.*
4. *Omnia recta ratione, id est cum Eubulia agere debemus.*
5. *Quae ad vitium inclinant, vitanda sunt.*
6. *Auctores, qui docent vitanda esse spectacula referuntur.*
7. *Torneamenta pro Saturnalibus subrogata sunt.*
8. *Text. in l. septimia 10. ff. de Pollicitationibus interpretatur, juncta l. 6. ff. de annuis legatis, l. 122. de leg. 1. l. 6. cum seq. de Pollicitat. & Novella 105. cap. 1.*
9. *Donatio inter virum, & uxorem valebat gratia ludorum, & processuum.*
10. *Gotifredi rejicitur solutio, nova auctoris adjungitur varia litterarum supellecstile exornata inter l. 6. ff. de annuis legat. & l. 4. in fine, ff. de administrat. rer. ad civit. pertin. & exinde alia jura explicantur.*
11. *Constantinus cruenta spectacula esse prohibuit.*
12. *Permissum à lege injustum non videtur.*
13. *Honorius Imperator sustulit spectacula cruenta.*

14. Pon-

14. Pontifex Romanus caput Ecclesie, semper fixo calamo prohibuit cruenta spectacula.
15. Taurorum agitatio illicita est.
16. Arenarii omni jure sunt infamia aspersi.
17. Taurorum agitatio à gentilitia ferarum, venatione inducta est.
18. Athenienses primi auctores agitationis taurorum.
19. Pius Quintus Pontifex Roman. interdixit.
20. Quid observandum foret quando talia spectacula vobentur.
21. Gregorii XII. permisso quo pacto intelligenda est.
22. Spectacula, quibus mala insunt, neque honesto fine exercenda sunt.



I. Um homo ad res quas appetit, non solum, per cognitionem, sed etiam, per potentiam appetentem veherentiori motu trahatur, ut docet D. Thom. I. 2. quest. 22. art. 1. & 2. Si affectus (quos Tullius 4. Tusc. vocat perturbationes, seu turbidos animi motus, morbosque) non solum excitentur, sed progrediantur nulla reclamante ratione, nec audiat currus habens, abusu appetendi, & solutione vitiositatis, que impotentiae facilius incidunt in pravitatem, qui imperio non inclinato possent reduci in virtutem, nam cum affectus sint appetitus sensitivi geniti, si depravatus est appetitus, incidit semper homo in foveam, quam fecit: quia licet motus animi excitentur à natura indifferentes, usque dum secundum rationem objecti, & circumstantiarum accedente consensu voluntatis boni, vel mali progre-

diantur (ut eruditè docet P. Suarez ad I. 2. disp. I. de Passionibus sect. I. & 2. cum sequentibus) ramen ad moralem consequendam virtutem maximum est, gaudere his, quibus opertet (ut inquit Aristot. 10. Ethic. c. 1.) & odisse ea, quæ oportet: diversæ namque sunt, quæ ab honestis rebus, & quæ à turpis prodeunt, & non sit, ut quisquam justi capiat voluptatem, si non sit justus, aut musici, si non sit musicus, & in cæteris simili modo: non ergo delectabitur turpitudine, & scènitâ, nisi qui turpis, aut immanis sit, & saltem animo arenarius maleficus existimatur, dignus denique exhortatione, & infamia, qui cum maleficis versatur, Novella 115. cap. 3. *Nam amicus stultorum* (dicitur Proverb. capit. 13.) famili efficietur, ideò Philosoph. lib. 7. Polit. cap. 17. omnino obscenitatem verborum per Legislatorem exterminandam esse docet: ex turpiter enim loquendi licentia, imò & audiendi, & videndi, sequitur & turpe facere ex

Aa 3 lege

lege Romuli Balduin. refert cap. 9. Tiraquel. in l. 16. Connub. num. 32. & est ratio celebris Ulpiani in l. 9. in fine, ff. de adulter. ibi : *Quia sine colloquio illo adulterium non committetur.*

3. Unde irrefragabili jure, & ratione. Prudentes veritatis exhorterunt spectacula, ad quæ neisciunt convenire Catones, id est viri omnia ratione (ut oportet) agentes, & meliori quidem rationis imperio, quam Cato ille, de quo Valer. Maxim. lib. 2. c. de Majestat. & Cassiodor. lib. 1. epist. 27. & quem notâ affectationis inurit Martial. Epigr. 3.

Cur in theatrum Cato severè venisti?

An ideò tantum veneris, ut exires?

Nec ire enim licet, quia qui amat periculum, peribit in illo, ut docet D. Chrysost. 1. tom. homil. de David, & Saül, periculorum esse adire spectacula, & ex Platone lib. 4. de Republ. Cicer. lib. 2. de legib. exornat Mendoça lib. 3. de confir. Concil. Illiberit. c. 51. in fine : inde spectacula videre, prohibitum erat Scholasticis per text. in l. 1. tit. de studiis liberal. urbis Röm. C. Theodos. & etiam Clericis prohibetur c. 1. c. 9. ne Cleric. vel monach. & omnibus quidem fidelibus. Nam cum omnia recta ratione agere debeamus, id est cum Eubulia, ut inquit Philos. 6. Ethic. c. 9. quæ est rectum consilii, quo non solum rectum, & bonum rationi consentaneum, sed cum circumstantiis bonis, & rectis modo, temporique debito assequimur finem, ideo omnia

tempus habere docet sapiens, tempusque esse stendi, tempusque ridendi, si hæc sine modo & tempore, rationi, & legi, debito fiant, improba erunt, c. qui die 66. de consecr. d. 1. & quia ad Eubuliam cohibere, & reducere humanas passiones (cum pronæ sint ad malum) difficultatum est, inquit Eccles. c. 7. Melius est ire ad domum lucius, quam ad domum corrivii, &c. melior est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis, cor sapientium ubi tristitia est, & cor stultorum ubi latitia. Voluptatis enim impotens sit ratio, & ejus imperium in servitutem, sive impotentiam convertitur, ideoq; omnia, quæ possunt ad aliquod vitium animum inclinare, vitanda sunt, ut docuit Senec. epist. 7. Nihil est (dicens) tam damnosum bonis moribus, quam in aliquo spectaculo desidere, tunc enim per voluptatem, facilius vitia subrepunt: quid me existimus dicere? avarior redeo, luxuriosior, imo verò crudelior, quam inter homines fui. Idem agnovit Ovidius 2. de tristib.

Vis tamen hoc fatear, ludi quoque semina præbent

Nequitia.

Idem assentit Clemens Alex. lib. 3. Pædag. cap. 11. Quid enim (inquit) turpe factū non ostenditur in theatris? & exemplo facile irretiuntur homines, sive luxuriaz, sive sevitiaz, & sensit Juvenalis Satyr. 14.

velocius, & citius nos

Corrumptum vitiorum exempla.

Itaque omnia ea, quæ non possunt evitata rota qualis qualis feminis nequitia fieri, audiri, vel videri, facien-

facienda, audienda, nec videnda sunt, ut monent sancti Patres, & præcipue à theatralibus fideles removent. D. Augustinus lib. I. de civit. c. 32. & tom. 10. c. 21. D. Bernard. de convers. ad Cleros c. 12. D. Basilius de legend. libris Gentil. D. Cyprian: lib. 2. epist. 2. ad Donatum, D. Chrysostom. homil. 15. super Genes. S. Pater Thomas de Villanova concion. 2. de Joan. Baptista, Tertullianus de spectaculis cap. 17. & per rotum, Laetant. lib. 6 de verò cultu, exornant plures laudati à Cenedo in collect. 13. ad decretal. num. 3. Navarrus in Manual. c. 15. Joan. Gutier. lib. 1. Canon. cap. 7. Joan. de Roa in Apolog. quæst. 5. Joan. Garc. de Expend. cap. 21. num. 29. Parlador. rerum quotid. cap. 1. Mariana de spectaculis cap. 24. & 25. & eruditè Tiraquel. in d. l. 16. connub. num. 31. P. Gregor. lib. 39. Syntag. c. 5. Azevedo in l. 5. tit. 10. lib. 8. recopil. Ferdin. de Mendoça, ubi supra, Pichard. in §. juris præcepta num. 14. inst. de justit. & jur. Bobadilla lib. 5. Polit. c. 4. num. 20. & 23. Pater Azor. lib. 3. Moral. inst. tom. 3. c. 26. & Annæus Robert. lib. 4. rer. judicat. c. 15. Vivald. in Candel. aur. 3. p. c. 18. Ribera super Michæam c. 1. à n. 62. & alii relati ab his, & à D. Amaya lib. 3. obs. cap. 5.

Sed licet plura sint negotia, ad quæ pertineat omnis carnalis concupiscentia, ut dictum est in Concil. Moguntino cap. 1. ne Cler. vel Monach. pauca tamen perstringemus ad inducendam quam plu-

rium iurium explicationem, præcipue circa ea, quæ immanitatem, & feritatem rationis expertem ingeunt, theatra, nempe, & Saturnalia, quia torneamenta pro Saturnalibus ferè subrogata sunt: meritò igitur interdicuntur his, qui divino cultui sunt dicati, qui Christiano nomine sunt insigniti: quia viri sanguinis non ædificant templum Deo, ne cum Romanis, & Samnitis, & Deo sacrificet, & Saturno immani sanguineo, ac lascivo. Martialis inquit enim:

Nil lascivius est Christiano.

Saturnalibus ambulas togatus.

Et ne ei, qui omnium superiorum Rex, & Deus est, simul & illi insimo, & tristiori inferorum, honorem dicarent, quia Saturnus, non est inter Superos, sed inter Inferos relatius, itaque in Tartaro collocat Prometheus apud Eschylum:

Me consulente in Tariari receperibus.

Habet latebra antiquitus satum crorum,

Ejusque comites.

Et Tibullus:

Inde maleficus, & ominosus jus,

Aut ego sum causatus aves, aut omnia dira

Saturni, aut sacram me tenuisse diem.

Et Ovidius:

Nec pluriss oportet, nec te peregrina morentur

Sabbata nec dannis talia nota sunt.

Et Prudentius, & Victor in Hamartigenia:

Respic terrifici scelerata sacraria Diuinis,

Cui cadit infestâ fusus Gladiator arenâ.

Et

Et Nicolaus Damascenus dicit turpitudinem, & immanitatem, Saturnium sic. Quin & ad cenam se- pe amicos vocare soliti, cum ob alia, tunc ut bina, aut terna pars Gladiatorum vi- derent, quos vino jam, & cibo madidi intro vocabant, atque ille quidem crucifatur, isti planis manibus dabant tanquam in re la- za. Senec. epist. 96. homo sacra res, ho- mo jam per lusum, & jocum occiditur, & quem crudiri ad accipienda, inferendaque vulnera nefas erat, is jam nudus, inermisq; prodatur, satisq; spectaculi in homine mors est. Quis hæc spectabit, non dicam lætis, sed siccis oculis? viri enim boni (inquit Victor) proni ad la- chrymas: contra charitatem enim,

& pietatem naturalem Christianam, sunt spectacula teste Sapiente Ecclesiastici 7. Non desis ploranti- bus in rogatione, & cum lugentibus ambu- lat (Doctoreque gentium prædi- cante) flere cum flentibus (ad Roman. cap. 12.) gaudete cum gaudentibus, chari- tatem fraternitatis inuicem diligentes, ho- norem invicem prævenientes, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem sanctam, Deo placentem, rationale obsequium ve- strum, & nolite conformari huic saculo, in quo hominem homini infidiari, et si contra naturam, convivium, læ- titia, & celebritas sit. Horat.

Cedimus & totidem plagis consumimus hostem

Lento Sannites ad lumina prima duello.

Et inquit Capitolinus de vero, & Lampridius de Antonio, Gladiato- res ante convivium pugnantes si- bi frequenter exhibuisse, idem refert de Commodo Turnebus, & Dio, & Possidonius de aliis, refert

Lipsius Saturn. lib. 1. cap. 6. Et dia- boli suggestione, inductioneque coepit hæc insanias, & nefas sub spe- cie aliqua religionis à re funebri, & ut inquit Damascenus Nicolaus, Romani à Thyrrenis morem hunc accepere, & fortasse Hetrusci ipsi à Græcis, teste Hermippo apud Athenæum, & Statio Pæpinio lib. 6. inter certamina, ludosque Argoli- cos, etiam Gladiatorios scribente.

Occasionem, seu prætextum autem, & causam Tertullianus refert dicens: Olim quoniam animas de- functorum humano sanguine propitiari credimus erat, captivos, vel malo ingenio ser- vos mercati in exequiis immolabant: postea placuit impietatem voluptate adumbrare, itaque quos paraverant armis, quibus tunc & qualiter poterant eruditos max edicto die inferiarum, apud tumulos erogabant: hæc munera res igo, & ex Virg. Ser- vius:

Viventes rapit inferius, quos immolet umbris,

Idem asserit, & prætextu hujusmo- di religionis publicè datos fuisse Gladiatores, testatur Lipsius lib. 1. Saturn. cap. 8. Ex Valerio Maximo Roma in foro Boario Ap. Claudio, & M. Fulvio Coss. in finebre Brutii memoria patris cineres honorando, & ex Epitome Liviana. 16. D. Junius Brutus, munus Gladiatorum, in defuncti patris memoriam edidit primus. & ex eo lib. 23. & 29. & 31. & 41. & 38. de Scipionis mu- nere: Scipio (inquit) Carthaginem ad vota solvenda Diis, munusq;, quod mortis causa patris patruiq; parabat, edendum re- diit. dux, & author rei, stirps illa ve- neris, Cæsar Julius, qui munus po- pulo

pulo, epulumque in filiæ memoria pronuntiavit, & ex Sueton. & Dione, filiæ suæ, & bærarum cædes, & virorum pugnas exhibuit: in funere tantum olim noti Gladiatores, neque eo omni, sed virorum Principum, illustriorumque, non enim dabantur (credit Lipsius suprà) nisi in funere indictivo, suadet Cicer. lib. 2. de legibus, reliqua sunt in more inquit, funus ut indicatur si quid ludorum, & ex Apiano, & Floro refert Lipsius supra de Spartaci illo immani facto, qui Crixo è ducibus suis cæso 300. captivorum morte parentavit, & de Hispanis, qui in Viriathi funere decreverunt, ut in ejus honorem multa Gladiatorum paria super sepulchrum ejus dimicarent, sed paulatim vulgo etiam privati parentare cœperunt, ut inquit Tertullianus *privatorum memoris legacie editiones parentant*, & Seneca, *quidam disponunt etiam illa, que ultra vitam sunt, moles magnas sepulchorum, & operum publicorum dedicationes, & ad rogum munera, & ambitiosas exequias, munera ad rogum Gladiatorum esse edidit* Lipsius suprà: quos dare damnabantur hæredes. Horatius:

Ni sic fecissent Gladiatorum dare centrum

Damnati paria.
Et Persius:

At tu meus haeres

Quisquis eris paulum à turbâ seductor audi.

Dix igitur genioque ducis cencum paria ob res

Egregie gestas induco.

Quæ malè accipi scio de Hecatomba, Cicero pro Sulla, ita prorsus interpositi sunt Gladiatores, sed quos testamento patris deberi videmus. Transiit hic impiissimus mos (ut inquit Tertullianus) ab honoribus mortuorum ad honores viventium, quæsturas dico, Magistratus, flaminia, & Sacerdotia, non solum Romæ, sed in Provinciis, ut exornat Lipsius d.lib. 1. Saturn. cap. 9. & 10. & Tertullianus lib. de spectaculis, & ad honorem præsidi ipsi muneribus.

Hinc sese offert interpretandus 8. text. in l. Septitia 10. ff. de pollicitat. ubi Septitia certamen patriæ suæ pollicita est, ut fors apud eam remaneat, & inde usuras semiſſales ad præmia certaminum resolvat, & vir ejus præſideat, liberique in futurum: Modeſtinus respondit, cauſa, quæ certaminis editio licita est formam, pollicitationi datam servandam esse: ex quibus infero, de jure Canonico hujusmodi pollicitationem illicitam esse, & inde minimè servandam, est enim contra ius, & bonos mores. l. pacta quæ contra C. de pactis, cap. 1. & 2. de torneamentis Trident. ſeff. 25. cap. 19. de reformat. cap. qui die ſolemni. de conſecratione diſtinct. 1. & contra divinum dicterium Psalmiferi Psalm. 9. *Laudatur peccator in defideriis anime sue, et qui iniqua gerit benedicitur*. Victor acclamabatur, qui occidebat adverſariū: nunc etiam optima ſpectacula diſcuntur, quando à tauris multi feriuntur, & occiduntur homines,

B b

qui

qui iniqua gerit benedicitur, etiam in torneamentis, cap. donare res suas histrionibus vitium immane, non virtus. 86. distinct. cap. qui venatoribus donant, cum sequentibus ead. distinct. licet de jure civili permissum fuerit, immo admissum ex l. annuam 6. ff. de ann. legatis in honorem quidem civitatis l. civitatibus 122. in principio ibi: *Ad honorem pura quod ad munus* (Gladiatorum intellige ait Gotifred.) *venationemque ludos Scenicos, ludos Circenses relietum fuerit* ff. de legat. 1. l. 6. cum sequent. ff. de pollicitat. & Novella 105. cap. 1. ubi agitur de septem processionibus Consulum, in quarum transitu servum manumitti posse dicitur l. 7. ff. de manu. 9. vind. & ob quas donatio inter virum, & uxorem rata erat l. 41. cum sequentib. ff. de donat. inter virum, & uxori. primus ergo processus Circensium, & bestiarum spectaculis, & Thymeleos delectatione Kalendis Januarii fiebat. Secundus vero, spectaculum certantium equorum, quam Mappam vocabant. Martial. inde 12. epigram. 19.

*Cretaram Praetor vellet cum misere
Mappam,*

Praetori Mappam surripit Hermogenes. Tertullianus cap. 16. de spectaculis: *Cognoscite (inquit) dementiam vanitatis, misit, dicunt, mittunt invicem, quod simul omnibus visum est, teneo testimoniun cecidatis, non video missum quid sit, & Mappam putant, sed est diaboli ab alto præcipitati figura,* Josephus Scaliger. annuit 2. Manili.

— *Mittunt in tempore signum.*
Et Juven. Satyr. 22.

— *Megalefiaca spectacula Mappae.* Suetonius in Nerone c. 12. Tertius Consulum processus venatio erat theatrica. Quartus processus erat Pancarpum, sive sylva ex variis generibus arborum intertexta, sed Pancratiastis mos erat se pulvere inspergere, teste Statio in pugna Tidæi, & Achillis, & Virgil.

— *Fulvâ luclanur arena.*

Et Propertio.

Dum patitur duro vulnera Pancrasio.

Cujus meminit Senec. 5. de benefic. cap. 3. & 7. epist. 58. & de brevit. vita 8. Plin. lib. 35. & Tertullianus adversus Valentinianum, & *cum bestiis pugnantes homines, & vincentes audacia insuper, & interemptæ bestie,* nil ferè differt à Taurorum jactatione, quâ Hispani utimur, & Imperator in l. unic. C. de Athletis, & intelligendus est Ulpian. in l. 7. §. si quis in colluctatione, vel in Pancratio, ff. ad leg. Aquil. Quintus processus erat ipsa prostibula publicæ libidinis, Tertullian. cap. 10. de spectacul. quos Florales jocos nudandarum meretricum appellant. Seneca epist. 98. & de his, & aliis duobus processibus consulendus est Cujacius, & Gotifred. in d. Novella 105.

Unde miror virum omni eruditione peritissimum Gotifredum, nodum juris inexplicabilem l. 6. ff. de annuis legat. & l. 4. in fine de administrat. rer. ad civitatem pertinentium solvisse distinctione dishonestorum ludorum, ut quando ludi

ludi essent honesti, decisio Modestini servanda esset, quando vero inhonesti Valentis Jureconsulti subrogatio in aliud opus, & munus reip. necessarium: ignota tamen fuit haec distinctio, etiam usque ad tempora Justiniani gentilitia superstitione, ut patet ex d. Novella 105. & ex his, quæ ibi refert ipse Gotifredus.

Unde alio pacto dissolvere conabor, quia Aburnus Valens Jureconsultus fuit tempore Divorum fratrum Antonini Philosophi, & Eliae Veri, quo tempore coangusta fuerat praedicta amentia, & superstitionis tabes, quæ provincias pervaserat, ac municipia, ut ex Licio, & Josepho exornat Lipsius super cap. 10. sed à Nerone coerceri coepit (ne potius vitia illius, quam virtutes emularentur provinciales, ut ex verbis aliorum Imperatorum infertur in l. 1. C. de spectaculis, ibi: *Non invideamus, sed potius cohortamur*) hinc intelligitur textus in l. unic. C. de Majuma, ibi, ut *Majuma provincialibus laetitia reddatur*; pronibita enim erat provincialibus tantum, edixit ergo Caesar ne quis Magistratus, aut Procurator, qui provinciam obtinet, spectaculum gladiatorum, aut ferarum, aut quod aliud ludicum ederet, nam ante non minus tali largitione, quam corripiendis pecunias subjectos affligebant, dumq; libidine deliquerant, ambitu propugnabant, Cornel. Tacit. refert lib. 13. Annal. eò enim ventum erat, ut aliis legibus effusio ista fuisset coercenda, id ex Cicer. inducit Lipsius ubi supra, & ex Suetonio de adi-

litate Cæsaris cap. 10. & Augustus etiam edixerat, ne gladiatores sapius, quam bis in anno dari, nec plurium, quam 60. parium, sed haec potius diminutio ambitus, quam immanitatis, & inhumanitatis erat detestatio: inde Tiberius (Tranquillo referente c. 34.) ludorum, ac munierum impensas corripuit, mercedibus scenicorum rescissis, paribusque gladiatorum ad certum numerum redactis, & iterum Tiberius Senatusconsulto cavit, ne quis gladiatorum munus ederet, cui minor quadringentorum millium res: & Claudi privilegium, ut lectica per urbem vehetur, Harpocras libertus spectaculaque publicè edendi jus haberet, colligit ex Suetonio cap. 28. Lipsius lib. 1. Saturn. cap. 12. nisi ergo id ante vetitum, indulgeret frustra, sed & Nerone etiam Principe coercitum fuerat Senatusconsulto Romæ quoque, ut respergit Tacit. lib. 13. Annal. præter interdiuum provincialibus inditum, sed postea, iterum conculcato, Caligula permisit volentibus cunctis, etiam suprà numerum definitum. Gladiatores præbere, & Domitianus sequutus ingenioque, & scculo exæquatus, hanc immanem amavit detestationem, sed postea Antoninus Pius repressit, & Marcus Philosophus gladiatoria spectacula omnifaria temperavit, & ex Dione notat Lipsius contra Zonaram Imperatorem Nervam non eradicasse, sed minuisse ludos crebros (inquit) Circenses, &

B b z alia

*alia quadam spectacula sustulit immi-
nens, & temperans quid fieri posset sum-
pus.*

Quibus sic est tenebris in lucem editis, elucentur oracula Jure-consult. Valentis & contrarium Modestini, ille enim lib. 2. fidei-commissorum inquit, *Sed municipio pecuniam legatam, ut ex redditu eius venatio, aut spectaculo odantur, senatus in eas causas erogari vetuit, & pecuniam eò legatam in id, quod maximè necessarium municipibus videatur, conferre promittitur, l. 4. ff. de adm. rer. ad civ. pertin.* Hæc ergo decisio intelligenda de municipiis, quibus, & provinciarum colonis, non ita laxata erant spectacula, sicut Romæ, ut patet ex Senatus-consulto, dicente Nerone, teste Tacito, lib. 13. ann. & ex Senatus-consulto, cui contradixit Patus Thrasea ne è Syracusanorū civitate egredi, gladiatorum numerum finitum permitteretur: ideoque si pecunia legata esset municipio, ut ex redditu extra numerum definitum venatio ferarum, aut alia spectacula ederentur, senatus in eas causas erogari vetuit, & pecuniam eò legatam in id, quod maximè necessarium municipibus videtur, conferre permisit: cui interpretationi favet textus in l. 1. C. de expensis ludorum lib. 11. ibi: *Cum Præsidem provinciae.*

Idem etiam si contra interdicta supra relata Senatusconsulti, Tyberii, Antonini Pii, & Marci Philosophi, & Nerviæ, pecunia legata esset civitati in venationem ferarum aliâve spectacula, extra, vel ultra

numerum legitimum, observare, conferre debuisse, & debere in id, quod maximè civitati necessarium esset, juxta prædictam Valentis rationem, quâ etiam interpretandus est text. in d. l. unic. C. de expensis ludorum lib. 11. tit. 41. non ergo ex murorum privilegiis, ut existimant interpretes in cap. 12. & in cap. non minus de immunitat. Eccl. & Gutierrez lib. 1. practic. quæst. 3. Cevallos 4. tom. comm. controv. quæst. 897. à num. 17. Sa-
rus lib. 3. Thes. conscientie cap. 34. Petr. Gregor. lib. 3. de rep. cap. 7. Neque ex ratione humanitatis, ac lasciviaz coercitione, ut induxit præceptor meus doctissimus Amaya lib. 3. observ. cap. 5. num. 48. cum animadvertere debuisset, apud Diocletianum, & Maximianum vilissimas adhuc, immanesque, ac crudeles viguisse corruptelas hujusmodi: cum etiam & melioris notæ, & temporis Imperatores Valens, Gratianus, & Valentinianus laxaverint, ita ut integravoluntas esset, quæ volentium celebaretur impensis l. 1. 2. & 3. C. de spectaculis lib. 11. & in l. 1. eod. tit. C. Theodos. ibi: *Sed in eorum arbitrio maneat, quorum expensis, ac sumptibus procuranda sunt*, & utique Justinianus dict. Novella 105.

At verò Modestini decisionem, nempe annuam pecuniam ad ludos civitati relictam, quibus præsidere hæredes testator voluit, *Modestinus respondit fideicommissum quotannis in perpetuum reipubl. præstandum esse, intelligi oportet, vel intra numerum,* ita

Ita est intelligendum ejusdem Modestini responsum in d. l. Separatio 10. ibi causa quo certaminis editio licita est, ff. de pollicit. & in l. legatum 16. ff. de usufruct. leg. vel tempore Caligulae, & Domitiani, qui permiserunt volentibus cunctis, etiam ultra numerum gladiatores præbere. Neque in hujusmodi immani ambitu longius dissenseret Valens, Valentinianus, & Gratianus in d. l. 1. 2. & 3. C. de spectaculis, & in d. l. 1. & 2. eod. tit. C. Theod. lib. 15. tit. 5. & Honorius & Theodosius in l. 2. eod. lib. & C. de expensis ludorum tit. 8. ibi: *Cunctos judices admonemus, ut ludorum quidem quibus moris est* (scilicet theatrum Circensium, & ferarum venerationis, & cursuum, ut in d. l. 2. tit. de spectacul. C. Theodos.) *intersint festivitatibus, & oblectamentis favorem eliciant populorum, verum expensarum non excedant duorum solidorum, exceptas Athyarchis, Syriarchis, itemque Asyarchis, & ceteris, quorum nomen votiva festivitatis solemnitas dedicavit*, eorum enim *integra voluntas servanda erat* d. l. 1. de spect. lib. 11. & d. l. 1. C. Theo. eod. tit. atioqui, si non permitterentur, tanquam conditiones, quæ contra bonos mores inseruntur, remittendæ erant l. 9. l. 15. de cond. instit.

Unde deducitur quanti intererat ad eliciendum favorem, & acclamationem populi his certaminibus, & spectaculis præsidere: exindeque ne aliquid contra Populum Romanum a provincialibus excitaretur, Senatus vetuit lega-

tam pecuniam in spectacula, & ludos erogari, sed in id transferri, quod maxime necessarium erat, text. est sic intelligendus in d. l. 4. ff. de admin. rer. ad civit. pertin. idemque & eadem ratione Diocletianus, & Maximianus edixerunt in d. l. 1. C. de expensis ludorum lib. 11. quam etiam respexit Ulpianus in l. 14. §. 6. ff. de religios. & sumpt. Quid ergo (dicens) *si ex voluntate testatoris impensum est? sciendum est, nec voluntatem sequendam, si res egrediatur, justam sumptus rationem*, & ideo convertitur in aliud, quia parere conditioni non stat per Municipes, sed per legem l. 3. §. 6. ff. de leg. 3. nisi testator ad suos hæredes reverti legatum voluerit l. 17. de usuris l. 2. 1. de annuis leg.

Sed urbs Romana, ubi Princeps senatusve præsidebat, hoc edicto minimè indigebat, itaque laxis habenis integra voluntas servabatur ejus, cuius expensis Romæ celebraretur solemnitas d. l. 1. C. de spectaculis d. 2. eod. tit. C. Theodos. d. Novell. 105. & patet hæc distinct. ex Plinio lib. 4. epist. ad Sempronium Rusum, ubi refert Trajanum admississe edictum Trebonii: nam Gynnicus Agon, apud Vienenses, ex cuiusdam testamento celebrabatur, hunc Trebonius in Duumviro tollendum, abolendumque curavit: negabatur ex auctoritate publica fecisse, egit ipse causam, cui sententiæ rogarentur, dixit Mauricus, *Non esse restituendum Vienensem Agona, vellem etiam Rome tolli posse: placuit Agona tolli, qui mores Vienensem in-*

fecerat. At perruperat jam omnia septa inveterata licentia tempore Justiniani, nec Princeps, aut lex capere poterat tam effusis cupiditatibus modum.

*Tanquam enim longinqua valeret turbare
retusas.*

Ideò dict. Novella 105. cap. 1. referens omnia spectaculorum genera, inquit Justin. nullo horum noster privabitur populus, & Constantius in l. 3. C. Theodos. tit. 10. de Paganis: *Nam cum ex nonnullis, vel ludorum, vel Circensium, vel Agonum origo fuerit exorta, non convenit ea convelli, ex quibus populo Romano praebeatur prisacrum solemnitas voluptatum,* & etiam ad Provincias extendere Arcadius, & Honorius in l. 2. tit. 6. lib. 15. C. Theodos. de Majuma, ibi: *Ludricas artes concedimus agitari, ne ex nimia harum restrictione tristitia generetur.*

11. Quamvis Constantinus purissimo Sylvestri Romani Pontificis lacte in veritate nutritus cruenta spectacula, & omnino Gladiatores esse prohibuerat l. unic. C. de gladiatoribus lib. 11. tit. 43. & l. 1. C. Theodos. lib. 15. tit. 12. refert Eusebius lib. 4. de vita Constantini, sed Constantii sevitiam prorupit, qui ludricis, cruentisque delectabatur, uti retulit Ammianus Marcellinus lib. 14. sed quia quidquid à Principe, non solum permittitur, sed etiam præcipitur velut à lege permisum, imo concessum injustum non videtur, sed justum, 12. apud politicos appellatur l. 1. ff. de constit. juncta l. legis virtus,

ff. de leg. & licet injusta voluntas testatoris servanda non est l. 14. ff. de religios. & sumpt. fun. si tamen non solum sit permissa, sed etiam propter oblectamenta populi lætitiam, ac Principis admira, valet, text. sic interpretandus in d.l. annuam 6. ff. de annuis legat. cum sim. quamvis iniquè irruat in præceptum illud naturæ hominem homini infidiani nefas esse, neque ob hoc repressit Valens Valentianus, Gratianus, nec Theodosius, nec etiam Justinianus, ut ex d. juribus patet, & ex dict. Novella 105. & ab exceptione Munerariorum jure argumentatur Lipsius dicto libro primo Satural. cap. 12. permitti in aliis, nec illatione indigemus, instante decisione ejusdem Constantii in l. 3. C. Theodos. tit. 10. de Paganis lib. 16. ibi: *Nam cum ex nonnullis, vel ludorum, vel Circensium, vel Agonum origo fuerit exorta, non convenit ea convelli, ex quibus populo Romano præbeatur prisacrum solemnitas voluptatum,* unde exclamat D. Augustinus lib. 6. confess. cap. 8. *Alypium suum Gladiatorii spectaculi inhibitu incredibiliter abrepit,* & sub Honorio descriptis Prudentius damnavitque, ac preces interpolavit lib. ultim. contra Symmach. pro tollendis spectaculis, cruentisque ludis dicens:

*Quod genus, ut sceleris, jam nesciat aurea Roma
Te precor Ausonii, dux augustissime regni,
Et tam triste sacrum jubes, ut cæsara tolli.*

Et

Et paucis intersitis:

Arripe dilatam tua Dux in tempora famam,

Quodquia patris supereft successor laudis habeo,

Ille urbem verius, taurorum sanguine, tingi,

Tu mortes miserorum hominum probaberò licare,

Nullus in urbe cadat, cuius sit pena volupcas,

Iam solis contenta feris infamis arena,

Nulla cruentatis homicida ludat in ar-

mis.

13. Et sustulit quidem Honorius occasione Telemachi cujusdam monachi, qui gladiatores Romæ pugnantes pio quodam ardore deducere conatus, à populo lapidibus fuit obrutus, ut refert Theodor. lib. 5. histor. Ecclesiast. cap. 26. & Casiiodorus in tripartitæ lib. 10. cap. 2. & Justus Lipsius d. lib. 1. Saturn. cap. 12. Ita obviam itum ludo, non ludo, fugitivusque fuit exterminatus mos immanis, & cruentus, et si Consulum occasione à Just. iterum suscitatus, septem processus festivitatis inducente, ac dicente: *Nullo horum noster prævabitur populus*, d. Novella 105. c. 1. erant adhuc illi, quibus dicit Apostolus: *Deponite vos, secundum pristinam conversationem, recretum hominem*, qui corrumperit secundum desideria erroris, &c. & ibi, ut iam non sumus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrina in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris, ad Ephesios cap. 4.

14. Sed jam constanti, & firma fide humanitatis præmuniti, quia cur-

rus Ecclesiæ fertur ab illis, quatuor animalibus, quæ non reverebantur cum incederent, sed unumquodque ante faciem suam gradiebat, Ezech. cap. 1. quia Nemo mittens manum suam ad aratum, & respiciens retrò aptus est regno Dei, Lucæ c. 9. in fine. Hector Pintus exornat in d. cap. 1. Ezechiel. Auriga fidelium, qui habenas juris, & æquitatis retinet, aut remittit semper in faciem suam gradiendo, cruenta spectacula, & duellorum usum penitus exterminari præcipit cap. 1. de torneamentis c. 2. de Cleric. pug. in duello Sacr. Trident. sess. 25. c. 19. & Ecclesiasticam gladiatoribus denegat sepulturam, ut materiali careat Ecclesia, quia formali, sine congregazione fidelium, animo, & corpore moriens discessit.

Exhorrescit enim incruenta, pia, pura, & sancta Catholica religio hujusmodi spectacula, de quibus inquit D. Cyprianus lib. 2. epist. 2. ad Donatum in theatris quoque conspicias, quid tibi dolori sit, & pudori, & D. Chrysost. tom. 1. hom. de David, & Saül periculose esse adire spectacula, horruit etiam videre Cato ille Gentilis, Valer. Maxim. lib. 2. refert in cap. de maiestate, & Hispanus noster sapientissimus, Seneca epist. 7. Casu (inquit) in meridianum spectaculum incidi, lusus expetitans, & sales, & aliquid lacrimans, quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant: contra est, quidquid ante pugnam est, misericordia fuit, nunc omisssis rugis, mera homicidia sunt, nihil habent quo regnent, ad iectum totis corporibus expositi, nunquam frustra.

*fracta missum manum, quò munimenta
quo artes? omnia ista mortes mera sunt,
mane leonibus, & ursis, homines meridie
spectatoribus suis objiciuntur, imperfectores
interfecturis jubentur objici, & victorem
in aliam detinent cædem, exitus pugnanti-
um mors est, & epist. 96. homo sacra-
res, homo jam per lusum, & jocum occidi-
tur, & quem erudiri ad accipienda, infe-
rendaque vulnera nefas erat, is jam nudus,
inermisque productur, satisq[ue] spectaculi in
homine mors, talia enim perpetrantes
sunt membra diaboli, & Antichri-
sti, ideo Gladius uniuscujusque in fratrem
suam dirigeretur, quia scandalum iniquita-
tis eorum factum est, Ezechiel. cap. 7.
& 39. ob flagitia sua calamitatibus
premuntur, ut inquit ibi Hector ex
Psalm. 7. *Lacum aperuit, & effudit eum,*
& incidit in foream quam fecit, & Isai.
cap. 33. *ve qui prædaris, nonne ipse præ-
daberis?* de his dicitur per Ezech. re-
pleta est terra sanguinibus, cap. 9. & 4.
Reg. cap. 21. *impta est Hierusalem*
sanguine, usque ad os. Neronem culpa-
mus, aut Caligulam qui i. o. ali-
quot homines vitâ interficerunt i-
rà, sive metu: ecce unus Editor, ho-
mines supra mille, ludens interfe-
cit, & die non toto, atque hæc de-
litias vocabant, & cibum oculo-
rum: siebantque non per unius al-
teriusve lasciviam, sed velut publi-
câ lege, & decreto: ecce Tiberius,
cujus edicto per lusum jacuit im-
mensa strages (ait Tacit.) omnis
sexus, omnis ætas, illustres, igno-
biles dispersi, & aggregati: ecce
moderatus Princeps Trajanus te-
ste Dione spectacula centum, &
viginti dierum edidit, in quibus fe-*

*rz securæque animantes, inter-
dum mille, interdum ad decem
millia interfectæ sunt, gladiatorum
autem decem millia pugnarunt
Just. Lips. lib. 1. Saturn. 11. & 12.
ideò ab his fugiens regius Propheta,
Ne perdus (exorat) cum impius Deus
animam meam, & cum viris sanguinum
vitam meam, Psalm. 25. ut nullaten-
nus acquiesceret hujusmodi
cruentissimis ludis, etiam ad po-
puli, & impiorum acclamatio-
nem, veluti Principes gentium
immani sævitâ, & ambitu pleni:
inde severè, & rectè inquit Salvia-
nus lib. 5. de providentia. *Talia Jane*
que sunt in theatro, ut ea non solum dicere,
sed etiam recordari aliquis, sine pollu-
tione non posset: alia quippe crimina fungu-
lis sibi fermè in nobis vindicare portiones,
*ut cogitationes sordidae, animos, ut impudi-
ci aspectus, oculos, ut auditas improbi, aures,*
sea ut cum ex his unum aliquid erraverit
reliqua possint carere peccatis, in theatro
vero, nihil eorum reatu vacat, quia & cōcupi-
*scentiis, animus, & auditu, aures, & aspe-
ctu, oculi, itaque in illis imaginibus forni-
carorum, omnis omnino plebs formicatur,*
idem assertit D. Chrysost. tom. 2. homi-
mil. 6. in Matth. cum aliis suprà
*relatis.**

Ex quibus ferarum venationem 15.
in foro, sive taurorum agitationem
illicitam esse subscribere licet, etsi
hæc sententia non caret Antigo-
nistis, defendunt tamen plures re-
lati à Cenedo collect. 13. ad De-
cretal. & laudati suprà. Neque ipsi,
qui gladiatoriis delegabantur
negant (ut inexcusabiles sint) si-
quidem infami notâ illorum inu-
rebant

rebant frontem, l. 1. & 2. §. ait prætor, ff. de his qui not. infam. l. pen. C. eod. titul. l. libertus 27. ff. de oper. libert. & Suetonius cap. 35. dicens ex juventute utriusque ordinis senatorii, scilicet & equestris, hos etiam arenâ se polluisse, quâ, si licita esset, minimè notarentur, nam virtuti, & actioni rectæ rationis (ut oportet esse humanam actionem) laus debita est, non infamia, hæc enim pœna tantum scleratis est l. ictus fustium, ff. de his qui not. inf. indeque Vitellius quāvis ipse infamis, infamiam hanc, gêne quodam fustulit, cavitque severè, ne equites Romani ludo, aut arenâ polluerentur. Priors id Principes pecuniâ, & sèpius vi pepulerant: ac pleraque municipia, & coloniæ simulabantur corruptissimum quemque adolescentium pretio illicere, refert Tacitus lib. 2. hist. & ex multis J. Lips. lib. 2. Saturnal. cap. 3. & ex Manilio lib. 4.

Nunc caput in mortem vendunt, & funus arenae

Atque hostem sibi quisque parat, cum bella quiescunt.

16. Ideoque infamâ aspersi sunt omni jure, cap. definimus 4. quæst. 1. c. maritum 33. dist. c. pro dilect. de consec. dist. 2. l. Mimæ. 4. C. de Episcop. aud. l. 4. C. de spectaculis lib. 11. l. 2. C. de dignit. lib. 12. Novella 115. cap. 3. Si præter, exornat Rebard. lib. 3. variar. c. 11. Pet. Faber Semestrium c. 12. Tiraquell. de Nobilitat. cap. 14. num. 6. & multi relati ab Osuald. lib. 18.

comm. Donel. cap. 7. litter. A & à Deuistro ad Rosinum lib. 5. antiqu. à cap. 6. & Amaya supra nu. 8. Satis est pro multis Divus Chrysostomus in Genes. 15. qui nos verè, & fideliter ducit, & docet dicens, * Sed dices quale peccatum est videre equos currentes? si volueris omnia prudenter discere, quæ ibi fiunt invenies nihil absque Satana operatione fieri; non enim videntur soli equi currentes, sed clamores, & blasphemiaz, & multi intempestivi sermones audiuntur, quam doctrinam sequutus est condocens Sanctus Thomas de Villanova concion. 2. de S. Joan. Baptista, his verbis spiritu veritatis plenis, certè quis toleret bestiam illam, & diabolicam consuetudinem Hispaniaz nostræ de tauris exagitandis! Quid bestialius, quam stimulare brutum, ut homines laniet? O dirum spectaculum! ô ludum crudelissimum! Vides fratrem Christianum subito à bestia laniari, & non solum vitâ corporis, sed & vitâ animæ privari, & delectaris, & voluptatem capis? quanto studio laboraverunt Sancti Doctores, ut spectacula atrocias, & obscena ab Ecclesia removerent; factum hoc sola Hispania ritum hunc gentilitium observavit in dispendium animarum, & non est, qui redarguat, & prohibeat. Ego autem etsi scio, quod non proderim, faciam, quod deheo, ut animam meam liberem, itaque denuntio vobis in nomine Domini nostri Jesu Christi, quod omnes,

Cc qui

qui hoc agitis, vel consentitis, vel non prohibetis, cum possitis, non solum mortaliter peccatis, sed etis homicidæ; nec solum vos, sed & spectatores non sunt omnino tuti à mortali, quamvis eos non audeam condemnare. *Neque ego audeam ab his patris assensu discedere, qui omni jure naturæ ratiocinationis, & Ebuliæ perpenso, cum circumstantiis etiam objectivis, ita edocuit, & cui, ratione, & veritate subnixâ, fixâ manu sub-

17. scribo. Sapit enim hoc certamen gentilitiam illam venationis ferarum immanitatem, & superstitionem, ut Tertullianus ad martyres inquit, quod otiosos affectatio armorum ad gladium locat? certè ad feras ipsas affectatione descendunt, & de morsibus, & cicatricibus formosiores sibi videntur, & Trebellius Pollio in Gallienis. Cum taurum ingentem in arenam mississet, exiisse fecit ad eum feriendum venator, neque perductum decies posuisse occidere, coronam venatori misit, & muscicantibus cunctis, illi dici justit, taurum toties non ferire difficile est, & illorum equites equitanes tauris insubabant, ut nostri moris est, no lanza, à rejon, Plinius testatur lib. 8. histor. cap. 45. ita loquens vidimus de imperio dimicantes, & ideo demonstratos rotari cornibus cadentes excipi, iterumq; resurge-re, modò jacentes ex humo tolli, bigariumq; etiam curfu citato, velut aurigas insistere. Thessalorum gentis inventum est, quo iuxta quadrupedem cornu intorta cervice tax-ros necare, primus id spectaculum dedit Roma Cæsar Dictator, sic in vetusto denario apud Ursinum de famil.

Rom. pag. 140. Cæsar's caput im-premium videtur, & in altera parte taurus concitatus, ac furens: & a-pud Sueton. in Claud. cap. 21. legimus, Claudium inter cætera spe-ctacula edidisse Thessalos equites, qui feros tauros per spatia circi a-gerent, defessos infilirent, & ad ter-ram cornibus detraherent, hunc ludum, quia non ludum à feris ho-mines laniari, extinxisse videtur Theodosius Magnus, uti ex. Pruden-tio deducitur suprà.

Hie urbem versus, taurorum sanguine tingi.

Et ex l. 1. C. Theodos. lib. 15. titul. 11. de venatione ferarum, ibi: *Quan-doquidem occidente feras, non venandi, re-numrandiq; licentiam dederimus, & deci-sione Constantini: hoc etiam cruentissimum spectaculum subla-tum est, d.l. unic. de Gladiator. & l. 1. C. Theodos. eo titulo explicat Brison, de spectaculis fol. 37. Petr. Faber l. 2. Semest. cap. 10. & 11. Amescua de potest. in seipsum lib. 2. c. 11. Rosin. lib. 5. antiqu. cap. 24. ubi Demster. P. Gregor. lib. 39. Syntag. cap. 5. num. 18. Amaya l. 3. obser. cap. 5. à num. 69. & ex Cassiod. libro 5. epist. 42. actus de-testabilis, certamen infelix, cum fe-ris velle contendere, quas fortiores se non dubitat invenire: sola est ergo in fallendo præsumptio, unicum in deceptione solatum, qui si feram non mereatur effugere, in-terdum nec sepulturam poterit in-venire, adhuc superstite homine perit corpus, & antequam cadaver efficiatur truculenter assumitur, hunc*

- hunc ludum crudelem, sanguinariam voluptatem, religionem impiam, humanam feritatem Athenienses primi, ad civitatis suae perduxere culturam: itur ergo ad talia quæ refugere deberet humanitas, primus fragili ligno confixus, est una canuela, currit ad ora belluarum, & illud quod cupid evadere, magno impetu videtur appetere, ille invitat exitiabilem feram, & nisi periclitatus fuerit, nihil, unde vivere possit, acquirit: quibus rationibus, & authoritatibus, & aliis motus
19. piissimis, Pius Quintus Pontifex Maximus hoc immane spectaculum interdixit ann. 1567. et si ad petitionem Philippi Secundi Regis nostri à Gregor. XII. ann. 1575. permisum fuerit, quod merito deplorant Gregor. Lopez in l. 57. tit. 5. Partit. 1. Avend. in cap. prætor. 2. part. cap. 10. num. 12. Marian. de spect. cap. 24. & 25. Navarr. de restitutione lib. 2. cap. 3. num. 300. Parlador. suprà relati ab Amaya l. 3. observ. cap. 5. num. 73, & in Trajan: Plinius exhorrescit immanitatis hujus aspectionem, profertens contra Domitianum, hæc verba, *Nemo spectator spectaculum factus miseru voluntates unco, & ignibus expiarne, dicens ille, veriq. bonoris ignarus, qui criminis maiestatis in arena colligebat, & Senec. lib. 1. de Clem. cap. 26. Non spectacula ex quibus materia criminis, ac periculi queritur.*

Contrariam tamen sententiam, nempe taurorum agitationes frequentari posse, & licitas esse defendunt plures, præcipue Medina in

cap. de restitut. quæst. 21. Spino de testament. gloss. 2. à num. 27. Roa in Apolog. quæst. 5. Ame scua supra cap. 11. & alii relati à Gutier. lib. 1. C. d. c. 7.

Sed observarem, quod si aliquis privatus, vel civitas, hoc spectaculum edere pollicetur, in honorem alicujus Sancti, adhibitis Primoribus civitatis, sive Antistite, dispi ciendum est, in quam rem converti debeat votum, siye fideicommis sum, ut memoria voventis, & ejus cui vovetur, alio, & licito genere celebretur, quod & in tenebris Gentilitiaz immanitatis vidit, et si cæcuriens Modestinus in l. legatum 16. ff. de usufruct. legato, & in l. Septitia ibi, quo casu certamannis editio licita est, ff. de pollicitat. l. legatam, ff. de administ. rerum ad civitat. pertin.

Neque obstat, quod Gregor. XII. 21. permiserit Hispanis exagitare tauros, quia ut inquit alter Gregor. & Magnus ex Apostolo, hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium, non enim sine virtute, quod ignoratur, & non præcipitur, peccatum profecto vidit, quod posse indulgeri prævidit, cap. nervi in fine 13. distinct. & D. Joan. Chrysostom. ex eod. Apost. 1. ad Corinth. 7. & ex Deuter. 14. Matth. 19. propterea bene dixit, quia Moyses hoc permisit (id est libellum repudi) non præcepit: aliud est enim præcipere, aliud permettere, quod enim permittimus nolentes præcipimus, quia malas hominum voluntates ad plenum

Cc 2 prohi-

prohibere non possumus, cap. 9. 3 i. quæst. 1. Hinc licet otii non minus, quam negotii ratio extare debeat, ut agnovit Cicer. pro Plancio, sed inscius vulgus populi irruit in eos, qui ludos publicos impedi- re conantur, ut de Græcis testatur Cælius Rodigin. antiquar. lect. lib. 8. cap. 7. ideo infessa solicitudine Romani favorem populi elicie- bant spectaculis, l. 1. titulo 9. l. 15. C. Theodos. Alexand. ab Alexand. dier. gen. lib. 6. c. 6. & ne tristitia generetur, ita ut sint novissima pe- jora prioribus, ideo permisum fuit à Gregor. XII. imò remissum, quia permitti, idem est quod remitti l. 3. ff. de publ. jud. l. de qua §. ab- sentem, ff. de judiciis, eruditè Gi- phan. in l. 2. C. de præc. Imper. of- fer. & ex Cujac. & Iræneo Justus Lipsius lib. 1. Annal. Tacit. nu. 51. ad verba illa *remisi Caesar adroganti moderatione*, sic intellig. text. in l. le- gis virtus, ff. de leg. remissa est er- go pœna legalis, non tamen rea- tus rationis naturalis, argum. d. c. 9. d. 3 i. quæst. 1. quo pacto vita- bit rotam homicidii, qui occasio- nem, imò causam præbet, qui me- more angitur si mansueti sunt tau- ri, qui anxiè desiderat videre tau- rum irruentem in homines, & cor- nibus rotari, et si facto seram offe- rat humanitatem, quin etiā, ut de- testatur Lactantius *pereussus jacentes reperti cupians*, & *cadaveria icibus dispergi*, ne quis illos dissipata morte delu- dat, estne super alias ad sævitiam gradus; cùm plagis, ut inquit Pli- nius lib. 28. ne ferarum quidem

admoveri ora fas sit humana, ideo multi, declamat Quintil. declam. 289. à gladiatorum vulneribus a- vertunt se, & quamquam nemo dubitet illud spectaculum esse in parte pœnarum, tamen nequissi- morum quoque hominum supre- ma pericula habent suam gratiam, sed miseriores gladiatoribus sunt ii, qui taurorum cornibus venti- lantur, quia sine missione, nec An- tonino, nec adversario irrationali, nec populo supplicare potest, quia nec Cæsarem reverentur tauri, nec desinunt vincentes trucidare vi- ctum, uti gladiatores. Ovidius de Ponto.

*Cæsaris adventu ruita gladiator arena
Exit, & auxilium non leve vulnus ha-
bet.*

Nec signum digitii intelligit accla- mantis populi, imò potius, quasi pollice converso sævius irruit ite- rum, atque iterum in jacentem taurus, & etiam clangore tubæ excitatur ferali, usque dum illatis libitinæ thoris funus ducitur ante mortem: argumentor gladiatoriis relatis à Justo Lipsio l. 2. Saturn. cap. 21. & 22. qui in cap. ult. eod. lib. defendit Legislatores multas meditationes gymnasiaque insti- tuisse optimo jure ad fortitudinem animadversioni pariter, & exem- plu fortiter agere, & fortiter pati, ut Cicero inquit Tuscul. 2. cru- dele gladiatorum spectaculum, & inhumanum nonnullis videri so- let, & haud scio, an ita ut nunc fit, cùm verò fontes ferro depugna- bant auribus, fortasse multæ oculis quidem

quidem, nulla poterat esse fortior pro ludo, & lætitia capere fas est, contra dolorem, & mortem disciplina: & ex Plinio, Spartiano, & Capitolino exornat ipse Lipsius ad palæstram justi belli, victoriz-
que palmam, exhortationem suis-
se. Sed nos puriore, & humaniore
22. limpha lactati exhorremus fra-
trum cædes, & calamitates; omnes
enim membra esse unius corporis
discimus ab Apostol. & ita ad in-
vicem nos diligere, ut ploremus
cum plorantibus, & lugeamus cum
lugentibus, nec animadversio-
nem etiam nocentium, & sotium
sed lachrymis, & ululatu se pun-
gere, & compungere, ideò non est
ludus gladiatorum legitimus, &
justus modus puniendi, & corri-
piendi, nec sunt facienda mala,
unde etiam eveniant bona capit.
sic non sunt 10. 32. quæst 4. finis
enim rerum agendarum potest es-
se honestus (ut inquit Philosoph.
lib. 6. Ethicor. cap. 9.) modus ta-
men, & ratio agendi improba, id-
eoque, nec sine honesto spectacu-
la, quibus mala insunt, exerce-
da sunt.



Cc 3

CA-

C A P V T . X.

De actibus humanis, & civilibus, qui coactione conditionali sunt, inter aliquosque eorum singularis, & radicalis differentia novè prælibatur, quā iura difficillima interpretantur.

S V M M A R I V M.

1. Coactione conditionali gesta voluntaria sunt, triplice ratione Aristoteles probatur.
2. Metus definitio.
3. Trepidatio mentis debet præcedere, antequam actio fiat.
4. Text. in l. metum, §. denique, ff. quod metus causa. & in l. 1. §. 29. ff. de vi & vi ar. interpretantur.
5. Text. opponitur in l. 33. §. si Dominus, ff. de usurpat.
6. Solutio Bartoli, & Oſualdi rejicitur, ac Cujacū laudatur, & admittitur.
7. Edictum quod metus causa, quando locum habet remissiōnē.
8. Text. in l. nec timorem 7. in princip. ff. quod metus causa explicatur, non reclamante text. ibid. §. 1. & in l. 4. in princip. ff. de conduct. ob turp. caus.
9. Regula eorum, quae metu conditionali sunt, è quā duæ tantum exceptiones præscribuntur.
10. Promissioni liberali metu extortæ jus naturæ resistit, & inde nulla est, & irrita ipso jure, corroboratur hæc sententia ex multis notabilibus.
11. Quæ à jure gentium naturæ corruptæ prodeunt, valent ipso jure, metu etiam adhibito, & quare.
12. Matrimonium metu injusto celebratum nullum esse ab origine naturæ prælibatur.
13. Basilius de Leon, licet subtiliter rejicit aliorum rationes differentiae, ipse quoque rejicitur.
14. Re-

14. Regule exceptiones duas, promissionem scilicet liberalēm, & matrimonium confirmat jus positum.
15. Iuramentum metu gravi extortum nullum est ipso jure, & ideo nihil eo robatur.
16. Matrimonium nullum, ipso jure naturae, non confirmatur juramento.
17. Matrimonium nullum, ex decreto Tridentini, non robatur juramento, & quare.
18. Text. in cap. inter cetera 22. quest. 4. exornata, ac nova explicatio ne traditur, & multa alia jura.
19. Metus injuste illatus etiam à Principe, vel à judice irritat matrimonium.
20. Text. in cap. veniens 15. de sponsal. interpretatur.
21. Ratio justa cogendi requirit antecedentem liberum consensum.
22. Text. in l. si patre cogente 22. ff. de ritu nupt. explicatur.
23. Matrimonium, etiam si fiat in utilitatem coæcli, nullum esse defenditur contra Farinacium, & Basiliū de Leon.
24. Matrimonium si fiat ratione utilitatis, etiam si alias non fieret, validum est.
25. Text. in l. qui in aliena §. fin. de acquir. hæred. genuina intelligentia inseritur.
26. Sponsalia metu contracta quare valeant ipso jure.
27. Text. in l. 1. § fin. ff. de auëlor. tutor. exponitur (& ex inde utrum parochi, & testium præsentia in matrimonio sufficiat vi retenta) & text. in l. 20. §. fin. de iustam.
28. Text. in l. 2. in fine principii, ff. de judiciis, cum l. si convenerit, ff. de jurisdictione omn. judic. & aliis juribus, nova editur intelligentia.
29. Quo pacto electio metu extorta sit ipso jure nulla explanatur.

L. **P**er necessitatem deni rationibus docet Aristoteles 3. E que geruntur ea, quæ thic. cap. i. vi externa fiunt: si præcisa vi, involuntaria est, fierine debeant, necne. Secundum sunt: si mixta, seu da, quia suo proprio motu, non conditionali, voluntaria eis tribus primo, (scilicet vi prima inter na

na impulsuum naturalium, cuius locum occupat vis externa, ut in nui suprà cap. 6. ideò dicitur coactum, quasi contra actum appetitus eliciendi, ab ipso paciente) sed secundo & tertio, rationis nempe, & voluntatis, impelluntur conditionaliter coacti : itaque in sua potestate est fieri, vel non fieri, ac per consequens voluntarium est. Tertia, quia mixta coactione, seu conditionali facta interdum laudantur, interdum vituperantur: sed laudatione, aut vituperatione digna facta voluntaria sunt: igitur rectè dicitur voluntas coacta voluntas est, l. si mulier, s. si meru, ff. quod metus caus. l. 22. ff. de ritu nupt. l. 85. ff. de acquir. hæred. prosequitur Obertus Giphan. Philosoph. & J.C. in d. lib. 3. Ethic. d. cap. 1.

2. Metus igitur definitio (licet *Laconicè differere nostro opus est instituto*) apud Ulpianum l. 1. ff. quod metus caus. dicitur *instantis*, *vel futuri periculi causa mentis trepidatio*, consentiunt Philosoph. supra, & 2. Rhetor. c. 5. & Cicer. 4. Tuscul. illustrant omnes Interpretes relati ab Anton. Fabro, & Duar. ibi, c. 1. & Petro Fabro in l. nihil 116. de regul. jur. Joan. Spineo lib. 7. de tranquillit. animi in princip. Julio Scaligero exercit. 312. Donello lib. 15. comm. c. 38. & ibi Osualdo plures referente litt. C. cum sequent. & Thom. Sanchez lib. 4. de matrim. disput. 1. per totam, ac Basilio de Leon lib. 4. de matrim. c. 1. cum sequent. & probat D. Thomas ex ratione 1.2. quest. 6. art. 4.

& 6. docens ea, quæ fiunt metu, esse simpliciter voluntaria, quia actus elicitus à voluntate, est per se ipsuma intrinsecè voluntarius, unde hoc est omnino inseparabile ab ipso, ita confirmatur ex D. Anselmo Dialog. de liber. arbitr. & disserit Suarez cum Theologis ad 1. 2. D. Thom. disput. 2. sect. 5. num. 6. & disput. 3. sect. 1. tract. 2.

Ex quâ definitione deducitur, 3. quod trepidatio illa mentis debet præcedere, antequam actio metu extorta fiat, licet inferatur ob futurum instans periculum: incussio enim metus, & trepidatio mentis agentis ita præsens debet esse, quod præcedat, & det causam auctui, et si causam conditionalem, ita ut possit homo eligere, quod maluerit, sic est intelligendus, text. in l. metum 9. in princip. l. isti quidem 8. s. 1. cum seq. ff. eod.

Neque obstat text. in d. l. me-4. tum, s. denique vers. *Aliter*, & in l. 1. §. 29. ff. de vi & vi ar. juncta auctoritate Ciceronis in oratione pro Cæcina, *fuisset in loco, & ex eo metu perterritus fugisset, & cum armatos vidisset, dicere non esse interdictum? dejectum re opinor*. Ex quibus videtur, non esse necessaria præsens incussio metus, sed tantum suspicio; quia respondeo cum Ulpiano in l. 3. §. 5. ff. de vi & vi arm. quod sufficit terror armorum in illum qui fugerit tendentium, ut videatur vi dejectus, quid enim interest, verbis voluntatem suam declarant, an rebus ipsis & factis? argumento l. de quibus, ff. de legibus, tunc quidem non solum

lum est suspicio, sed incusio metus, & trepidatio mentis realis & formalis, magis movent oculi, quam aures, ait Seneca epist. 6. & lib. 2. natural. c. 12. & patet ex distinctione Ulpiani in d. l. metum, d. s. denique, & in d. l. 3. d. s. 5. & 6.

5. Neque contrà prædictam assertionem insurgit Julianus in l. non solum 33. s. si Dominus, ff. de usurpationibus. illis verbis *armatos veniens existimaverit*, nam licet Bartol. in d. l. metum, & Osualdus sibi arrogans lib. 1 s. comment. c. 39. lit. I. asserat illam existimationem furentis in d. s. Dominus. sufficere ad hoc, ut amittat possessionem, cum animo, & corpore è fundo exierit, non ad hoc, quod possit interdicto uti, sive actione, quod metus causâ, ut in d. versic. *Aliter*, alioqui fundus usucapi non posset antequam in potestatem Domini rediret, s. furtivæ inst. de usucap. at verò Julianus ibi usucapi posse fatur.

6. Sed hæc solutio nunquam mihi placuit; quia primario quæritur apud Julianum utrum fuga illius qui in fundum suum veniens armatos ibi existimaverit, non solum non ingrediatur, verum etiam profugerit, sitne metu coacta? duplex est enim ratio dubitandi, prima eadem quæ in l. 1. s. 24. ibi: *Mox revertens prohibitus fut ingredi, &c. ademisti enim ei possessiōnem, quam animo retinebat, et si non corpore, ff. de vi & vi arm.* secunda ex d. l. metum 9. in princip. ff. quod metus causa, ubi deciditur existi-

mationem, sive suspicionem non sufficere: primæ autem rationi dubitandi satisfacit Ulpianus in d. l. 1. s. 24: secunda tamen adhuc indissolubilis est, & erit dum verbum illud *existimaverit*, pro verbo *Extimuerit*, non mutuetur, hoc enim deber Juliano restitui, illud autem Triboniano, sive potius Typographis imputari, ut rectè notat Cujacius in d. l. metum, & ex eo Pacius centur. 2. qu. 70. & Gothofredus in d. s. si Dominus, quibus subscribo, et si mihi sit hæc peregrina ratiocinationis investigatio: refugium enim Osualdi supradictum (licet aliud non possit reperiri) inefficax est, ab illaque quæstione alienum: quia est secunda quæstio, videlicet supposito, quod ita fugiens censeatur vi dejectus, ut decidit Julianus, si tamen nemo ex hominibus armatis fundum ingrediatur, fundusne affectus remaneat, ita ut antequam in potestatem Domini redeat, non possit usucapi à bonæ fidei possessore? & respondet usucapi posse, *Quia lex Plautia, & Iulia eadem veruit longā possessione capi, qua vi possessa fuissent, non etiam ex quibus vi quis dejectus fuisset*, de hoc igitur vi dejecto nostra quæstio est, non de illis rebus vi possessis.

Deinde sciendum est, quod ad 7. hoc, ut voluntaria coacta sint involuntaria secundùm quid, nempe ex ratione metus, qui violenter excitavit voluntatem ad volendum, quod remoto illo non vellet, & exinde rescindatur edicto Prætoris quidquid tali causa fuerit actita-

D d tum,

tum, quia verè valuit, quia volitum
verè fuit: non sufficiat quilibet
metus, sed is, qui in virum cadat
constantem, l. metum s. cum seq.
ff. quod metus caus. l. vani timoris
de reg. iur. l. interpositas 13. de
transact. l. si voluntate, C. de re-
feind. l. siquidem C. de contrah. sti-
pul. c. Cùm dilectus, de his, quæ vi-
e veniens, c. consultationi de spon-
sal. c. fin. de appell. exortant præter
antiquiores in d. juribus D. Thom.
in 4. dist. 29. art. 2. Sylvest. in sum-
ma verb. metus, Fortunius Garcia
de ult. fine illat. 22. Tiraquell. in l.
9. connub. nu. 159. Covar. in 4. 2.
part. c. 3. §. 4. n. 2. Boërius decis. 100.
n. 2. Joan. Gutier. consil. 17. nu. 2.
Menoch. de arbitr. easu 135. Pau-
lus Cypreus de sponsal. c. 13. §. 15.
num. 4. Dyar. ad titul. quod metus
caus. c. 1. & Cujac. & Anton. Faber
in d. l. metum, Donell. l. 15. comm.
c. 38. ubi Osuald. litter. D. Thom.
Sanchez lib. 4. de matrim. disp. 7.
Basilius de Leon lib. 4. de matrim.
c. 2. cum sequent. apud quos nulla
hujus conclusionis investigatio
desideratur.

8. Adjiciam solum explicationem
difficilis admodum, & indissolubili-
text. in l. nec timorem 7. in prin-
cip. ff. quod metus caus. nam cùm
infamia nulla sit levis viro bono,
mortique æquiparetur l. justa 9. ff.
de manumiss. vind. imo & exce-
dat, l. isti quidem 8. §. pen. ff. eod.
quod metus caus. difficile quidem
est intelligere Ulpian. dicentem:
Nec timorem infamie hoc edicto contineri,
juncta illa negatione *Nec, quæ qua-*

*litatem præcedentem negando re-
petit, & præcedens qualitas metus
sit in lege proxima, nempe l. 6. cu-
jus decisio est J. C. Caii, qui do-
cet *Metum non vani hominis, sed qui mo-
ritu & in hominem constantiam cadat*
ad hoc edictum pertinere, cui conju-
xit Tribonianus decisionem Ulpiani ex Pedio, *Nec timorem infamie
hoc edicto contineri*. Nemo igitur (ni
fallor) dubitat, quod istis ver-
bis, & sententiæ minimè Pedius,
neque Ulpianus, illam dederint
qualitatem præcedentem metus
vani hominis, quam Tribonianus
ex Caio interjecit, siquidem me-
tus infamia, viris bonis constanti-
simis, & prudentissimis major,
quam mortis esse debeat d. l. 8. d. §.
penult. & indistinctè in d. l. justa,
cùm ibidem à Doctoribus intersi-
tis, restituantur: ergo sedi ipsius Ulpiani
verba cum qualitate propria,
& adæquatâ præcedente, sub eo-
dem lib. l. 1. ad edictum juncto ver-
sic. *Metum, qui est principium legis*
9. ff. eod. quod metus causa, &
unico spiritu ita legantur, *metum au-
tem præsentem accipere debemus, non su-
spicionem inferenda ejus, & ita Pompu-
nius lib. 28. scribit: ait enim metum illa-
rum accipiendum, id est si illatus est timor*
*ab aliquo: nec timorem infamie hoc edi-
cto contineri, Pedius dicit lib. 7. neque ali-
cujus vexationis timorem per hoc edictum
refutui, quoniam si timor infamie,
vel mortis, vel alicujus gravis ve-
xationis, non incutitur, neque in-
fertur ab aliquo extraneo, hoc e-
quidem edicto non continetur:*
metum enim accipere debemus
præ-*

presentem, & illatum ab aliquo, non verò timorem elicitem à se ipso, itaque cum timor infamiae, & etiam mortis, alicujusve alterius gravissimi, & instantis periculi elicetur à se ipso, hoc edicto non continetur: Exemplum sit Lucretia, quæ licet metu infamiae, à Tarchino illato, ut inquit Ovidius lib. 2. Fastor.

Succubuit fame, nicta Prosternitur.

Postea tamen nemine ei metu inferente, imò potius, ut dixit idem Poëta:

Dant veniam genitor facto conjuxque coacta,

Quan dixerit veniam vos datus, ipsa nego.

A se ipsa elicito timore infamiae
Del que diram, fese interfecit: eo-
9. dem pacto si quisque propter me-
tum ab aliquo illatum, turpe quid
commiserit, vel aliquid aliud fecer-
it, ex quo notetur, licet hoc resti-
tutur per edictum, si ex tali facto
etiam jam restituto, adhuc timeat
infamiam, apud bonos, & graves
viros, sive apud vulgum, jam hie
timor non pertinere ad edictum
rectè dicitur, nec quidquid cum eo
gestum fuerit: non enim timor in-
famiae, turpitudinis jam factæ, sed
facienda, neque à se, sed ab alio
illatus, continetur edicto. Idem ju-
ris erit, si nulla causa precedente,
nec facto, sed fugiens à turpitudi-
ne facienda timore infamiae ali-
quid aliud fecerit, vel fugiens ab
alio periculo instante, & immi-
nente, vel vexatione etiam gravi, si
is timor à se ipso, non ab aliquo a-
lio incurritur, à Prætore remoye-

tur, veluti quando quis metu mor-
tis, quia jactatur navis, projicit
merces in mare, vel votum emisit,
aut nimia infirmitate perterritus,
cap. porrectum, cap. sicut el. 2. de
regul. cum simil. & ex decisione, &
ratione Pauli in l. si mulier 2. i. in
princip. ff. quod metus caus. ibi:
Quia hunc sibi metum ipsa infere.

Neque obstat text. in d. l. nec ti-
morem, §. 1. ubi si quis in furto, vel
adulterio deprehensus, vel in alio
flagitio, vel dedit aliquid, vel se
obligavit, potest ad edictum perti-
nere, ubi videtur probari, timorem
à se elicitem, contineri edicto: re-
spondetur enim ibi etiam ab illo,
qui eum deprehendit in flagitio,
metum fuisset illatum, vel minis,
vel ipsa deprehensione, juncto
quod potens erat justè, vel injustè
lædere, vel occidere, ideo justus
metus hujusmodi est, & quidquid
eo fuerit gestum, rescinditur, licet
ipso jure valet, ita est intelligendus
text. in d. l. isti quidem 8. §. 1. ff.
eod. quod metus caus.

Ex quâ genuina, ac vera inter-
pretatione (omisso Duarenø ibid.
cap. 1. & aliis) intelligitur text. et
si contrarius videatur in l. 4. in
princip. ff. de conduct. ob turpem
caus. ubi si aliqui, ob stuprum datum
sunt, vel si quis in adulterio deprehensus, re-
demerit se, cessat repetitio, id quo Sabnus,
& Pegasus responderunt: idem si dederit
fur, ne prodoretur. Rectè quidem, quia
valuit talis datio, sive solutio (licet
metu illato ab aliquo extorta) du-
plicatione. Prima, quia volun-
tas coacta voluntas est, & sic actus

Dd 2 non

non irritatur defectu voluntatis. Secunda, quia quando utriusque, scilicet dantis, & accipientis, turpitudo versatur, lex non resistit aequi dationis, sive solutionis hujusmodi, immo tunc defendit conditionem possidentis, l. 3. ff. eod. ob turpatus. licet tunc interescente metu Prætor suum interponat edictum, ut in d.l. nec timorem d. §. 1.

9. Quibus accedit vera, & principalis hujus indagationis resolutio, regulariter metu gesta ipso jure valere, quoniam agens, licet coactus, agere voluit. text. in l. si mulier. 22. §. penultim. ff. quod metus caus. l. si patre cogente 22. ff. de ritu nupt. l. si metus 85. ff. de acquir. hæredit. l. dolo 5. C. de inutil. stipulat. l. 4. tit. 6. Partit. 5. ubi Gregor. exornantque omnes suprà relativi, & Cujac. Petr. Faber, Anton. Faber, Petrus Peckius, Jacobus Rebard. in d. l. nihil 116. de regul. jur. & laudati ab Osuald. lib. 15. comm. Donell. cap. 38. litt. A. illustrat Seneca lib. 5. controvers. dicens: *Vim adhibenti lex non irascitur, sed passo succurrit, & iniquum illi videtur id ratum esse, quod aliquis non quare voluit pacius est, sed quare coactus.*

Et quoniam omnis vulgaris inquisitio, & præ manibus præmeditatum suffragium à meo nunc instituto alienum est, prædictæ regulæ adversantia jura, & argumenta remitto videnda, & solutiones apud supradictos juris doctissimos Interpretes: exceptiones tantum breviter prælibo enodandas, duasque solas à dicta regula (ni fallor)

excipio scilicet promissionem liberalem, cui votum erga Deum ineſt, & liberalitas erga proximum: secundam verò *Matrimonium* esse subscribo peculiari quidem, & novâ præmeditatâ ratione, hæc metu adhibito (qui possit cadere in vi- rum constantem) gesta nulla ipso jure sunt.

Promissioni igitur liberali me- 10. tu extortæ jus naturæ resistit, neque permittit positivum: igitur uno, & altero jure promissio liberalis, metu adhibito, nulla, & irrita est. Probatur de jure naturæ, quia *liberalitas* (ut docet Divus Ambrosius lib. 1. de officiis cap. 30.) est *virtus beneficiorum erogatrix, que pro affectu habet benignitatem, pro effectu beneficentiam.* Hæc natura liberalitatis metu ipso destruitur: igitur natura ipsa liberalitatis promissio nulla remanet, patet antecedens ex ratione, & auctoritate Senecæ, *Non est gloriosum, inquit, quod ab invito & tergiversanti fit, nihil facit virtus, quod necesse est: liberalitas* (enim ait ipse lib. de vita beata) *non quia liberis debetur, sed quia à libero animo proficiuntur, ita nominata est,* ubi Liplius adjicit, *non coacto, nec adstricto, tota voluntaria est.* Deinde comprobatur à diffinitione, quia *beneficium est benevolia actio tribuens gaudium, capiensque tribuendo, in id quod facit prona, & sponte sua parata.* Hæc autem tota natura beneficii metu interposito removetur: ergo ipso jure naturæ nullum redditur, quoniam non potest esse benevolia actio tribuendo capiens gaudium metu interessente.

te. Et ab efficiente corroboratur, & à formâ, & materiâ, ut docet Seneca lib. I. de beneficiis cap. 6. *Non quid fiat, aut quid detur, refert, sed quam mente, quia beneficium non in eo, quod fit, aut datur consitit, sed in ipso dantis, aut facientis animo; magnum autem esse inter ista discrimen, &c. animus est, qui parva extollit, sordida illustrat, magna & in pretio habita dehonesta: ipsa quæ appetuntur neutrām naturām habent, nec boni, nec malii id refert, quo illa rector animus impellat à quo forma datur rebus: sicut nec in vici- mis quidem, licet optimæ sint auroq; præfulgeant, Deorum est bonos, sed pia ac recta voluntate venerantum.* itaque votum metu inductum ipso jure naturæ nullum est, nam ut inquit Ambrosius supra, hilarem datorem diligit Deus: *nam si invitus facias, quæ tibi merces est?* unde Apostolus generaliter nisi volens hoc ago, mercedem habeo, si invitus dispensatio mihi credita est, ideo dixit Psalmifer Psal. 50. *Voluntarie sacrificabo tibi,* id est, non coactus, neque invitus. Et sic Dominus præcepit non ferendam in via virgam, per quam violentia inferatur ex Matth. c. 10. c. præsens. 20. q. 3. probatur etiam ex eo quod sinaturâ beneficij dissolvit sola cogitatio retributionis, vel recuperationis, ut dixit Jurisconsultus in l. donationes, ff. de donat. ibi: *Donat aliquis eâ mente, ut statim velit accipientis fieri, & in nullo casu ad se reverti, & tantum, ut liberalitatem, & beneficium exerceat, hec vere donatio est,* & Seneca d. lib. I. de benef. c. 11. *Nemo beneficia in Kalendario scribit, nec avarus exactor ad horam, & diem appellat, nunquam illa vir bonus cogitat, nisi admonitus*

à reddente, alioquin informam crediti trans- cunct, turpis sceneratio est beneficium ex- pensum ferre. Quantò magis dissolveret injuria illa metus, qui necessariò tunc non solum inducit memoriā recuperandi, sed & præparat vindictam. *Cum eum, qui metum fecit, & de dolo teneri certum est,* teste Ulpiano in l. si cum exceptione, §. eum qui, ff. quod metus caus.

Roboratur etiam, quia non omnis opera utilis beneficium est: coire enim debent duæ res, ait Seneca 4. de benefic. c. 29. & magnitudo rei, & ut ejus causa faciam ad quem volebam pervenire beneficium, dignumque eum judicem, & libens id tribuam, percipiensque ex munere meo gaudium: sed metu illato nihil horum remanet, igitur nec beneficium.

Munitur quoque ex eo, quia virtus cum iniquitate nullum potest habere commercium, sed promissio liberalis, sive donatio, seu beneficium virtus est, ergo nullum potest commercium habere cum vitio metus, sicut nec cum dolo malo: nam qui vim facit, dolo malo facit, l. 2. §. doli mali, ff. de vi bonorum raptorum. Inde vitio ingratitudinis adveniente dissolvitur beneficium l. i. l. fin. C. de revocand. donat. cum simil. si ergo quod perfectum hoc vitio revocatur ipso jure: *Quoniam* (ut docet Seneca lib. 4. de benef. c. 18.) *nihil æquè concordiam humani generis dissociat, ac distrahit, quæ hoc vitium, ingratitudinis, quantò magis faciendum impediat?* si quidem nulla major ingratitudo

Dd 3 potest

potest reperiri, quām metu mortis, seu alterius gravis injuriæ extorquere beneficium

Ex quibus absque ulteriore gressatione defendenda est decisio Marcia, in Lille servus 9. ff. qui & à quibus, ubi metu manumissus nullatenus est liber. Eodem pacto interpretanda est (omissa consideratione Cujac. l. 2. obs. c. 22. & l. 16. c. 40.) sentent. Pauli l. singulari de libertat. relata in l. si privatus 17. in princip. ff. eod. qui, & à quibus, quia illud verbum *Quemvis* duplēcē decisionem inducit. Prima quando metus illatus à populo fuit causa manumittendi servum, tunc non irritatur manumissio ex prohibitione D. Marci, sed ipso jure naturæ impeditur. Secunda, quando voluntatem accommodaverit acclamatiōnē populi, qui non minis, nec metu alicujus gravis damni, sed acclamatiōne tantū simpile, coēgit manumittere, licet tunc ipso jure naturæ esset liber. *Tamen non erit liber, nam & D. Marcus prohibuit, ex acclamatiōne populi manumittere.*

Et fulcitur hēc sententia ex ratione dubitandi text. in l. metum, 9. s. idem Pomponius, ff. quod metus caus. nec decisio contraria est: quia ex eo quod eod. pacto deciditur, restitui ædificii depositiōnem, quo servi manumissionem, constat quoad factum tantum intelligi illam restitutionem edicti: depositio enim ædificii, nihil juris, nisi facti habet, ita manumissio metu exorta nil continet, nisi fa-

ctum manumittendi, non jus manumissionis: ideo dubitabatur apud Pomponium, & sequitur sententiam quocumdam, qui bene putarunt, servi manumissionem, & ædificii depositionem, quam quis coactus fecit, ad restitutionem hujus edicti porrigitam esse: nam licet hoc edicto restituitur regulariter jus, tamen aliquando etiam restituitur tantummodo factum, & sic dicitur porrigitum, velut extra metam extendendum. Neque est inusitatus sermo apud consultos, quoniam licet verum sit, quod libertas, quæ semel competit, retractari non possit. text. in l. libertas 33. cum seq. l. Imperatores 52. ff. de manumiss. testam. l. servum 11. de manumiss. l. si ex causa 9. s. ult. de minor. l. 1. C. si adversus libertat. s. semel instit. quibus ex caus. cum adductis à Donell. lib. i. comm. c. 12. Anton. Faber in Papinian. titul. de jure person. princ. 2. illar. 2. tamen etiam dicitur rescindi libertates, quæ solum in facto, non in jure competit. l. si quis 15. ibi: *Quia libertates, ut rescindantur* ff. quæ in fraud. creditor, ubi quamvis Pauliana rescindantur omnia, quæ in fraudem creditorum alienata sunt, licet libertas minimè jure competit, eadem actione declaratur factum manumittendi, nunquam nocuisse creditoribus, & sic rescinditur: & hoc pacto etiam ad libertates porrigitur Pauliana, sive rescissoria: eodem aspectu dicitur revocari libertates, querelâ inofficiosa intra quinquennium l. Papinianus

nianus 8. §. fin. cum l. seq. ff. de in-officiis.

Ab origine etiam probo liberalitatem metu extortam, nullam esse ipso jure naturæ, quoniam est virtus naturæ humanæ incorruptæ, quam homo perfectius exercebat si Adam non peccasset, licet non ad necessitatem recipientis, ad perfectiorem tamen animum, & sociabilem naturam humanam: & cùm ab hac natura incorrupta, alienissimus esset metus, & necessitas quæque, imò & contraria tam interna, quam externa, nemo enim egeret, nec timeret, & ideò nec metum inferret: sequitur quod omnes actus humani, qui ab ipsa natura incorrupta originem capiunt immediatè, qui tunc etiam exercebantur, sint ipso jure naturæ nulli, si metu gesti fuerint, tanquam compacti illo, quod repugnat eorum origini, ideoque votum, & omnis erga Deum religio metu extorta, nulla est ipso jure, & matrimonium.

11. At verò omnia ea, quæ humanis necessitatibus, coactæ gentes humanæ sibi constituerunt, veluti empito, & venditio, locatio, & conductio, quæ ab ipsa coactione necessitatis naturæ corruptæ capiunt originem, l. ex hoc jure, ff. de just. & jur. cùm principium coactionis in se habeant, nil mirum quod coactione etiam externa ipso jure valeant.

12. Eodem igitur pacto contractus matrimonii à cæteris juris gentium distinguitur: est enim ille solus deductus à natura ipsa humana in-

corrupta, c. 2. Genes. & sic Ulpiani. & Justinian. enumerant matrimonium inter ea, quæ simpliciter dicit natura l. i. §. jus natur. Ibi: *Hinc descendit maris ac feminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus* (id est matrimonio distinguimus à cæterorum animalium coniunctione, velut peculiari ratione differentiæ) ff. de just. & jur. & princ. inst. de jur. natur. non autem inter ea, quæ suppositione, id est ratiocinatione, usu exigente, & humanis necessitatibus, à corruptione peccati, extortis introducta sunt d. l. ex hoc jure, ff. de just. & jur. §. jus autem gentium inst. de jure natur.

Quo quidem discrimine novè, & 13. nervosè defendo veriorem esse sententiam, asserentium matrimonium metu injusto celebratum, irritum esse ipso jure naturæ, & inde non solum inter fideles, sed etiam inter infideles, uti ex D. Thom. in 4. dist. 29. Scoto & aliis, quos refert Thomas Sanchez l. 4. de matrim. disp. 14. n. 1. sequitur ex multis Basil. de Leon. l. 4. de matrim. c. 14. n. 4. Et licet subscribat sententia, impugnat tamen eruditæ rationes differentiæ, communiter à Doctoribus, prælibatas: & subtiliter ex suo marte duas exugit præcipias. n. 6. nempe ideò matrimonium metu irretitum ipso jure naturæ irritari (cæteros autem contractus nullatenus, sed potius valere ipso jure naturæ, & positivo, eti. iudicio postea rescindantur) quia ex natura sua matrimonium est indissolubile, & inde requirit liberum

marit.

mam deliberationem, & consen-
sum : cæteris autem contractibus
cùm non sint indissolubiles suffi-
cit mixta voluntas, & coacta. Sed
licet suppositum sit verum, non ta-
men ex eo ratio genuina, & nativa
differentia prædictæ desumitur :
quoniam in omnibus actionibus
humanis, *Id refert quò rector animas*
impellat, à quo forma datur rebus, ait Se-
nec. i. de benef. c. 6. præcipuè in o-
bligationibus : illo enim fiunt, &
perficiuntur l. 2. ff. de obligat. &
Paul. I.C. reddens rationem, qua-
re consensu emptio perficiatur, in-
quit, *est autem emptio juris gentium, &*
ideo consensu perficitur, & Ulpian. *con-*
ventionio perficit emptionem l. 1. in fin. l. 2.
ff. de contrah. empt. & consensus
tam integer necessarius est in con-
ventione, quæ in perpetuum man-
sura est, quam in eâ, quæ sub con-
ditione resolvitur, l. 2. ff. de in diem
adject. ibi: *Nam siquidem hoc actum est*
ut meliore allatâ conditione discedatur, erit
pura emp̄tio, quæ sub conditione resolvitur,
junctâ l. 30. ff. de novat. ibi: *Paulus*
respondit si creditor à Sempronio novandi
animo stipulatus esset, ita ut à prima obli-
gatione in universum discederetur, rurſus
eadem res à posteriore debitore, sine con-
sensu prioris obligari non posse : quia mi-
nui consensus non potest, ideo vo-
luntas coacta non diminuta, sed
integra voluntas dicitur, d.l. si mu-
lier 22. §. si metu, ff. quod metus
caus. cum aliis suprà traditis.

Deinde promissio liberalis (ut
dixi & ipse Basil. fatetur d.l. 4. de
matrim. c. 6. n. 4.) metu gravi extor-
ta nulla est ipso jure naturæ: sed sic

est, quod liberalis promissio, vel
donatio nec secundum suam es-
sentiam, nec institutionem, nec se-
cundum jus retinet tantam indis-
solubilitatem, quanta matrimonio
inest : igitur non ex solâ indissolu-
bilitate matrimonium metu adhi-
bito irritum fit ipso jure : probatur
minor, quia promissio liberalis, &
donatio revocatur ingratitudine,
& etiam fieri potest ad tempus, vel
ex tempore, & licet ita fiat si tamen
metu adhibito, nulla est, ergo fal-
lax Basili. ratio discriminis.

Neque secunda ratio ejusdem ibi
num. 7. sufficiens est, quoniam de-
sumit illam ab effectu, ex verbis
text. in cap. præsens 20. quæst. 3.
Quod quis non diligit facile contemnit. Si
enim mutuus amor distinctus à
consensu contrahendi in matrimo-
nio celebrando de essentiâ require-
retur, inter absentes, qui se non
agnoverunt, inter eos etiam, quos
parentes conjungunt, vel sese ad
invicem, prius cujusque commo-
dis inspectis, quam amore, & affe-
ctione mutuâ, celebrari non pos-
set matrimonium usque dum illa
affection, & mutuus amor adesset,
qui quidem postea mutua obliga-
tionem, & consuetudine simul vi-
vendi, & plerumque ex susceptio-
ne proli generatur : si autem non
est de essentiâ in initiando matri-
monio, nisi solus consensus in ob-
ligationem matrimonii, ut verum
est, hoc enim mutuo consensu mu-
tua corporum, & animorum fit obli-
gatio, & traditio: non igitur e-
rit essentialis differentia illa mu-
tua

tua affectio, sive amor mutuus, sed tantum illa, quam suprà ex differentiâ originis prælibavi.

14. Prædictas denique exceptiones scripturæ hujus rescissorii edicti confirmat etiam jus positivum. Primo liberalitatis text. in l. qui in carcerem, ff. quod metus caus. ibi: *Qui in carcere aliquem intrusit, ut aliquid ab eo extorqueret quidquid ob hanc causam factum est, nullius momenti est, id est ipso jure irritum*, argument. text. in c. ordinarii in fin. de off. ordinar. in 6. ibi, *Alicet facta collatio nullius sit momenti, id est, nullius effectus juris, nec facti: exornat ex multis, & sequitur Basil. de Leon d.l. 4. de matrim. c. 8. num. 3. & 5. cum seq. Quidquid contrarium sectentur plurimi, quos refert & sequitur Thom. Sanchez l. 4. de matrim. disp. 8. n. 4. & ex Theol. Richard. in 4. dist. 26. art. 1. quæst. 2. Paludan. dist. 15. quæst. 2. art. 5. Soto. dist. 29. quæst. 1. art. 3.*

Secundò, corroboratur nostra sententia ex text. in l. 1. §. 5. cum seq. & in §. 7. ibi: *Et puto ipso jure ruzum esse libertum adversus exactionem patroni*, ubi si metu, nè aliter libertatem amittat servus, cùm manumittitur, promiserit aliquid patrōno onerandæ libertatis causâ, nullius est momenti hujusmodi promissio, & tutus est libertus adversus exactionem patroni ipso jure.

Tertio fulcitur ex text. in l. si mulier 22. §. 3. ff. quod metus caus. ibi, *Si dos metu promissa fit, non puto nasci obligationem, quia est verissimum nec ealem promissionem dotis ullam esse: quæ verba duplici pacto, non*

simpliciter intelligenda sunt: quia aut dos est nulla ex eo quod matrimonium metu celebratum fuerit: licet non eodem sub metu promissa sit dos (irrito enim matrimonio ipso jure nulla est, l. incestæ § 2. l. à D. Pio 58. ff. de ritu nupt. sive profectitia sit, sive adventitia) aut firmo, & justo matrimonio sit dos metu promissa; tunc subdistinguo aut dos proficiscitur ab eo, qui aliter eum covenisset obligari, veluti pater, vel avus paternus, tunc et si metu promiserit, obligatus est, argum. text. in l. si quis cùm aliter 36. ff. de verbis obligat. & est text. singularis in l. 41. ff. soluto matrimon. cuius verba hæc sunt. *Si pater ignorans filiam divorcis, dotem ex causa promissionis numeravit, non per indebiti conditionem, sed de dote actione pecunia petetur*. Ratio est, quia ignorantia, vel metus non irritat confirmationem obligationis præcedentis, veluti dotis, quæ semper & ubique præcipua est patri erga filiam, l. 1. ff. eod. solut. matrim. At verò si extraneus metu gravi promiserit dotem, cùm nulla præcesserit obligatio, sed tantum ex merâ liberalitate metu illato promittat, non puto (ut inquit Consultus) nasci obligationem, quia est verissimum nec eam promissionem dotis ullam esse.

Quartò, roboratur ex Regiâ Hispanicâ l. 28. titul. 1. Partit. 5. ibi: *Por miedo, o por fuerza, o por engamo que fixiese, prometiendo un home a otro de dar, o de fazer alguna cosa, manguer se obligue so cierta pena, jurando de cumplir lo que*

E e pro-

pruñere, deçimis, que no es tenido de cumplir lo prometido, ni de pechar la pena. nam licet ibi Gregorius Lopez, verbo *Tenido subjungit cum effetu*, quia repellitur agens exceptione mentis, ut in l. 56. tit. 5. Partit. 5. sed in hac lege de emptionis, & venditionis contractu agitur, qui ipso jure valet: in illâ verò de liberali promissione, quæ non solum ipso jure positivo, sed etiam ipso jure naturæ irrita metu illato est. Et ideo, nec juramento rata efficitur; quoniam licet verum sit, quod juramentum confirmet illud quod de jure positivo tantum irritum est, si vi vel metu juramentum fuerit extortum, non potest confirmare illud: ratio est, quia tunc ipsum juramentum nullum est, & irritum ipso jure naturæ: juramentum enim religio est erga Deum, quæ (ut dixi) metu extorta nulla, & irrita est, & sic quod nullum est confirmare quod etiam nullum est minimè potest. At verò si sponte fiat juramentum, ratum poterit efficere quod nullum est, si nullum sit jure inferiore, scilicet positivo: si autem nullum sit superiore jure, nempe naturali, vel divino, nec etiam poterit confirmare, ita sunt intelligendi text. in cap. quamvis pactum de pactis lib. 6. c. cum contingat 28. notatâ illâ exceptione *Sine m. & dolo præstitia* de jurejurand. cum simil. authenticâ sacramenta, C. si adversus vendit. Nam quamvis non sit tutum quemlibet contra juramentum suum venire, scilicet ex proprio arbitrio, nisi tale sit, quod ser-

vatum vengat in intentum salutis æternæ, & ideo arbitrio Ecclesie indigemus text. sic explicandi in c. si verò 8. c. verum i 5. de jurejurand. Tamen verum est, quod nullum est juramentum metu extortum, & minimè possit confirmare, quod nullum fuerit ipso jure; et jam positivo, ut patet ex d. cap. verum, ibi: *Sed si non ea ascendente, non ab hoc sunt tanquam promissali criminis perniciendi.* Igitur si transgressores illius juramenti non sunt perjuri, juramentum quidem nullum fuit, & irritum ipso jure ex prædictâ ratione: quia juramenti religio metu extorta nulla est.

Ex eâdem ratione novè à me 16. excogitatâ in idque inducâtâ, matrimonium nullum, & irritum ipso jure naturæ, juramento non confirmatur. text. est in cap. 2. de eo qui dux. quam poll. per adult. neque 17. matrimonium irritum ex illius conditionis sine quâ non, decretæ a Sacros. Trident. Synodo sess 24. c. i. juramento roboratur, sive juramentum fuerit vi, vel metu præstitum, sive sponte. Nam licet verum sit, quod quando lex tantum positiva improbat contractus, adhibito juramento sponte præstito ipsimet contractus confirmantur, seu rati, & validi efficiuntur d. authenticâ sacramenta puberum, C. si adversus vendit in princip. d. c. quamvis pactum, ibi: *Improbet lex civilis*, de pactis lib. 6. quia superius præceptum est juramenti religio, & ordinatum, obedire tenemur, c. i 5. de major. & obed. hoc est cum potest

potest adimpleri sine dispenso salutis æternæ. Tamen cùm interveniat testimonium fidei sapientiam præfatis parvulis, quod est præceptum sanctæ nostræ matris Ecclesiæ, & jurementum fuerit formatum, contra obedientiam fidelis religionis, & præcepti: *Quod nemo contrahat nuptias, sine parocho, & testibus, non poterit servari juramenti religio sine dispenso obedientiæ religionis Christianæ, & inde sine interitu salutis æternæ: melior enim est obedientia, quam victria c. 5. de major. & obed.* ideo matrimonium attentatum sine conditione illa decretali Sacros. Concil. Trident. nec jumento initum etiam sponte, ratum potest haberi: quia dum juratur illicitum est illud jumentum c. innocens 22. quæst. 4.

18. Neque obstat textus difficultis (quod aliquando in publico stadio acclamazione victoriæ coronatus existit) in cap. inter cætera 22. quæst. 4. ubi D. Augustinus subscrabit matrimonium metu necis initum, licet nullum & irritum sit, tamen jumento fieri firmum & stabile: deinde ibi interjecit Gratianus difficultatem ex c. 9. Josuë, ubi etiam contra præceptum ipsius Dei servata fuisse à filiis Israël religio jumenti erga Gabaonitas videtur; cui respondeatur, jumentum illud Josuë & Principum Israël nec præstatum, nec servatum fuisse contra præceptum Domini, quia decretum justitiæ Dei habet in se tacite inclusam misericordiam, si eam peccatores pœnitentiâ, & subje-

ctione postulaverint, ut patet ex decreto illo edictio à Jona contra Ninivem, expresso que: *Adhuc quadriginta dies & Ninive subverteretur, & tamen misericordia est D:ns super malitia, quam loquuntur fuitas, ut faceret eis, & non fecit, Jonæ c. 3. quia pœnitentiamegerunt: ita Gabaonites illi qui timuerunt Deum, & licet expessum scirent præceptum Domini, ut perderentur, & occiderentur, dixerunt tamen, sicut Ninivitæ: Quis scit si convertatur, & ignorat Deus, & revertatur a furore iræ sua, & non peribimus; ideo subjecerunt se, & supposuerunt in manu Josuë, dicentes: Quod tibi bonum, & rectum videtur fac nobis, facit erga Josuë, ut dixerat, & liberavit eos. Sciebat enim præceptum, ac decretum iræ Dei habere in se tacitam conditionem misericordiæ, si se sponte subjicerint, timeantque Altissimum Regem Regum, & Dominum dominantium, & misericordiam consequuntur sunt: quia non in fine se subjiciendi deceperunt Israelitas, licet in modo fraude usi sint: ideoque quamvis fraus illa, & dolus dererat causam jumento, & ex hoc ipso solo nullū, & irritum futurum erat d.c. cùm contingat de jurejur. d. auth. sacramenta, tamen ibi ratum fuit: quia dolus ille, & fraus non tetendit in finem se non subjiciendi, neque retinendi omnem terram contra promissionem, & præceptum Domini: sed tetendit in medium, quo providerent animabus suis, servato, quoque fine præcepti Dei, & conditione tacitâ illius misericordiæ: sed quia non*

E e 2 mani-

manifestè, sed callidè se subjece-
runt, extorqueruntq; juramentum
(licet in rectum finem, alioquin igno-
rantia etiam facti non excusaret
seniores Israël, ut existinnavit Gra-
tianus in d.c. innocens) neque ju-
ramentum servare tenerentur: quia
si illicitum esset quod jurarunt, co-
gnito errore minus observare lice-
ret, mulctavit eos Josuë (ait D. Au-
gustinus ibi suprà) vilioris obse-
quio ministerii clementior senten-
tia, sed diuturnior.

Sententiæ autem primæ D. Au-
gustini ratio in d. cap. inter cætera
nullâtergiversatione cælari potest;
patet enim ex illis verbis: *Quia vero,*
quam prius concubinam habuerat, non est
peccatum in conjugem suscipere, matrimo-
nium sit in Deo firmum, & stabile. Ideoq;
omissis variis Interpretum solutio-
nibus, & illa quam aliqui Salman-
ticenses præceptores tentarunt ad-
scribere, nempe in specie text. in d.
c. inter cætera sponsalia tantùm de
futuro fuisse metu contracta, ac ju-
ramenti religione firmata: postea
vero fuisse sponte matrimonium
initum, & sic firmum, & stabile: sed
licet hæc doctrina in se vera sit, si
sic contingere, tamen non cōgruit
speciei d. text. nec rationi prædictæ
D. Augustini, quâ ipse decisionem
edixit, respiciens ibi consensum
antecedentem, non presentem, nec
subsequentem, ut probatur illis
verbis: *Quia vero, quam prius concubinam*
habuerat, non est peccatum in conjugem su-
suscipere. Itaque dicendum est ibi Hu-
baldum illum timore necis fuisse
impulsum concubinam suam in

conjugem suscipere de præsenti,
& illud juramento firmasse: nam
cùm nihil aliud intersit in quæstio-
ne, cui responderet D. August. ex D.
Ambros. *Matrimonium sit in Deo firmū,*
& stabile, nec adjicere, licet illud
quo D. Augustinus minime dubi-
taret, nec ei opus fuisse a D. Am-
brosio querere; quia si postea ratū
spontè fuisse matrimoniu ab Hu-
baldo, nulla dubitandi ratio quæ-
stionis existeret, nec decisione in-
digeret illâ, quam tradidit D. Augu-
stinus: vel si cohabitatione sponta-
neâ ratum habuerit, ut in c. 21. &
c. 30. de sponsal. c. 2. de conjugio
serv. Unde, absque termino littera-
rum moto, subscribere oportet, D.
Augustinum sensisse, iustum me-
tum non fuisse, quando nulla fuit
ratio nolendi, imò quando fuit ra-
tio volendi: fuisseque ei rationem
spontè volendi individuam vitæ
consuetudinem rationalem, sive
matrimonium, qui irrationalē
consuetudinem, sive cōcubinatum
retinebat: ideoque cùm actus men-
suretur ex ratione agendi, neque
ex parte cogentis injusta fuit coa-
ctio, siquidem tetendit in finem bo-
num, id est, ut vitium concubinatus
in bonum matrimonii commuta-
rent; neque id non efficere ex parte
coacti, & impulsu justa erat, & ratio-
nabilis voluntas; cùm, ut concubi-
nam habere vellet, & ut conjugem
respueret. Itaque cùm sit peccatum
mulierem concubinam habere, &
non sit peccatum ipsam in conju-
gem suscipere, & illa coactio fu-
giens ab illo in hoc tetendit, cùm
inter

inter opera charitatis non minimū sit, errantem ab erroris sui semitā revocare, c. 20. in princip. de sponsal. matrimonium sit in Deo firmum, & stabile: quia tunc non potest dici illum metum, etiam mortis, cadere in constantem virum, sed in hominem improbum, qui à peccato concubinatus resilire nollebat. Confirmatur hæc intelligentia ex sententiâ Interpretum, quos refert Thomas Sanchez lib. 4. de matrim. disp. 13. à n. 3. docentium, quòd quoties metus infertur justè ad extorquendū matrimonium, quia ordo justitiae postulat (vel rationis, & charitatis) ut cogatur, vel ut fiat in compensationem, valet matrimonium: pro regulâ firmat Basilius de Leon d. lib. 4. de matrimonio, cap. 19. num. 7. Itaque non inspicitur sit necnè judex, qui metum infert, sed quod sit justitia, seu ratio metum inferendi; si hæc deficit, etiam à Judice, vel à Principe

19. metus illatus irritat matrimonium, ut definivit Sacros. Trident. Synodus sess. 24. de reformat. matrimon. cap. 9. ibi: *Quare cum maximè nefarium sit matrimonii libertatem violare, & ab eis injurias nasci à quibus jura expectantur.* Et recte intellexit Basilius de Leon suprà à num. 12. cum sequent. licet nisi contrarium probetur, præsumptio justitiae, & rationis faveat semper judicibus, l. 2. s. ii qui jure, l. magistratibus de iuriis cap. quoniam de filiis Presbyteror. Et hoc rationis gyro limitandus est text. in cap. ex litteris el. 2. de sponsal. cum sim.

Neque obstat text. in cap. ve- 20, niens 15. eod. tit. de sponsal. ubi licet pater simul in uno lecto filiam cum stupratore invenerit, si metu, qui posset in virum constantem cadere, matrimonium celebrare coegerit, irritum erit, & nullum: quamvis ita evidens sit ratio, & justitia cogentis, & coacti delictum aliter compensari non possit.

Ratio specialis enim decidendi est, quia tunc non præsupponitur voluntas, & consensus consuetudinem retinendi, sicut in concubitu in d. cap. inter cætera. Sed tantum concupiscentia, ubi fortè nulla fuit voluntas consuetudinem retinendi; ideoque licet judex sit, qui in stupro aliquem deprehendat, non potest cogere eum absolutè, ut ducat, sed conditionaliter, ut vel ducat eam uxorem, vel dotet c. 1. de adulteriis, ut cum Thoma Sanchez, Basilius de Leon suprà num.

14. Quoniam ut sit ratio cogendi, 21. necesse est, ut præsupponat antecedentem liberum consensum, ita ut dicatur non habere rationem nolendieum, qui antea voluisse videretur, ut in d. cap. inter cætera, 22. quæst. 4. & in d. cap. ex litteris el. 2. de sponsal. cum simil.

Neque etiam adversabitur text. 22. in l. si patre cogente 22. de ritu nupt. ubi Celsus J. C. videtur decidere, matrimonium cogente patre celebratum irritum non esse; quoniam licet verum sit, quòd etiam de jure civili matrimonium metu gravi celebratum sit nullum ipso jure, l. non cogitur 21. ff. eod.

de ritu nupt. d.l. si patre , ibi : *Quod inter invitatos non contrahitur*, l.nec filiu, 12. C.de nupt. tamen variis omissis solutionibus, & etiam Antonii Fabri in Papinian. tit. 9. princip. 3. illat. 1. quia si filius voluerit duce-re aliam, & ab hâc coactione gravi patris discesserit , ducatque alte-ram , quam suo libero consensu nullatenus duceret, tunc negan-dum non esset inter invitatos contra-hi hoc matrimonium : quod in eâdem specie , inspectâ relatione pa-tris, & filii, & suitatis liberorum a-gnatione, & adjectione nurus in fa-miliam , negat tamen ipse Celsus verfic. illo , *Quod inter invitatos non con-trahitur*, & absolute inquit Teren-tius Clemens , *non cogitur filius familias uxorem ducere* , d.l. 21. quia etiam ad vitandam pœnam legis Juliaz , & Papiaz , licet hujusmodi coactio respiciat utilitatem ejus, non cogi-tur filius familias uxorem ducere ; itaque argumenti à fortiori decisio Terentii est.

23. Unde existimo , etiam si matri-monium fiat in utilitatem coacti , nullum esse , cæterosque contra-stus, qui ipso jure valent , Prætoris edicto rescindi , quidquid contra-rium dicat ex multis Farinacius, 1. part. quæst. 35. num. 30. & Basili de Leon lib.4. de matrimon. cap. 19. num 13. in fin. quia si beneficium respicimus , non confertur int invi-tum ex reg. juris: si autem contra-stuum elientiam , quæ necessariò in hoc inspicienda est, non cōsistit in favore , vel utilitate contrahen-tis, sed in consensu; & sic multoties

solet quis velle, quod sibi non pro-des, & nolle, quod prodesset, & ta-men consensum præstitit , & inde valet , quod fecit , quia consensu fiunt omnes obligationes l.2. ff. de obligat. igitur in consensu activo coactionem non removet favor , vel utilitas, licet in consensu passi-vo veluti pupillorum , hæc utiliter intersint.

Si tamen , non metu instantis 24 periculi , vel futuri , sed ratiocina-tione utilitatis , & melioris boni quis persuasus fuerit ab aliquo dis-cedere à suo proprio arbitrio, aliter statuendum est , quod improbum esset alicujus voluptatis, & concu-piscentiæ suggestione falsâ capti-vum: veluti si filius famil. cupidi-tate alicujus mulieris captus, non audiat habenas propriæ rationis , ita ut si sui arbitrii esset aliam , quâm illam uxorem non duceret: non esset sui arbitrii ex dupli-ci ratione. Prima(ut dixi)quia captus erat amore. Secunda, quia sine cō-sensu patris filius familias etiam miles ducere uxorem non poterat, l. 35. cum simil. ff. de ritu nupt. ex ratione text. in l. 1. in princip. ff. de obsequiis & ex regul. juris , velle non creditur, qui obsequitur impe-rio-patris vel Domini : licet ad vo-lendum cogi non possint , nec fi-lius , nec servus , nam si coacti vo-luerint si valet , quod gesserint ipso jure rescindetur à Prætore: si nul-lum sit sicut à patre familias , & quolibet libero, nullius etiam mo-menti erit: si tamen coacti non vo-luerint, sed fallentes dicant se ve-le ,

- le, nullius valoris erit illud quoque qui not. infam. l. miles §. quarebatur, l. si uxor, i 3. §. si minor, ff. ad leg. Jul. de adult. l. propter, C. eod. ut cap. si verò, 3. jundia gloss. ibi, verbo *Matrem*, de sentent. excommunic. Cùm ergò diversa sit ratio in matrimonio metu celebrato quam in sponsalibus metu gestis, diversa juris admittitur decimo; Ratio autem differentia ab effectu est, quia matrimonium semel validum rescindi non potest, sponsalia tamen etiam valida rescindi possunt d. cap. ex litteris, cap. ex publico de convers. conjug. d. l. si quis officium. Ratio etiam à perfectione actus est, quia sponsaliorum perfectio non est, quoniam dependent à matrimonio, quod per se independenter. perfectum est. Tertia denique discriminis ratio est ab origine, quia sponsalia à jure gentium originem prælibant: fiunt enim testationibus, & cautionibus, in & olim stipulationibus, sub certa poenâ in effectum fidei præstitez futuri matrimonii, l. 7. ff. de sponsal. l. fin. in fin. C. eod. quod omne naturæ corrupte est, jurisq; gentium ad securitatem fidei, quæ in hac naturâ potest fallere, & falli: & ideo nil mirum, quod coacta valeant, quæ fiunt necessitate ipsius naturæ. At verò matrimonium à jure naturæ incorrupte innatum, in cum ipsa, non potest fieri sub poenâ, etiamsi in sponsalibus preparatoriis fuerit inserta, text. est sic interpretandus in cap. gemma. 29. de sponsal. & matrimon.
- Neque contrà prædictas exceptiones
25. Tunc ergò cùm, ut dixi, persuadetur relinquere suam proprium arbitrium, licet secundum suam concupiscentiam cogi videatur, tamen non cogitur metu periculi instantis, vel futuri (hoc enim nullum esset matrimonium) sed persuadente ipsâ ratione, quâ motus eamque sequutus maluisse hoc rectè videtur, recteque matrimonium hoc pacto contrahitur, ut in d. l. si patre cogête sic intelligendâ, ut scitè sensit ibi Gothofredus, & inducit text. in l. 26. §. 1. ff. de pign.
26. Sed contrà traditam matrimoniī exceptionem videtur obstare, quod sponsalia metu contracta ipso jure valent, licet postea rescindantur, cap. de illis 9. in fine. cap. ex litteris 1. 1. de sponsat. impub. corroborature ex eo quod de preparatoriis ad preparata valet argumentum l. oratio de sponsal. l. si quis tutor. 60. §. quamvis de ritu nupt. l. 1. l. sciendum de Parricid.
- Sed dicendum est, tunc demum valere hujusmodi argumentum, eum militat eadem ratio, ita adjicitur in d. §. quamvis illud verbum *Plerunque*, quod idem est, quod non semper, & patet in d. l. oratio. cum simil. At verò si diversa ratio sit, diversum jus statuitur in preparatis, quam in preparatoriis, text. sic intelligendi in l. si quis officium, ff. de ritu nupt. l. 9. cum seq. de his

ptiones regulæ edicti recisiorii obstat text. in l. i. §. fin. ff. de auctoritate tutor. ubi auctoritas tutoris vi extorta ipso jure nulla est: quia ibi non est decisio de vi conditionali, sed de vi præcisâ, ut patet ex illis verbis, *Si invitus retentus sit per vim, & ex similitudine, ibi somno aut morbo comitiali occupatus tacuisse: maximè cùm non solum præsentia, sed & auctoritas tutoris desideretur d. §. fin. l. 3. ff. eod. de auct. tutor. cum traditis à Donell. lib. 3. comm. cap. 13. circa finem. Hottomano lib. 12. observat. cap. 2. Cujac. lib. 13. obs. cap. 31. Unde observandum est, quod cùm præsentia parochi, & testium tantum desideretur in matrimonio, non auctoritas, secundum decretum Sacros. Trident. Synod. sess. 24. cap. 1. de reformat. matrimon. valebit matrimonium, etiam si Parochus, & testes vi præcisâ sint retenti, dum tamen personaliter audiant contrahentium consensum, Rebuffus in l. item apud Labeonem. de verbis. si gnific. sequuntur Spino. de testament. gl. de filiis legitim. Menoch. consil. 191. num. 369. lib. 1. speculum conjug. in appendic. verb. 12.*

Si tamen replicetur text. in l. qui testamento 20. §. fin. de testament. ubi si vi præcisâ fuerint testes retenti, testamentum nullum quidem est, & irritum ipso jure: respondetur hoc oriri ex solemnitate legitimâ testamenti, in qua necessariò requiritur, quòd testes adesse debeant specialiter ad id vocati, & rogati, alioqui, non etiam

inviti, sed alterius rei causâ forte rogati, idonei testes in testamento non sunt, text. est expressus in l. hæredes 21. §. in testamentis, ff. eod. tit. de testament. à fortiori igitur vi retenti metu quoque impulsi idonei non erunt ipso jure solemnitatis, notat Fachin. lib. 9. controv. cap. 15. Connan. lib. 9.c. 2. & 3. num. 1. Ubi autem de solemnitate irritante non requiritur rogatio testium, & etiam notarii, sed tantum præsentia, ut fidem ad probationem actus, cùm opus fuerit, præbeant, sufficiet quidem hujusmodi præsentia etiam vi, vel metu retenta, exornat Thom. Sanchez lib. 3. de matrimon. disputat. 9. num. 9. Et hoc pacto limitanda est doctrina Bartoli, & Baldi in d. l. 20. d. §. fin. de testamentis.

Neque contra suprà-tradita urg. get text. in . 2. in fine principii, ff. de judiciis, ibi: *Aut si cum restituisse, quivis ex litigatoribus viribus præture compulsus est, nulla juridictio est. Cui variis glosographorum omissis solutionibus, nec non Cujacii in l. si mulier 22. §. si dos, ff. quod metus caus. cui adstruit Thom. Sanchez ubi suprà disputat. 39. num. 3. scilicet quòd si metus illatus fuerit à Prætore, seu judge, cuius juridictio prorogatur, hujusmodi juridictio metu prorogata est nulla ipso jure in odium judicis, Ne inde injuriarum nascatur occasio, unde jura nascuntur. l. meminerint, C. unde vi. Sed hæc decisio non provenit ex odio: alioqui simili ratione, quoties in cæteris conventionibus, metus illa-*

illatus foret favore inferentis, nul-
læ essent, & irritæ ipso jure : dein-
de quoniam absolute, & generali-
ter negat ibi Ulpianus metu pro-
rogari jurisdictionem, sive infera-
tur viribus præturae, cuius est juris-
dictio, sive cuius non est, & Pau-
lus in l. 22. ff. eod. de judic. ibi: *Qui
non cogitur in aliquo loco judicium pati.*
Respondeo e quidem prædicta ver-
ba Ulpiani in d. l. 2. interpretanda
esse ex l. si convenerit, ff. de juris-
dict. omn. judic. ad cuius veram
intelligentiam præmittendum est,
tempore Ulpian. ac cæterorum Ju-
reconsult. magnam fuisse litigan-
tibus permissam libertatem judi-
ces eligendi : nam ut inquit Cice-
ro pro Cluentio, *Voluerunt patres no-
stri, non modo de existimatione cuiusquam,
sed nec de pecuniariâ, quidem re minimâ
aliquem esse judicem, nisi qui inter adver-
sarios convenisset.* Ex quâ conventio-
ne, & consensu est text. in l. 1. d. l. 2.
l. 47. l. 80. ff. de judic. l. ex consen-
su, ff. de appell. explicat Gipha-
nius, & Gilchenius in l. apertissimi-
mi, C. de judiciis : quòd jus etiam
in foro Ecclesiastico, circa tempo-
ra Severini Papæ Ecclesiæ Præ-
fusilis anno Domini 207. observa-
tum scimus ex cap. duodecim 5.
quæst. 4. & circa eadem tempora
ex Concilio Milevitano(cui inter-
fuit D. Augustinus) cap. 24. ibi : *Si
autem ex communi placito vicinos judices
elegerint, aut duo elegantur, aut tres, ex
quo prælibatus est text. in cap. de
Quodvuldeo. extra de judic. ubi ex
prædictâ facultate interrogatus
fuit Episcopus Quodvuldeus, an*

vellet cum adversario coram illo
concilio experiri? primò id promi-
serat, quâ promissione juri eligen-
di renuntiavit, remotâque electio-
ne necessariò judicio Concilii,
Quodvuldeus erat subjiciendus ;
clausâ enim electionis viâ, à cen-
sura judicis competentis, sicut erat
Concilium illud ipso jure, exitus
permitti jus non fuit. Quid igitur
nunc proderit decisio text. in d. c.
r. prout est in corpore juris inser-
ta? respondendum, promissione
illâ in judicio factâ, nunc excludi
recusandi facultatem ex causâ
præcedenti, juxtâ text. in cap. 27.
§. verum de officio delegat. notat
Berojus in d. cap. I. Si autem jure
eligendi uterentur, aut eligebat
judices aliâs suos, ut in d. cap. I. &
tunc sufficiebat nuda promissio,
quia ea nulla jurisdictione constitue-
batur, satis enim ipso jure munita
erat : aut eligebat judices aliâs
non suos, ut in d. l. si convenerit, &
tunc quia hujusmodi privilegium
erat contra magistratus propriæ &
ordinariæ jurisdictionis, effectum
prorogandæ alienæ jurisdictionis,
nullatenus sortiebatur, nisi duplice
medio adhibito, scilicet consensu,
& subjectione formalí, & actuali in
judicio, ut patet ex l. 1. ff. de judi-
ciis, ibi : *Si se subjiciant alicui jurisdi-
ctioni, & consentiant,* notat ibi erudi-
tè Barbosa, art. 3. nu. 115. alioquin
pacto etiam juramento firmato,
seu stipulatione, vel alio modo ju-
risdictione prorogata non est: nam li-
cet juramenti transgressor à suo
judice debeat judicari, quia sponte
F f potest

potest se subjicere; tamen cùm defectus non sit actionis, vel exceptionis, non est compellendus hujusmodi conventioni stare, si priusquam adiretur Prætor, id est, si priusquam, qui promisit, se actualiter subjiciat, mutata voluntas fuerit.

Unde non immerito dixerit Baldus in c. P. & G. de offic. deleg. vulgarem renuntiationem d. legis si convenerit, quam semper notarii adscribunt, inutilem esse: quia si nec pacto, nec stipulatione potest jurisdictionio prorogari, nec etiam renuntiatione poterit, præcipue cùm d. lex si convenerit, nullum tribuisset privilegium, cui renuntietur, sed tantum decrevisset solo consensu minime jurisdictionem prorogari, sed consensu, & subjectione, ut in d. l. 1. & in d.l. si convenerit. ibi: *Priusquam adiretur.* Ratio autem, quare consensus, simul & subjectio requiratur, è (nifallor est) quia quidditas jurisdictionis est ex parte judicis imperare, & ex parte subditi obedire, ut dixit Ulpian. in l. unic. §. 1. ff. si quis jus dic. non obtemper. ibi: *Lividetur jus dicenti non obtemperasse, qui quod extremum in jurisdictione est, non fecit.* Quid sit illud extremum (licet hæc sit Osualdus ex Zasio, Cujac. Oldend. & aliis lib. 15 comm. cap. 24. in fin.) intelligo esse obedire: primum est imperare, extremum obedire: præcipit enim jus dicens vindicari rem, non patitur possidens, sed auferri, & sic inobediens existit, & quod extre-

mum est in jurisdictione non fecit, tunc ergò imperare illud, jus dicere, seu præcipere aut competit jus dicenti à lege, vel à Principe, & tum concessum est defendere suam jurisdictionem pœnali judiciod. l. unic. in princip. quia illa *Lege Regia*, quæ de Principis imperio lata est, populus ei, & in eum omne imperium suum, & potestatem contulit, l. 1. ff. de const. Princ. & se subjicit Principi, & judicibus ejus: aut competit ex consensu partium, & tum necessaria est subjectio, ut constituatur jurisdictione: itaque si convenerit, ut alius Prætor, quam cuius jurisdictione est, jadicat, & priusquam adiretur, id est, quam se subjiciat, mutata voluntas fuerit, non est compellendus. hujusmodi conventioni stare, cùm enim ipse est, qui dat jurisdictionem, usque dum subjicitur, non est jurisdictione: quia sine subdito non est, nec alio pacto potest jurisdictionem suprà se prorogare: igitur hujusmodi consensui solo stare non potest compelli: quoniam nulla adhuc est jurisdictione, et si in viridi hoc sit, id est in consensu liberino, in arido, id est, in consensu coacto, quid fiet, ut in d. l. 2. ff. de judiciis, nisi quod nulla etiam sit jurisdictione: & cùm ex d. l. si convenerit, ad se subjiciendum competet non possit, si viribus prætura sit compulsus, nulla etiam ipso jure est jurisdictione. At verò ex jure Justiniani in l. si quis in conscriben- do. C. de pactis. defenderem prædicto solo pacto, & consensu expli- cito

cito per scripturam prorogari jurisdictionem; praxis scilicet, quâ utimur, *Ydoy poder à lus Iusticias, &c.* *Y renuncio mi propio fuero, juridicion, y domicilio*, nil posset operari, nisi operâ, & vi legis, nè alias privatorum consensus judicem faceret: quia sola lex, seu Princeps concedendi jurisdictionem jus habet, aut immediate sive à se, rescripto, seu privilegio: aut mediatae, scilicet pacto, & consensu privatorum tamquam instrumento: unde sine dubio antiquata, & abrogata esse videtur decisio in d. l. si convenerit, & in d. l. 2. in fine principii; & compelli posse, qui convenerit, ut aliis praetor quam cuius jurisdictione est, jus dicat: & licet talis conventione, vel etiam subjectio metu extorta sit, valebit ipso jure, et si postea rescindatur edicto.

29. Nec denique obstat, quod de jure Canonico electio, & renuntiatio metu extorta ipso jure nulla est, irrita, & inanis, cap. ubi periculum, s. caterum de elect. lib. 6. cap. cum terra, eodem titulo in decretal. cap. 2. cum sequent. de his

quæ vi, metu seve caus. fiunt. Quia respondeo in jure Canonico fortissimum esse argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, cap. inter corporalia, cap. quanto de translatione Episcop. Cum igitur matrimonium carnale celebratum metu sit irritum ipso jure, ita similiter & spirituale, sive electio, de quâ in d. juribus: & sicut matrimonium non potest dissolvi, ita nec spirituale d. cap. quanto pricipue metu exhibito d. c. 2. cum sequentibus, de his quæ vi. maxime cum quævis electio liberalitatem attingat, quæ ut dixi metu extorta irrita est ipso jure naturæ: sive justiciam distributivam (quæ tanquam virtus moralis debet fieri voluntariæ, & non coactæ) sive respiciamus finem ultimum, id est Deum, in quem virtus moralis tendit, sive respiciamus originem suam naturæ incorruptæ, ubi nulla coactio esset: ita similiter judicium jus dicentis, sive justitia commutativa in concreto, metu extorta nulla erat, & irrita ipso jure.

C A P V T X I.

*Actio humana his, qui ratione carent, denegatur,
virtus, & uitium, primum, & pæna.*

S V M M A R I V M.

1. Imperium rationis sileat in pueris, insanis, & ebriis.
2. Operatio pueri, insani, aut ebrui in jure equiparatur, & in facto.
3. Dicterium celebre Solonis, & alterum Xerxis.
4. Plinii verba difficillima explicantur.
5. Ratione carentes nullum negotium agere possunt, nec illorum actibus validitatem Princeps potest indulgere.
6. Quam breve sit, & irreparabile tempus, nisi imperio rationis utamur.

I.



N pueris, insanis, ac ebriis, quia ratio suffocata jacet, potestas, & imperium actionis, & operacionis humanæ sileat; quia sensu tantum, imaginatione, & impulsu necessario, non autem ratione, & libertate ducuntur: nam quodcumque fecerint, idem esse, ac sine facto personæ id accidisset, Pomponius scripsit, l. fin. ff. de administr. tutor. Sed si tutor solvendo non est, videndum erit, utrum calamitus pupilli, an detrimentum petitoris esse debeat, perindeq; haberi debeat, ac si res fortuito casu interfueret: similiter atque pupillus expertus, quid ex hereditate corrupisset, diminuisset, perdidisset, & infræ: Impunè autem puro admittendum, quod per furorem alicu-

jus accidit, quomodo si casu aliquo, sine facto personæ id accidisset, l. quod infans, vel furiosus 60. ff. de rei vind. & Consultus Macer. ex Divo Marco, & Commodo, l. 14. ff. de offic. Praesidis: Si tibi (inquit) liquido compereum est Elium Priscum in eo furore esse, ut continuâ mentis alienatione omni intellectu careat, nec subest ulla suspicio macrem ab eo simulatione dementia occisam: potest de modo pœna ejus disimulare, cum satis furore ipso puniatur, & Ulpianus idem, cum Pegaso respondit, l. sed et si §. 5. ff. ad l. Aquil. Et ideo querimus si furiosus damnum dederit, an legis Aquilia actio sit? & Pegasus negavit: quaenam enim in eo culpa cum sue mentis non sit, & hoc est verissimum: cessabit igitur Aquilia actio, quemadmodum si quadrupes damnum dederit Aquilia cessat, aut si regula ceciderit, sed si infans damnum dederit, idem erit dicendum, quod

quod si impubes id fecerit Labeo ait, quia furti tenetur, teneri Aquiliā eum, & hoc puto verum si sit jam injuria capax, alioquin nec de damno tenetur: quia prorsus culpā caret, qui ratione uti nō potuit, nec abuti. Et licet si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, actio ex leg. 12. tabularum descendat; quia noxia est, & pauperies dicitur damnum illud, quod sine injuriā facientis fit, Nec enim potest animal injuriam fecisse, quod sensu caret, text. in l. 1. in princip. ff. si quadrup. paup. ratione possidentis, aut impellentis, non facientis impetu trutinatur: ideoque si equus dolore concitatus calce petierit, cessat ista actio, & in factum datur, contrā eum qui percussit equum, d. l. 1. §. 7. si quadrup. paup. itaque in feris sua tantummodò concitatis feritate hæc actio locum non habet, & ideò si ursus fugit, & sic nocuit, non potest quondam dominus conveniri, quia desinit dominus esse, ubi fera evasit, d. l. 1. §. 10. ex ratione text. in l. 3. §. fin. de acqu. rer. dom. Difficultatem verò sacræ legis Levitici, cap. 20. quâ cavetur, mulier, que accesserit ad omne pecus, & ruit ascendi ab eo, interficiens mulierem, & pecus: morte moriantur, reisunt; disolvit D. Augustinus, quæst. 74. c. 4. 15. quæst. 1. Queritur, inquit, quomodo sit reum pecus, cùm sit irrationalis, nec nullo modo legis capax, & infra. Pecora credendum est iussa interfici, quia tali flagitio contaminata indignam refricant facti memoriam. Bruta enim animancia, ait Damascenus, lib. 2. fidei Orthodox. naturam non ducunt, sed à naturâ ducuntur,

ac proinde naturalem affectum comprimere, aut moderari nequeunt; sed naturæ quodam instinctu, & impulsu cùm primùm a liquid appetiverint ad actionem feruntur: similiter homines, in quibus suffocata jacet ratio naturalis, aut propter ætatis defectum, aut ab ebrietate, sive sopore silentium, aut furoris, & dementiae infirmitatem, non tenetur, clem. si furiosus de homic. ubi, Cov. & Doctores; sed custodes eorum, uti consultus sensit, l. Divus 14. ff. de off. præsidis, dicens: *Custodes furiosis non ad hoc solum adhibentur, ne quid perniciosus ipsi in se moliantur, sed ne alii quoque exitio sint: quod si committatur, non immerito culpa eorum adscribendum est, qui negligentiores in officio fuerint, & hac causâ rutores, l. fin. ff. de adm. tutor. l. 3. C. de off. præf. Prætor. At verò in illis, quæ culpa est? quod maleficium? cùm suæ mentis non sint, & omni intellectu, & ratiocinatione careant, & maleficium non operatio, sed voluntas, & propositum delinquentis distinguat, dixit Jureconsultus, & Imperator l. qui injuriæ 53. in princ. de furtis, l. Sancimus C. ad Trebel. Quis enim sensus? que vox certa furioso esse intelligitur, aut infanti? Quia nec aliud quidquam agere intelliguntur, cùm per omnia, & in omnibus, absentis, & quiescentis loco habeantur: immo magis, quia in illis animus deest, quo ratum habere possint; nisi post pubertatem, vel resipiscenciam, consensum præstent. l. 2. §. 3. ff. de jure Codicill. text. sic intellig. l. 2. §. 1. ff. de proc. I. Pac. cent. 2.*

F 3, quæst.

quest. 30. l. 3. l. 4. ff. de tributor. l. 7. s. plane, ff. quibus ex caus. impos. d. l. 7. s. adeò 9. Antea enim actiones humanæ, quarum homo dominus est, rationis & voluntatis imperio agitari nequeunt, quia sui non sunt, id est, non sunt domini suarum actionum, quarum virtus aut vitium ex libero profluit arbitrio, ut etiam agnovit cōsultus respondens: *quia non se occultat, qui suus non est.* In eo enim operationes tantum remanent communes ceteris animantibus, & quæ dicuntur propriæ, ut ridere, flere, loqui, rationisq; deliberationem præcurrunt: Pater Azor. lib. 1. inst. mor. cap. 1. quest. 2. experientia communis elegantis Plinii authoritate exornatur, lib. 7. in princip. & in cap. 50. & 51. Hominem (inquit) tantum nudum, & in nudâ humonatali die adjicit ad vagitus statim, & ploratum, nullumque tot animalium, aliud ad lachrymas, & has protinus vitæ principio. At hercule risus præcox ille, & celerrimus, ante quadragesimum diem nulli datur: ab hoc lucis rudimento, quæ neferas quidem inter nos genitas vincula excipiunt, & omnium membrorum nexus; itaque infelicitè natus, jacet manibus pedibusque devinctis flens animal, ceteris imperaturum, & à suppliciis vitam auspicatur, unam tantum obculpam, quia natum est, heu de mentiam ab iis initiis existimatum ad superbiam se genitos! prima roboris spes, primumque temporis munus quadrupedi similem

facit, quando homini incessus? quando vox? quando firmum cibis os? quando palpitans vertex, summae inter cuncta animalia imbecillitatis judicium? tot morbi, totque medicinæ contraria mala excogitatæ, & hæ quoque subinde novitatibus videt; cetera sentire naturam suam: alia perniciatè usurpare, alia præpetes volatus; alia vires, alia nare, hominum scire nihil sine doctrinâ non fari, nō ingredi, nō vesci breviter, non aliud naturæ sponte, quam flere: itaq; multi exstitere qui non nasci optimum censuere, aut quam ocyssimè aboleri, & infrâ. Incertum ac fragile nimirum est (inquit) hoc munus naturæ; quidquid datur nobis: malignum verò, & breve etiam in his quibus largissime contingit universum; utique ævi tempus intuentibus, quidquid estimatione nocturnæ quietis dimidio quisque spatio vitæ suæ vivit? pars æqua morti similis exigitur, aut pœna nisi contingit quies, nec reputantur infantia anni qui sensu carent, non senectæ in pœnam vivacis, tot perioulorum genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties invocatâ morte, ut nullum frequentius sit votum: natura verò nihil hominibus brevitatem vitæ præstitit melius: hebecunt sensus, membra torpent, præmoritur visus, auditus, incessus, dentes etiam, ac ciborum instrumenta, & tamen vitæ bone tempus annumeratur. ergo pro miraculo, & id solitarium reperitur exemplum, Xenophilum musicum, centum & quin-

quinque annis vixisse, sine ullo corporis incommodo haec tenus Plinius. Sed quid miserabilius, quam in morbo musicō consumpsisse vitam? verè verus ille Philosophus discipulus Boëtius Severinus, lib. 2. de consol. metr. 3. & Samariensi.

*In luctum Cybære fit lachrimosa lyra.
O mala dulcedo subito qua sumpta renens,*

Quæ benè compensus mellea folla gravi,

De felicibus etiam dico cum Senecā, lib. de brevi vitā. De istis me putas, (inquit) differere, quorum in confessione mala sunt? Aspice illos ad quorum felicitatem concurrunt; bonis suis suffocantur, quam multe graves sunt divitiae: quam multorum eloquentia quotidiano ostendandi ingenii spacio sanguinem educit, quam multi continuo voluptatibus pallent: quam multis nihil liberum reliquit, circumfusus clientium populus, ille istius cultor est, iste illius, suis nemo. Quis est enim tam composita felicitatis, ait Boëtius, d. 1.2. prof. 4. ut non aliquid ex parte cum status sui qualitate rixerit, felicitatem, & imperium cupidibus, nihil medium inter summa, & precipia? Vespasiani oratio est. Ita ut Atticarum legum legifer Solon dicere solebat: *Vrbes, acque oppida nihil aliud esse, quam humanarum et rerum domicilia: quibus lucibus, mereores, trifolia mortaliuum quasi sepeis includuntur, quæ Pater musarum flevit,* Iliad. 1.7.

Non enim quidquam est arumosius homine;

Omnium que super terram spirant, & serpentant.

Et Xerxes ille magnus, qui mare navibus 1300. coopertum, to-

ramq; planiciem bellatorum multititudine oppletam, ut ex Herodoto, Anton. Coccius Sabellius, Aeneid. 3. lib. 2. centum septuaginta Myriades, id est decies septies centena millia armorum, & se felicem testatus lachrymas effudit; Artabanus autem duos diversos animi affectus, & intempestivas Regis lachrymas intuens, causam interrogavit: cui Rex, inquit, reputabam mecum quam breve sic humana vita spacio subiecta nostra fortis miseratione, quod tot hominum millia, quod subiecta oculis habemus, ante centesimum annum, sunt ad unum interitura. At miserabilioribus in vita passimur (ait Artabanus), quod in tam brevi etiam vita nemo adeo felix exitit, cui non sepius subierit animo moriendi voluntas: calamitates, & morbi, crebro vitam perturbant, efficiuntque, ut cum brevis sit, nimis ramen longa multe videatur: estque ob id mors optatissimum tristioris vita perfugium, sed quia dulci quedam rerum gustu hanc natura respergit, sic certe, ut minus illa homini videatur operabilis. inde vix ratione gaudent, tot miseriis, & zrumnis dedici, ut exclamem cum Lyrico.

ab miser.

Quantæ laboris in Charybdis!

Vix illigatum te triforis,

Pegasus expediet Chimera.

Tanta ratio non te excipit ineolumem? sed in pueritiâ inenmis est, infirmitatibus jacet, & tota vita infirmitas est.

Non vides quanto mores perido:

Pyrrhe gerula carulos leane

Dura post paulo fugies inaudax

Pralia victor.

Argue.

4. *Atque etiam morbus est per sapientiam mori*, ex Plinii flore, lib.7.cap.50. morali ore libo; quia nisi qui sapit, non moritur, nisi qui vivit ratione, non moritur, qui peccat, sapit, qui sapit, peccat, ideo dictum est Job cap. 34. versic. 27. *Quasi industria re-cesserunt ab eo, & omnes vias ejus intel-ligere noluerunt.* ò quām pulchrè, & utiliter, exclamat Seneca, de bre-vit. vitæ in princip. ! *Non accepimus brevem vitam, sed fecimus, nec inopes o-jus, sed prodigi sumus : quid de rerum na-tura querimur, si illa se benignè ge-sit?* Vi-ta si scius uti, longa est, quam ignoran-tiam potentum, ac robustorum ho-minum dixit Plato lib. de bono, ho-stilem atque terribilam rem esse. & phi-losophiæ fons Aristot. I. Pol. cap. 2. eructavit hæc verba, *Homo vero arma-zenes per innatam prudentiam, atque vir-tutem, quibus plurimum valet in contra-rium uti, itaque impium, & imma-nis/sum est sine virtute, & ad libidinem, cibationemq; deterrimum.* Sed ratione non abutitur, qui eâ uti non po-test, uti infans, insanus, dormiens, ebrius, & inde nullam prorsus vo-luntatem, nec consensum habere intelliguntur, cùm voluntas non feratur, nisi in priùs cognitum: quod ita etiam de jure obser-vatur, ut sciens etiamsi non consentiat, dummodo expresse non contradic-eat, consensisse videatur: at vero ignorans etiamsi expresse con-sentiat, minimè consensisse dicitur, reg. qui tacet. de reg. jur. l. I. §. 3. ff. de tribut. l. 8. §. unius de option. leg. l. in negotiis de regul. jur. leg. qui ad certum ff. locati: patet in furio-

so, qui cùm ratiocinare non possit, nulla in eo voluntas reperitur ta-cita, nec expreſſa, nec potestas se obligandi, sive continuâ mentis cæcitate labore, sive intermissione vacet: de eâ enim operatione loquor, quæ à furente, dum furens est, actitatur, vel à dormiente, dum imagine lethi sopitur, vel ab ebrio, dum ebrius est, ex doctrinâ Patrum civilis sapientiæ, l. qui testam. §. nec furiosus de testam. l. furiosum C. qui testa. facer. pos. ex termina-to criticorum sudore, in explicatiōne illius Plinii authoritatis: *at-que etiam morbus est per sapientiam mori*, Bris. & Otm. de verbis jur. verbo furiosus, Catek. Cotta in memor. verbo furiosum. Bud. in annot. ad l. 2. de zdl.ed. Baldus. ad ll. 12. tab. cap. 23. Conan. I. Com. cap. 14. Tiraq. de pœn. temp. Duen. reg. 259. Otman. lib.4 obs. cap.6 Petr. Greg.lib. 13. Syntag. cap.5. Alc.2. par. cap. 16. Plin. lib. 7. cap. 50. Inanis est illorum labor, ibi enim Plinius loquitur de febribus trinis quadrinvisive, sive intermittentibus, his verbis: *At Hercule reliquis omnibus, per singulas membrorum partes qualiter nullus alius animalibus certis pestifer calor remeat horis aut rigor; neque horis mudò, sed diebus noctibusque trinis quadrinvisive, etiam anno toto, atque etiam mortus est per sapientiam mori: morbus enim quoque quas-dam leges natura posuit, dicit, per sa-pientiam*, quia videtur scire mor-bus, si quidem legem non transgre-ditur divinæ voluntatis, quæ certis horis calor remeat, aut rigor, vel etiam dici potest, *per sapientiam mori,*

mari, quia infirmus scit quā horā rigor vigeat; aut calor, & quā exhalari soleat spiritus: & simili-
ter de furore intermittente intelli-
gi potest, cum furoris præscri-
ptam horam sciens, in intermissione
præcavens viriliter agat, si-
quidem postea ab omni actione
arcendus est tamquam si mortuus
fuissest, tamquam si non esset. Id-
eò nec testamentum facere per-
mittitur etiam ad pias causas, nec
codicillos, nec matrimonium con-
trahere, nec adire hæreditatem,
nec præstare jussum, nec stipula-
tionem concipere, nec quid aliud.
d. l. furiosum C. qui testam. d. l.
qui testamento §. nec furiosus, de
testam. Bartol. in l. i. C. de Sacr.
Eccles. l. 2. §. 3. de jur. Codicill.
l. Patre furioso ff. de his qui sunt
sui, cap. dilectus, de spons. l. 16.
de ritu nupt. l. cum hæres, l. Anti-
stius de acquirend. hæred. text. in
§. 8. inst. de inutil. Nec illius a-
ctibus validitatem Princeps indul-
gere potest, cùm nulla in eo insit
actio, nec imperium, nec pote-
stas rationis, nec libertas, ac si ra-
tione naturaliter expers bonis an
malis operationem politicare in-
tenderet: de infante loquitur
Barbosa in l. fin. §. fin. de judic. &
de omnibus ratiocinatione caren-
tibus intelligi opus est: unde nec
homicidii tenetur, nec Parricidii.
l. 12. de Sicariis: *Cum enim in-
juria ex affectu facientis consistat, hos, fratre
pulsent, fratre convitum dicant, injuriam
decisisse non videri, l. pen. in fine de
Parricid. l. 3. §. 1. & 2. de injur.*

I. unic. C. si quis Imper. maledix.
Gothofr. in l. 13. ff. de off. Pref. Pi-
nell. lib. 1. p. 1. C. de bon. matern. à
num. 60. etiam in Principem: quæ
enim in eo culpa? cùm suæ mentis
nō sit, sacerdos didicit, parere nescit.
O sacerdos nimirum gravisque Parca.
Ratione exulem, miseriis invol-
vitis, misera mors, & fors vita-
lis! in suo iascio innatat cruo-
re: nè igitur in furore sapientiam
quæras, in vomitione pruden-
tiā, in sopore justitiam, in in-
fantia judicium, satis enim, qui-
bus aquā, & igne rationis inter-
dictum est, puniuntur. O. nu-
men! ô magnum! ô nullis termi-
nis clausum lumen rationis! quis,
quā fronte tanti numinis imperia
negliget? Fatui verè, qui vident,
& non sequuntur, qui miseræ vi-
tae ipsi sibi causa sunt, ô brevis, ô
nimis sera prudentia! in ratione
præditis imprudentiam,

— *fugit irreparabile tempus,*
Et ignorantiam in æternū videmus
puniendam: in cæteris miseram in-
firmitatem concedimus, & hæc fe-
licior, justior enim est illa (text. in
c. sicut 47. dist.) quā sicut per insa-
niam mente translatus, non jam
rem ipsam vident, non legem na-
turalem sciunt; sed phantasias suæ
passionis, injustum judicant re-
ctum, & se non esse cœcos, sed
domum tenebrosam esse, ut fa-
tua Senecæ, epist. 51. Nescit (in-
quit) fatua esse se cœcam, subinde Pe-
dagogum suum rogat, ut migrer, ait, do-
mum tenebrosam esse, nemo se avarum
intelligit, nemo cupidum: si quando fasuo

Gg dele-

delectari volo, non est mibi longè querendus, me rideo, non est extrinsecus malum nostrum, in visceribus ipsis seder, & ideo difficulter ad sanitatem venimus, quia nos agrotare nescimus. Boëtius lib. I. prof. 5. Exules enim sumus à salutari patriâ rationis, ubi ipsa princeps; & ideo sapientia, salus, quies, & justitia est, cuius in regno vivere, in hominis, inquam, potestare est (ait Seneca) de remediosis fortuitor. si sapiens est non peregrinatur, si stupratus exular; irretiuntur miseriâ fu-

gientes improbi, teste Divo Augustino in Psalm. 26. & 32. quia potestas ad effectum, supposito actu malo voluntatis, addit miseriā, ut docet D. Thomas I. 2. & Boëtius Severinus eruditio, & dulci metro, lib. 4. de consol. metro 3.

*Hac venena potentius
Detrabunt hominem sibi
Dira, que penitus meant,
Nec nocencia corpori
Mortis vulnera faciunt.*



C A.

C A P V T . X I I .

*Vindicatur Julianus, & Ulpianus è caligine furtoſa,
in l. 2. §. voluntatem ff. soluto matrimon.*

S V M M A R I V M.

1. *Aetio humana earentibus ratione denegatur.*
2. *Text. in l. 2. §. voluntatem ff. soluto matrimon. novè elucidatur.*
3. *Non nolle quid propriè significet expenditur, & utrum inveniatur in furiosoſis.*
4. *In non nolle scientia exigitur.*
5. *Fictio juris nunquam à Iureconsultis inducta fuit, nec induci potuit.*
6. *Ratio genuina, & explicatio text. in d. §. voluntatem.*
7. *Lex supplet factum hominis in favorem ejus.*

1.  **U M A N A** actio, humanâ ratione earentibus denegatur; viventis tamen operatio permittitur. Nec offendit, et si vulgare nobis est Juliani, & Ulpiani oraculum, in l. 2. §. voluntatem, ff. soluto matrimon. cuius varias intelligentias, juris dederunt Sacerdotes, præcipue Barbosa, in d. §. voluntateni num. 22. ex l. si furiosi, C. de nuptiis, 2. extollit *non contradictionem dari in furiosi*, sed hæc intelligentia, non evitata rotâ multipli frangitur

scopo. Primò ex servatâ Florentinâ lectione in regulâ, *eius est non nolle, qui potest, & velle*, l. 3. de reg. jur. interprete Cicerone 13. ad Atticum, *idq; cum non nolle mihi scripsisti*, id est, non contradicere, at velle minimè conceditur in furioso; igitur nec non contradicere. Secundò, *non nolle*, est medium inter velle, & nolle: velle enim est approbatio expressa, & nolle est reprobatio expressa, l. 86. ff. de hæred. inst. l. 24. C. de neg. gest. sed non nolle, sive non contradicere attigit utraque extrema voluntatis, & noluntatis: non est voluntas, quia non approbat: nec noluntas,

G g 2 quia

quia non reprobatur: Sed utriusque, quia non contradicit, & nolle non dicimus quod velle contrarium utiliter non possumus, & nolle adire non videtur, qui non potest adire, quia, nolle dicimus, cùm contrarium possumus, leg. 4. ff. de acquirend. hæredit. l. 37. de regul. jur. l. 110. de cond. & dem. leg.

3. 17. §. 7. de ædilit. edict. Itaque qui dicit non contradictionem posse dari in furioso necessariò fatebitur approbationem, aut contradictionem inveniri; alioqui non dubitabit absentem posse non contradicere, & tanquam tacite approbantem admitti: quare ergò si filia absens sit, non ex voluntate ejus id factum, cavendumque rem ratam habituram à Patre, ex prædictâ Juliani, & Ulpiani decisione: nam si non contradictione admittitur in eo, qui approbare non potest, nec contradicere: quis eam negabit in absente? & si non, quis fatebitur in furioso? contra statum ejus prorsus rationis expertem, & contra regulam juris, *Furiosi vel ejus cui bonis interdictum sit, nulla voluntas est, non videor enim consentire, qui sentire non possum*, l. furiosi 50. de regul. jur. l. 8. §. unius, de optim. leg. rationem in filia absente Ulpian. in d. §. voluntatem, reddit, *quia scire eam exigimus*, ut videatur non contradicere: ergò scientia necessaria est, ut possit admitti non contradictione, patet his Consulti verbis: *scientiam hic eam accipimus, qua habet & voluntatem: sed ut ego puto non voluntatem, sed patientiam, non enim velle debet dominus, sed non nolle; si igitur scit, & non protesta-*

eur, & contradicit, tenebitur, l. 1. §. 3. 4. ff. de tributoriâ, l. scientiam, ff. ad leg. Aquil. igitur in non nolle scientia exigitur, Tryphon. in leg. 12. §. 3. ff. de captiv. & postlim. Numquid plus scientie invenitur in furioso, quam in absente? minus profectò, imò nihil: hinc l. 7. §. adeò. ff. quibus ex causis in pos. assentit Ulpianus, *verständigungem pati non posse furiosum, qui suus non est*. Qui autem dicit non contradictionem in furioso dari, sive non nolle, seu patientiam, anticipati involvitur quæstione, utrum si pro furioso præsente fide-jubeatur, mandati teneatur. Si negat irretitur, si fatetur, dilabitur, l. 3. §. si passus ff. mand. l. 18. & leg. 53. ff. eod. leg. de regul. juris. leg. Marcellus, & l. si à reo. §. si à furioso, ff. de fide instrum. quo pacto enim absque consensu mandatum? & absque mandato, si nullum est, quomodo actio? quis ergò ambigit receptam esse (non dicam) fictionem? ut absolute docet Duarenus, ibi. Fictio enim num-5. quam à Jureconsultis inducta fuit, nec induci potuit; sed à Principe, vel à lege, quia illis tantum de jure respondere licebat, & jura publicè interpretari: secundum veriorum lectionem §. responsa. instit. de jure natur. & ex lege 2. de orig. juris. Duarenus lib. 1. disput. cap. 11. Sarm. in l. Gallus §. si ejus num. 6. de liberis & posth. sibi contrarius erubescit, coram Sarmiento, & aliis congestis à doctissimo Piehardo nostro, in d. §. responsa: quo-

quoniam prudentibus à Cæsare jus respondendi datum fuit, id est, facultas respondendi de jure, ut congruat initio §. & grammaticæ, non tamen potestas decernendi jus, quod est summum imperium omnibus Principis inhaerens, velut supremæ jurisdictionis apex, ut eruditè contra Anton. Fabrum, & vulgaris interpretum resolvit Carram. de verâ human. natur. & leg. part. desig. capit. 2. §. 1. illat. 13. sect. 2. à num. 244. argum. l. Gallus, §. nunc de lege Velleiâ de lib. & posth. post doctissimum Patricium virum Dominum D. Joann. Chumazero select. disputat. 10. num. 6. Sed prædictam sententiam Juliani, & responsum à cæteris Consultis, ex mente rescripti Divi Antonini libavit, exemplo, & do-
6.ctrinâ Galli Aquilii: nam ex eo, quod Imperator rescriperat, *filiam nisi evidenter contradicat videri consenire patrem*, deprompsit Julianus, ex sententiâ rescripti, *quasi ex voluntate filiae videri experiri patrem*; *si furiosam filiam habeat*. Non quod furiosa habeat voluntatem tacitam, vel expressam veram, vel fictam contradictionem, aut non contradictionem, non velle, aut non nolle: sed quia in eâ lex utiliter supplet actum voluntatis in favorem ejus; veluti, si diceret ex voluntate legis, *quasi ex voluntate filiae videri experiri patrem*, *si furiosam filiam habeat*. Reliqua verba, ut rationi consentanea sint, & argumentis adductis non contraria, interrogative sunt legenda, *nam ubi non potest per dementiam con-*


tradicere, cōsentire quis eam moritū crederet? ut legit Duarenus, ibi: licet non sic interpretatur: & quamvis, sine interrogatione legantur non velitant, quia suppositis terminis habilibus, idem est ac si diceret, *meritò quis crederet eam cōsentire, si compas-*
menis fuisset (non enim ad facta, sed ad jus hæc verba referuntur, text. formalis in lib. invitum, ff. de servitut. urban.) cum in petenda doce commodum versetur furiosæ, & administratio, quæ committi non debet à curatore, & Pater curator sit filia, & pro eâ utiliter agat, toto titulo ff. & C. de cur. fur. l. cum furiosis in princip. C. eod. l. cum dotem §. item pater 9. ff. sol. matrimon. ibi *utiliter*: & quod lex supplet factum *hominis in favorem* ejus, & jureconsulti interpretatione subtili in alios extendant casus ex sententiâ legis: patet utrumque ex constitutione Divi Marci, quæ supplet manumissionem, quam emptor servi impertiri tenebatur, l. 1. & 3. & toto titulo ff. qui sine manumissione & C. si mancip. ita Jurisconsulti duplarem induxere speciem: si donetur servus, ut manumittatur: aut dominus ad manumissionem pretium accipiat. In primâ Papianus, in l. 20. in princip. & in §. puellam de manumissione & notabiliter illo verbo, *ex abundanti probat*, & Ulpianus, & Pomponius, in l. 16. & 20. in pri. de manumissione vind. & fatetur illis verbis *ex sententiâ constitutionis*. In secundo casu est etiam Ulpianus, d. l. 19. §. 1. ibi:

Gg 3

Aut.

Aut prelio accepto, & Paulus, l. 38. §. furiosi in fine C. de nupt: & ita existimari, ac si ipsa furiosa non nolle elicere, vel tacitè consentire posset? ideo dixit Consultus, *Quasi ex voluntate filie*, & Imperator, *Si pacem non contradicas*, d. l. 2. §. voluntatem, d. l. furiosi: quoniam ex eo quod deficit ratio in furioso, omnes in eo actiones liberæ, id est, humanæ deficiunt: ita nec Deo obligatur: & ei tantummodo acquiritur, ex quibus causis ignorantibus nobis acquiritur. Sarm. lib. 2. Select. cap. 1. num. 19. cap. 15. de reg. ubi Abb. & DD. l. si à furioso 24. de oblig. l. si à furioso 12. de reb. cred.

1. ff. de lib. caus. expresso oraculo, ibi: *Cum idem etiam libertatem habetur sit*, id est, Patronus futurus sit, etiam si ille non manumittat, sed lex. Ita enim factum hominis representat lex, *ut perinde habeatur, ac si ab eo à quo debuit manumitti, manumissus esset*: his verbis Calistratus, in l. 3. ff. qui sine man. & ex eo Gothofredus pro miraculo expendit. Si igitur factum hominis, ita lex representat, ut factum ipsius hominis, etiam si ipse facere posset, existimetur; quanto potius in favorem furiosæ, *ne tale infortunium detrimenso aliquo prægravetur*, argum. l. si



CA-

C A P V T X I I I .

Ratio obligationis ex re in his qui imperio rationis carent. Et lux datur Marcello, & Vlpiano, in abditis sua legis Marcellus. de fidejussor.

S V M M A R I V M .

1. *Qui ratione carent, licet consensu obligari non possint; ex re tamen obligantur.*
2. *Text. in l. Marcellus ff. de fidejussoribus elucefecit.*
3. *Cujaciu nota repellitur.*
4. *Questio, quare in d.l. Marcellus, teneatur fidejussor, & ei non subveniatur, novè expenditur.*
5. *Ex Paulo conductitur lux, ut eluceat oraculum Marcelli, & Vlpiani.*
6. *Dubitandi rationes opponuntur, & illicè evanescunt.*
7. *Vltima ratio dubitandi eliminatur decis. text. in l. quod dictum 32. ff. de partis, & l. 12. tit. 12. part. 5.*

I.  **U**AMVIS hi, qui ratione carent, consensu obligari non possint l. si à furioso 12. de reb. cred. ex re tamen obligantur, veluti absentes, & ignorantibus, non solum naturaliter, sed etiam civiliter, humanâ syllogizante ratione apud Divum Pium, l. nam hoc naturâ 14. junctâ l. 13. de cond. indeb. l. Nesenius l. 3. 5. pupillus, ubi Anton. Fab. ff. de neg. gestis: & idèò datur actio negotio-

rum gestorum, quæ prætoria est ex æquitate, quæ in subsidium cœstante aliâ actione, l. item 5. in princip. de neg. gest. conceditur: quia non inspicit consensum; sed quid, & cui gestum sit, è consultis dico, l. 32. 5. 1. ibi Anton. Fab. ff. de neg. gest. Ignorante virgine mater à sponso filie res donatae suscepit, quia mandati, vel depositi coffat actio, negotiorum gestorum agitur. & iterum: Fidejussori negotiorum gestorum est actio, si pro absente fidejussoris, nam mandati actio non potest competere,

tere, cùm non antecesserit mandatum. l. ex mandato, s. i. ff. mandati, i. 2. & i i. de negot. gestis: Hinc il-
 lucescit interpretatio oraculi obs-
 curissimi Marcelli, & Ulpiani, in
 l. Marcellus ff. de fidejussoribus,
 ubi : qui pro furioso, prodigo, &
 pupillo, sine tutoris autoritate o-
 bligato fidejussor, magis est, ut ei
 non subveniatur, quoniam his mandati a-
 ctio non competit : quia ratione absen-
 te consensus non invenitur, & abs-
 que consensu obligatio non gene-
 ratur, nec actio nascitur, l. 2. de o-
 blig. l. i. ff. mandat. Magno hic
 molimine opus est, & ingenio: ju-
 ris enim nautas videmus naufra-
 gos solicitato potius, quam evita-
 to scopo. Primo verbi illius rela-
 tionis, his, quoniam, ei (id est fide-
 jussori) mandati a ctio non competit, le-
 gi oportere videtur ex notâ Cuja-
 cii, in l. 19. de usurpat. errat quip-
 pè, quia si fidejussori tantum nega-
 retur: illatio præ manibus est: ergo
 mandatoribus, furioso, prodigo, &
 pupillo competit directa: quoniam
 de duobus appositis, negato uno,
 alterum fatetur, ut communiter
 deducitur ex illo Joann. *Dæmonium*
non habeo, cap. 5. de præsump. Joan.
 c. 8. & possit ab unâ dumtaxat par-
 te judicium dari, & ab alterâ clau-
 dicare mandati, actio. l. potest. 41. ff.
 mandat. Quâ præcautâ objectione,
 dixit Ulpianus, quoniam his, id est
 fidejussori, furioso, prodigo, & pu-
 pillo: nec contraria, nec directa
 mandati actio competit; quoniam
 mandatum prorsus nullum est, ex
 defectu rationis, & sic consensus

veri, & legitimi, l. si à reo §. si à
 furios. ff. de fidejussor. prodigus et-
 jam, cui bonis legitimè interdi-
 ctum est, nec naturaliter obligatur,
 quia ratio corrupta, (quæ illi in-
 est) non est ratio, ut docet Divus
 Thomas, 2. dist. 24. q. 33. & i.
 2. quæst. i. art. i. Azor. lib. i. mor. c.
 i. sicut falsus syllogismus non est
 syllogismus: non enim operatur se-
 cundum actionem humanam, cu-
 jus homo dominus est ex rationis
 simul, & voluntatis imperio. *Fallun-*
tur quibus luxuria speciem liberalitatis im-
ponit: perdere iste scit, donare nesciet di-
 xit Piso apud Cornellum Tacit. l.
 i. hist. sed quasi per insaniam men-
 te trâslatus, non jam res ipsas videret,
 non consensum naturalem, & le-
 gem scit, injustum judicat rectum,
 videns tantum phantasias suæ pas-
 sionis furore concupiscentiæ astri-
 ctus, & alligatus, ac opinione sen-
 suum falsâ captivus (cap. sicut hi,
 c. virum 47. distinct. cap. bene in
 princip. 96. dist. cap. nihil 83. dist.
 Firmianus de Justitiâ cap. 18. Pla-
 to de Scientiâ) quâ *instar imperiti sa-*
gittarii à signo procul aberrat. Hoc igit-
 tur lex positiva declarat, quando
 bonis prodigo interdicit uti, imo
 abuti, tunc enim non solùm ratio
 politia, sed etiam ratio naturalis
 legifer est; ea enim humana con-
 sensus actio dicitur, quæ congruit
 homini secundum rationis, & vo-
 luntatis facultatem, Pater Azor l.
 i. inst. mor. cap. i.

Sed nunc quæfitur, quare tene- 4.
 tur fidejussor, & ei non subveni-
 atur? ad cuius quæfitionis apicem
 non

non tritâ athletarum viâ ascende-re conabor, nec infeliciùs sisto pe-dem, sciens fidejussorem adhiberi omni obligationi posse; sive re, si-vè verbis, sive consensu, l. græcè 8. §. 1. ff. de fidejus. & ex re pupillum, furiosum, & prodigum obligari na-turaliter, & civiliter omnes Critici con-testantur, Donel. & Cuj. in l. is cui bonis ff. de verb. oblig. Pichar. in §. furiosus, instit. de inutilib. à num. 16. ex verbis autem, & con-sensu nullatenus: quia, & stipula-tio, quæ verbis fit nisi habeat con-sensum nulla est, nullaque adhæ-ret fidejussio, non solum ipsa (inquit Gaius) sed nè negotiorum quidam ullum ge-stum intelligitur, l. fidejussor, §. fide-jussor, ff. de fidejuss. At verò quādo furiosus ex re obligatur, jure obli-gatus est, nè alioquin contrà natu-ram alterius jacturâ locupletetur, l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb. ubi nulla consensus ratio, sed ac-quisionis requiritur, & licet ex il-lis verbis, jure obligato, prælibatur in-telligi posse, non solum quando furiosus, ex re obligatus est, sed et-jam quando ante furorem ex quâlibet causâ jure fuerat astri-ctus, & jam furore laborante fide-jussor intervenerit; nam cùm fide-jubere, vel intercedere non sit a-ctus furiosi, sed fidejussoris, ideò re-quirit tantum præsuppositam ob-ligationem, l. stipulatus 6. l. qui contra ff. de fidejuss. Sed Marcellus in suâ specie hac generali intel-ligentiâ non utitur, quia quando una dispositio refertur ad plures, pariformiter intelligitur, l. jam

hoc jure ff. de vulg. l. hæreditatem, C. de impub. & hæc anticipatio non potest concedi in pupillo, si-nè tutoris auctoritate obligato, cùm absque eâ non obligetur civiliter, nec naturaliter, nisi ex re: & hæc est ratio quarè Marcelli oraculo in pupillo debeat constitui non tantum naturalis, sed etiam civilis obligatio: quoniam naturalis in fu-rioso, & prodigo nisi antè furorem, vel interdictionem minimè inve-nitur ex defectu rationis: itaque de omnibus æqualiter intelligi o-portet. Quo pacto igitur hic resti-tutio concedetur? si absque tuto-ris, & curatoris auctoritate ex re obligari concedimus, si locupletio-res facti sunt, æquitate naturali adstipulatâ, & fulcitâ auctoritate rescripti Divi Pii, l. naturaliter in fine cum l. seq. ff. de cond. indebiti, l. 3. §. pupillus l. si pupilli, l. Nese-nius 34. l. litis 37. ff. de neg. gestis: quia restitutio non datur, nisi cau-sâ cognitâ propter inconsultam facilitatem, cùm capti sunt, & ni-si manifesta circumscriptio sit, & negligenter in eâ causâ versati sunt, l. quòd si minor 24. §. 1. l. in causæ 13. in princip. ff. de minor. toto titul. ff. ex qq. causis majores, nam minor aetus neutri tenebitur: & ubi nulla obligatio nulla restitutio; id-eò non datur nisi minoribus adul-tis, aut majoribus ex causâ, non tam-pen pupillis, & furiosis, & his qui-bus nulla adhæret obligatio, nam his juris civilis, & communi subven-nit auxilio, non restitutio: ubi con-tractus non valet (inquit Ulpian.)

lib. i. ad edictum, in l. in causæ la. 2. ff. de minor. pro certo prætorem s̄e non debet incorporare, satis enim ipso jure munisim, ex quibus patet ineptissimum fore eandem dubitandi rationem repetere in oraculo Marcelli, quam in eodem libro i. ad edictum relatam in l. in causæ la. i. y. la. 2. deciderat: itaque alia diversa, & subtilior dubitandi ratio coegerit Ulpianum Marcelli auctoritate respondere: Pausus tamen in l. ergo; 22. ff. 2. ex quibus caus. maj. mihi quasi condonat filum, quo è tenebroso hujus legis. labyrintho remaneat queam explicans, *Quod edictum etiam ad furiosos, & infantes, & civitates pertinere Labeo ait quæ verba regulæ juris ex præcedentibus interpretanda sunt, l. si servus pluriū ff. de leg. i. Sic et igitur danno eos adfici non vult, ita lucrum facere non patitur.* de secundâ parte edicti loquitur Pausus, & in lege præcedenti Ulpianus, quæ edicta est contra absentes, civitates, & furiosos, & alios, ne absentia, furor, infantia, aut privilegium. lucrum eis ex alieno adferat danno, contrâ æquitatis rationem, & mentem edicti, quod rei dumtaxat persequendæ gratiâ, non lucri faciendi ex alterius poenâ, & danno imparatur, ut rectè notat Ant. Faber: l. sciendum 18. ff. ex quibus causis maj. & cavendum monet à Bartol. in l. Æmil. 38. ff. de minor. 6. & vulgo interpretum. Prima dubitandi ratio sese offert ex eo, quod si quis, ut contrahatur cum minore, fidejusserit pro eo, scribit

Ulpianus lib. ii. ad edictum non solum denegandam esse mandati actionem, & restitutionem ex personâ minoris, sed minori subveniri adversus creditorem, & fidejussorem: & hoc verum, quia ab utroque captus, & circumscriptus videtur, & sic, causâ cognitâ, neutri tenetur, & adversus utrumque restituitur: quid ergo erit si nullus sit contractus, ut puta cum pupillo, sine tutoris auctoritate initus, nec locupletior factus sit, id est, nec ex re obligatus? tunc respondebit ex Lab. & Ofil. cessare partes Prætoris; ipso enim jure munitus est, & sic non est questio de fidejussore, ubi nulla est obligatio: quid erit, si pro pupillo, sine tutoris auctoritate obligato, id est, locupletiore facto ex re, & similiter profurioso, vel prodigo fidejussor interveniat? quia tunc fidejussor, non fuit causa, ut obligarentur, jam enim obligati erant: magis est, ut eis non subveniatur: quia aut perfectè aut nullatenus obligantur, & ex re perfectè obligati sunt, licet ex mandato minimè, quia ratione carent. Quid autem de fidejussore, quem fatemur obligatum (verè enim obligationi adhæsit) Numquid subvenietur eâ parte edicti majorum, quam contrâ infantes, & furiosos, & civitates pertinere Labeo ait? ex eo, quia sicur danno eos adfici non vult, ita lucrum facere non patitur, & pateretur si pro pupillo furioso, vel prodigo, jure obligato, fidejussor solvat? Respondit Ulpianus ex Marcelli sententiâ,

tiā, *Magis est ut ei non subveniatur, quoniam his mandati actio non competit*. Sed audi, amī Ulpiane, quia licet non competit mandati actio fidejussori, ex lucro restitutio dabitur contra illos, quos lucrum acquirere conjecturā alterius, nec natura patitur, nec Prator. Respondet non dani, quoniam his mandati actio non competit, quæ verba pluribus scandunt mysteriis: nam idem est, ac si diceret, si actio illis non competit, quid lucri facient? id est, si illis fidejussor non obligatur, sed creditori, quid lucri sentiunt, si ex tali fidejussione nihil acquirunt, quia potius corroboratio, quam dissolutione obligationis est: quid lucri sibi adferunt? nihil profecto; sed audias rogo, Domine mi, *Diximus pupilos, & furiosos habeti pro absentibus, & ignorantibus; sed contra hos, si aliquis pro eis fidejusserit dari negotiorum gestorum actionem, cum mandati certe et explorati juris est, l. 2. l. item 5. l. 11. l. fidejussor §. 1. ff. de neg. gest. l. ex mandato, §. 1. ff. mandati.* Igitur licet predictis non competit mandati actio, utili tamen negotiorum gestorum subveniri oportet. Respondet: *Magis est ut ei non subveniatur, quia negotiorum gestorum utilitas in eo versatur, ne quis absens detrimentum patiatur, non tamen quod lucrum acquirat, l. 1. & toto titulo ff. de neg. gest.* At yero in pupillo furioso & prodigo, plus requiritur; scilicet, quod locupletiores facti sunt, l. 3. §. pupillus, l. si pupilli . 6. l. li-

ris ff. de neg. gestis, non enim ex facto alterius, ut absentes, sed ex re aquisita obligantur sequitate naturæ rescripta à Divo Pio; maximè quia fide-jubendi pro absente, ita negotiorum gestorum actio competit, si putavit ab absente ratum fore: ostenterū si donandi animo fidejussit, nec mandati, nec negotiorum gestorum actionem habet, l. 5. verl. idem ff. de neg. gest. text. formalis in l. 4. ff. eo. l. 6. §. si pulsus, ff. mand. l. si quis reum. §. in princip. ff. de lib. leg. l. si filius, l. 2. C. de negat. gest. quis ergo à furioso, prodigo, & pupillo mandatum esse fide-jubendi putavit? nemo, nisi qui etiam mente careat: quis igitur pro his, nisi donandi animo fidejubeat? nullus. Ergo nemo jam dubitabit in specie nostrâ, nullâ prorsus fidejussori actione subveniri. *Quoniam his mandati actio non competit, ex aperta juris decisione hujusmodi, l. quod dictum 32. ff. de pactis, l. 59. in princip. ff. mand.* Igitur si mandati actio nulla sit, forte fidem mandati animo fidejussit, dicendum est, non prodeesse exceptionem fidejussori. Sed audi iterum jurisperite, nec latiori gyro ratio humana circumscribitur, fateris quidem illos si fidejussione locupletiores facti sint obligari, si enim fidejussor solvat pro his, licet ex actu fidejubendi non competit illi actio, ex solutione tamen competere à rescripto Divi Pii prælibamus. *Sed pupillus in quantum locupletior, ut pote debito libertus, utili actione tenebitur, l. si pupilli in fine, ff. de solut. species enim acquirendi est,*

1. species 11. ff. de acceptil. sive alio modo satisfecerit: nam satisfactio pro solutione est, & solvendo quisque pro alio, licet invito, & ignorante, liberat eum, l. ubi 2.4. l. 52. l. 54. ff. de solut. *Naturalis enim (inquit Gaius) simul, & civilis ratio suast alienam conditionem meliorem quidem et jam ignorantis, & inviti nos facere posse, deteriorem non posse.* l. solvento 30. ff. de negot. gest. nec inspicitur à quo solvatur, sed si debitum solutum sit, l. solvere 51. l. solutione 23. ff. de sol. l. 4. tit. 14. Partit. 5. l. ut fidejussor. 39. ff. de fidejuss. licet contraria sit text. in l. 28. ff. mand. l. Stichum, §. 10. de solut. Nè igitur hæc subtilis veritas in tenebris relinquatur, respondet Ulpian. fateor furiosum, prodigum, & pupillum solutione fidejussoris locupletari: quia librantur; & nego teneri, *Quoniam his mandati actio non competit;* quia nullum fuit mandatum, ratione deficiente: nec negotiorum gestorum: quarè donandi animo fidejussit, nec utilis ex rescripto Divi Pii: quia licet locupletentur solutione, non tamen contraria naturam, sed

potius secundùm illam: quia nihil tam naturale est, quam voluntatem domini volentis rem suam in alium transferri ratam haberi, & qui pro furioso, prodigo, & pupillo sciens vitium fidejubet, & solvit, semper voluntate donandi intelligitur fidejubere, & solvere; & sic nullatenus subvenitur: ita ut licet non sit regulare jus in cæteris perfectæ rationis, si tamen animus donandi fidejussoris percipi possit, reus non tenetur mandati, nec aliâ actione, quamvis pecuniâ fidejussoris liberetur, quæ doctrina lex est, apud Hispanos à sapiente suo, l. 12. tit. 12. Partit. 5. *E quando pagare el fiador por aquel à quien sia, tenudo os el otro de ge lo dar, è fazer cobrar: fueras ende en tres casos (quibus addit Quartum Gregorius ex l. tribus, ff. de usufruct. earum rerum quæ, usu. conf.) el primero es, si el que entra fiador paga el debdo, è lo hace con entencion de le dar por el otro aquello que sia, ó de lo pagar por el, para nunca ge lo demandar.* Et inde abtersa nubeculis videtur decisio Marcelli, & Ulpiani, & via imperii rationis strata nitet.

L I B E R

LIBER TERTIVS

DE

DOMINIO RATIONIS.

CAPVT PRIMVM.

Imperium rationis est origo dominii, & radix.

S V M M A R I V M.

1. *Ratio, & origo dominii.*
2. *Homo universæ creaturæ præpositus est dominus, & unde, & quare.*
3. *Dominium quid sit in genere generalissimo.*
4. *Homo est rerum omnium mensura, & finis, & in eo quodammodo sunt omnia.*
5. *Cetera, sicut cætera omnia terræ, & maris, dominio hominis sunt subiecta.*



I. X eo quod homo sit dominus suarum actio-
num exsurgit ratio, & origo do-
minii, quod in alias res habet
externas: quia opus suum intrâ,
& extrâ tenet ad imaginem, & si-
militudinem Dei, & exinde jus illi
debetur, ut cæterarum rerum, uni-
versæque creaturæ dominus sit,
Genes. capit. I. ita docet Divus
Thomas I. 2. quæstione I. & de-

fendit Soto libro 4. quæstione I.
articulo 2. de justitiâ: nam licet
Angeli creati fuerint ad signacu-
lum similitudinis Dei, & inde
gaudeant dominio, & imperio
suarum actionum naturalium, non
tamen mundi hujus, rerumque
corporalium, quarum Provinciam
soli homini traditam, & commis-
sam fuisse testatur Sacra pagina,
Genes. cap. I. ibi: *Dominamus pisci-
bus maris, volatilibus cali, & univer-
sis animalibus, &c.* & ibi: *Vi præfut pisci-
bus maris, sicut Proconsul, seu Præses,*
Hh 3. qui

qui in eâ Provinciâ majus imperium habet omnibus post Principem, arg. l. 8 ff. de off. Procons. l. 4. de offic. Præsidis. *Dedit* (enim) illi potestatem eorum, quæ sunt super terram, Eccles. c. 17. & posuit timorem ejus super omnipotenciam, & dominus est beatorum, & placitum: omnia (denique canit Psalmif. Psal. 8.) subiecti sub pedibus ejus oves, & boves universas, insuper & pecora campi: & Jacobus frater Domini c. 3. *Omnis* (inquit) natura bestiarum, & volucrum, & serpentium dominatur, & domita sunt à naturâ humana, & sic in c. 1. Genes. verbum illud præst mutuatur cum illo dominanini, 2. & subjicere. Quia universæ creaturæ imperandi, subjiciendi, & dominandi potestas connata, cum ratione homini est. Unde si homo est dominus rerum omnium, quæ super terram Deus posuit, Angelus non est earum dominus ex ratione juris apud Consult. l. si ut certò, s. si duobus, ff. comm. quia duo in solidum dominium habere nequeunt; nec ordine Hierarchiæ, quoniam Angelus non est dominus humanæ naturæ, & inde, nec rerum quæ dominio ejus suppositæ sunt; silius enim *Dominus terra, & plenitudo ejus*, Psal. 23. quia hominis dominus est, & omnium, *Orbis terrarum, & universi qui habitant in eo*. Cujus vice fungitur homo super terram, per rescriptum intellectus, rationis, & voluntatis ad imaginem, & similitudinem Dei humanæ naturæ impressum, docet Sotol. 4. de just. quæst. 1. art. 2. Bened. Pererius l. 4. super Genes. c. 1. vers. 26. ait,

hoc uno maximè argumēto declarare voluit Moses, *hominem esse factum ad imaginem Dei*; quod sicut Deus toti mundo præsidet, & dominatur, ita quasi Dei Vicarius cunctis animalibus præst, ac dominatur homo, quid? quod eâ ipsâ re, quâ imaginem Dei gerit, homo etiam præsidet, & dominatur animalibus, mentem dico, rationem, & prudentiam: non enim animalibus præstat homo proceritate corporis, sed ratione, &c. & etiam alio iure subscribo: quia cum homo plasmatus fuerit duplice parte rationis participie, & rationis experite, & hæc illi sit subjecta, ac corpus animæ, tanquam inferior superiori, omne illud quod naturaliter part subjectæ communicatur naturaliter, & sic necessariò subjicitur superiori. Indè homo, non subjicitur Angelo (licet Angelus sit majoris potestatij) quia homo non habet partem communem cum Angelo, quæ subjiciatur ei; si iste ad signaculum, ille ad imaginem creatus fuit, & sic lumen rationis, & voluntatis libertas equalis est, & sui juris, quia par in parem, non habet imperium, l. ille à quo, s. intempestivum ff. ad Trebell. solum autem intelligentia, & ratio Angeli velocior est, tanquam vinculis corporeis absoluta, hominis vero tardior, velut corporis præpedita funiculis: quod non inducit imperium, nec subjectionem: deinde quia homo non propter Angelos, sed propter ipsum solum Deum creatus est, immo Angeli, quasi administratorii, & con-

& consiliarii positi sunt; solus igitur homo dominus est suarum actionum: & quia omne, quod corpus est in homine subjicitur rationi ejus; inde etiam omne, quod corpus est, est in mundo: quoniam eam partem, que in homine partialis est, & communis cum ceteris rebus universi corporalibus, inferiorem esse, & imperio, ac dominio rationis subjectam patet: unde ex D. Thoma inquit Bañez in 2. dist. 16. art. 3. ad. 1. part. 96. art. 3. hominem in rebus corporalibus ad similitudinem Deo, magis quam Angelum, & inde homo illarum dominus est. *Opera tua Domine (excolamat Psalm. 103.) omnia in sapientia fecisti, & Apost. ad Rom. c. 11. que autem a Deo sunt, ordinata sunt.* Hinc natura ipsa quia homo dominus est suarum actionum, est etiam reliquarum rerum, quae aut communia sunt, aut actionibus ipsis subjectantur, quoniam ut docerit D. Aug. l. 83. quest. & D. Thom. 1.2. quest. 16. aliquam ratione non potest quis uti, nisi rationis particeps, ut enim imperare est, & rem in finem diriger, & ordinare: itaque alienissimum est a ratione earentibus agere, sive operari propter finem: sed motu, seu instinctu naturae: Unde super terram solus homo dominii gloria, & honore imperii coronatus est ab universali Creatore, & Domino: Bruneum (ait Philosoph. l. 10. ethic. c. 8.) animalia, neque justitiae capacia sunt, neque injuria, neque, quam non cognoscunt, felicitas, quia libera non sunt: addit (Sot. l. 4. de just. quest. 1. art. 2.) & in-

dè nec sui juris: ergò alieno juri subjecta esse infertur necessario, ut omnia ordinata sint. Præmitto 3. dum autem est, dominium (præter juris peritorum definitionem, de qua c. seqq.) multipliciter intelligi, & in genere idem esse quod jus naturale, & divinum, ac gentium, & civile: jus enim tanquam dominium, idem est quod potestas, & hæc; vel est virtus naturaliter insita, & debita, sive principium essendi, & operandi, commune omnibus rebus juxta genus suum, veluti virtus terræ germinandi herbae, & similis similem generandi in genere suo, ut dixi supra ex Genes. c. r. vel est potestas, quæ tantum provenit a radice mentis humanae, sive ab imagine, & similitudine Dei, quæ exinde vere dicitur dominium: quia homo sui juris est, & dominus suarum actionum: operatur enim ratione & voluntate ex electione, & cognitione: inde potestas, & dominium ejus ad imaginem, & similitudinem Dei est, & præses præfectus in terris regno ordine naturæ, & progressu procedendi de perfectio ad perfectius: unde imperfectiora cedunt in usum perfectorum: plantæ etiam utuntur terrâ ad sui nutrimentum, animalia verò plantis, & homo plantis, & animalibus, cum quibus omnibus commune habet, quod subjectum in seipso est superiori, & perfectiori parti rationi, ita In homine quodatimmodo sunt omnia, inquit Bañez, supra art. 2. in resp. q. omnia rerum mensura, finisq. dicitur homo, à Platone,

tone, de scientiâ, & aliis Philos. in-dè dominium habet super omnia animalia, &c. ex elementis composita, & coadunata ex jure illo ei debitum, imò insitum, leg. i. ff. de adq. rerum domin. quod antiquitus, cum ipso genere humano prodicatum est, id est, rationis jure & imperio in ipsâ met naturâ humanâ innato. Hinc Philos. i. polit. c. 5. asserit, *Venationem silvestrum animalium esse justam, & naturalem, quia per eam homo vindicat sibi, quod est naturaliter suum:* & D. Gregor. l. 2 I. c. 11. *bominem ipsâ naturâ præclarum esse omnibus animantibus, & id eo jure naturali dominio ejus subduntur, & ex proprietate etiam naturali;* quia in animalibus invenitur secundum estimationem naturalem, quædam participatio prudentiæ ad aliquos particulares actus: in homine vero universalis, quæ est ratio omnium agibilium, & omne, quod est per participationem, subditur ei quod est per essentiam, & universaliter: ita defendit Bannez ad 1. partem D. Thom. quæst. 96. art. 1. & contrariis objectionibus respondebat, & ex finali causâ, quia, ut docet D. Chrysost. super Matth. *animalia fecit Deus propter bominem, bominem propter seipsum, ergo animalibus ministrat propter bominem, quomodo bominibus non ministrabis propter ipsum?* Cognovit M. Tull. de natur. Deorum 2. pulchrâ naturæ gradatione. *Omnia aliorum causâ (inquit) sunt generata, ut fruges, atque fructus quos terra gignit animalium causâ: animantes autem bominem, ut eorum rehendi causâ, arandi borem, venan-*

di, & custodiendi canem, & iterum, causâ animantes propter bominem esse generatus, earumq; complures sine hominis direktione, & curatione, aut nullo modo esse, aut bene esse non posse. Et rursus ex radice rationis expungit: *Quorum igitur causa quis dixerit (ait) effectum esse mundum? corum scilicet animalium, qua ratione nuncuntur, bi sunt Dii, & homines, quibus profectio nil est melius,* & Senec. de irâ c. 27. Non enim nos causa mundo sumus, hiemem, astremq; referendi, suas ista leges habent, quibus divina exercentur, nimis nos suscepimus si digni nobis videatur, propter quos tanta moventur. cui subscribit Laudant. de irâ Dei c. 13. *Vera est sententia (inquit) Scicorum qui aiunt nostrâ causâ mundum esse construetum, omnia enim quibus constat, queque genera ex se mundus ad utilitatem hominis accommodata sunt.* De fide denique etiam fatemur, & Creatorem ipsum Deum homini dedisse potestatem, & dominium eorum quæ sunt super terram, Sacris litteris instructi edoctiq;, Gen. c. 1. & 2. Eccles. c. 17. Psal. 8. præter rationem ipsam, quâ naturaliter in veritatem cōducimur: & refellitur Theodor. super Gen. q. 20. erud. Basil. hom. 10. in Gen. ille enim negat cetos esse factos propter hominem, & ejus dominio subiectos: iste autem verius affirmat dicens: *cum tantam indulta tibi rationis vim perspicias, nihil non meantem ac penetrantem omniaq; pervincientem, quomodo non esiam imperitandi balenis facultas tibi suppetet,* &c. Si omnia enim subiecitur, nihil dimisit non subiectum ei, dominamini dixit universis animalibus. Exornat Bened. Perer. docto quidē calamo sup. Gen. c. 1.

C A-

C A P V T I I.

Ratio dominii in natura perfectione, & corruptione, ac etymologia, & definitio.

S V M M A R I V M.

1. *Dominium quid esset in naturâ incorruptâ, & quid sit in naturâ corruptâ.*
2. *Dominii definitio apud juris peritos rectè etiam circumscribit naturam dominii homini condonati in Paradiſo.*
3. *Alberti Gentilis opinio rejicitur.*
4. *Iustinianus explanatur in q. singulorum inst. de rerum diuis.*
5. *Necessitates à naturâ evenire nequeunt.*
6. *In dominio datur relatio dominandi, & subjiciendi.*
7. *Dominium est propria actio homini insita dominandi, & proprietas est propria passio rei subjectæ dominio hominis.*
8. *Antonii Gomez, & Bartol. dicterium eliminatur.*
9. *Obedientialis rerum motus homini quare sublatus.*
10. *Text. in leg. 3. in fine, & l. 5. in princ. ff. de acquir. rerum dom. cum l. 44. ff. eod. & q. feræ inst. eod. explicantur.*

- I.  *QUI RERE au-
tem oportet ,
quid fuit domi-
nium in naturâ
incorruptâ, quid
verò est in natu-
râ corruptâ, & lo-
gicorum tramite ab etymologiâ ,
& definitione exordiens , domi-
nium à domino, & dominum à do-
mino, & domum à verbo Græco Do-
moo, id est, subjicio.(Undè, ni fallor,*

*apud Hispanos, domar, hoc est, sub-
jicere) suboriri didici à Petro Gre-
gorio 1. Syntag. 12. n. 2. Cujacio 10.
obs. 16. Rober. 3. sent. 18. Osualdo
in notis ad Don. lib. 9. c. 8. litt. A.
Macrobius 1. Saturn. n. 15. & aliis:
O domus antiqua(dixit Poeta Ennius)
quād dispari domino dominari! Indè,
quia in mundi hujus domo post
Deum solus homo constitutus est
præses, & paterfamilias, cùm libe-
rà facultate disponendi de omni-
bus*

bus rebus, quæ sub cœlo sunt, dominus merito nuncupatur, & facultas, & potestas ejus prædicta dominium. Vel, ut Alciatus in l. 17. §. differentia, ff. de acqu. possess. notat, deducitur ab alio verbo Græco, quod significat *Dare*, quia ex eo quod omnia data sunt homini, sub dominio ejus jacent. *Ecce dedit vobis amnum herbam*, Genes. c. 1. & Ecclesiastici c. 17. *Dedit illi potestatem eorum, quæ sunt super terram*, vel ut Giphanius observat à verbo vetusto *Dubemus*, quod ab Hebræo *Thob* dicitur, quo bona significantur, quia omnia, quæ Deus fecerat valde bona, dedit, & subjecit homini, quæ non solum essent bona in perfectione suâ; sed etiam in finem utilitatis, & usus humanæ naturæ, cui creata fuerunt. *Vt sint vobis in escam, ut habeant ad resendum*, Genes. 1. Hinc qui Dominus est rerum plurimarum, dicitur apud nos, *es señor de muchos bienes, o tiene muchos bienes*, & res quæ sub dominio nostro sunt, bona appellantur. *Dominium (denique) est jus seu potestis de re aliqua liberè, & plenissimè, disponendi*. Bart. in leg. si quis vi, 17. ff. de acqu. possess. n. 4. Bald. in l. fœminæ, §. illud C. de secund. nupt. Wesenbec. in paratitl. tit. de acquir. rerum dominio 3. hæc est sufficiens, & essentialis diffinitio, quia illud verbum, *jus*, nihil contraria *jus*, sive naturam, & leges permittit: unde apolactizo, tanquam superflua cætera verba, quæ à Glosographis adduntur in l. 1. & rub. de acq. rerum dom. & recte prædicatur de dominio, quod jure natu-

ræ inest homini super terram, & universa ligna, & animantia, de quibus libere disponere ei fuit ab Autore naturæ concessum, & in formâ, & in materiâ, & derivative, & possessivè. Idem est igitur, quod hodie habemus de jure gentium, & de jure positivo, *quod in totum à naturali non recedit; licet per omnia ei non serviat, lege sextâ, ff. de justitia, & jure.*

Rejectâ enim sententiâ, imò opinione Alberti Gentilis, lib. 3. lect. c. 1. gentilis quidem in eâ, quia dominii negat originem à jure naturæ, sed à ratione practicâ naturali per discursum delibatum: cui improbè subscriptit Rainer. Corsetus, l. indag. 14. fixo pede fateri oportet dominium ab ipso Deo naturæ humanæ condonatum, rationi debitum, at non ratiocinatum, ut patet ex testimoniosis sacris, Genes. 1. & 2. Eccles. c. 17. & rationibus, & authoritatibus suprà adductis: & verè ad stipulatur Vaconius 1. declar. i 1. & cum Donello Osualdus, afferentes i. comm. c. 7. ex jure ingenito, vulgò primævo, sive naturæ, dominia indistincta prodiisse: profitetur Imperator Justinianus in §. singulorum, instit. de rerum divis. licet in caligine verborum. *Iure naturali, quod sicut diximus appellatur jus gentium*, quibus illicè contraria videtur inserere, *commodius est itaque à recusione jure incipere: palam est autem recusius esse jus naturale, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit*, è Jure consulti verbis libavit, l. 1. ff. de acquir. rerum dom. *quod antiquitus cum ipso genere humano proditum est.*

Utrum-

Utrumque comprehendens, aut jus, prout rationalis naturæ specificum, quod ideo appellatur jus gentium, sive naturæ, sed simpli-citer, & sine suppositione indi-gentiaz, & necessitatum proflu-xum à naturâ; aut jus etiam rationalis naturæ, sed secundum quid, id est, usu exigente, & hu-manis necessitatibus ratiocina-tum, quod ex inde quoque jus gentium dicitur, quia suppositis naturæ corruptæ humanis necessi-tatibus, gentes humanæ jura qua-dam sibi constituerunt: leg. ex hoc jure §. ff. de justit. Utrumque vetustius est jure civili, & utrumque à naturâ prodiit; Sed pri-mum à naturâ purâ, & incorruptâ: Secundum à naturâ corruptâ, at-que indigenâ per iniquitatem, uti ait Divus Clemens, in capit. 2. 12. quæst. 1. hoc est, propter necessi-tates à pœnali illâ lege iniquitatis §. abortus. Hujusmodi enim ne-cessitates à naturâ evenire ne-queunt: quia natura nil fecit mendicum, nec indigenum, sed à corruptione naturæ humanæ per iniquitatem, §. jus autem gen-tium, quibus naturalis ratio subve-nit ratiocinando remedia, §. quod verò naturalis ratio, instit. de jure natur. quam veritatem conatus fuit Apostolus docere Romanos Jureconsultos, qui etsi cognove-rant non intelligebant, dicens ad Roman. cap. 3. num. 12. & cap. 5. num. 12. & cap. 6. num. 23. *Omnis declinaverunt simul, inutiles facti sunt, non est qui facias bonum, non est usque ad unum: & rursus, propterea sicut per u-num hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt: juncto ibi: Stipendia enim peccati mors.* Cujus præci-pua similiter, Genes. cap. 3. nu-mer. 17. & 18. *Maledicta terra in ope-re tuo, in laboribus comedes ex eâ cunctis diebus vita tua, spinas, & tribulos ger-minabit tibi, & comedes herbas serræ, in sudore vulcus tui vesceris pane tuo, donec revertaris in terram.* Hinc ab effecti-bus dixit, licet causam non intelle-xit Poëta:

*Optima quoque dies miseris mortalibus
ævi
Prima fugit, subeunt morbi, tristisque
senectus,
Et labor, & dure rapit inclemens
mortis.*

Optima quoque dies prima fu-git, quia deseruit properè terras justissima virgo, & antè solis oc-casum suprema tempestas fuit: non enim major pars primæ diei optima, sed minima fuit. Hinc 6. scatent necessitates humanæ, quæ à ratione expostulant subsidium, quoniam in naturâ purâ, & incorruptâ omnia sponte obedirent ho-mini, tanquam naturaliter domi-nio ejus subjecta; quia cum in do-minio detur relatio dominandi, & subjiciendi, (unde Consultus, l. unic. in princip. & in §. 1. ff. si quis jus dic. non obtemp. dixit: *Non obtemperasse videtur, qui quod extremum est, in iurisdictione non fecit.* Ubi Glos-ographi, Cujac. Udalr. Zaf. Anton. Fab. ibi, non littus; sed po-

I i . 2 ciùs

tius naufragos lambunt scopos, meo enim videri, extremum est obedire, initium dominari, & imperare, ut dixi, hæc duo essentiam dominii constituunt, & imperii: hinc etiam dicitur, quod dominium est jus rei quod plenissimè rem ipsam afficit, quod singulariter notant, in l. fin. §. fin autem, vers. postquam, DD. & Baldus, & Joan. Ign. & in l. i. ff. ad Syllanianum, & C. de jur. dom. impetr. & eruditè Donellus reddendo singula singulis, docet dominium dici à personâ domini: & proprietatem à re affectâ subjectioni domini.

7. nii. Necessariò dominium acti-
vum, & passivum est: actio enim
propria; & naturalis hominis do-
minari est, & passio propria, & na-
turalis universæ creaturæ inferio-
ris subjici homini est, uti in crea-
tione rerum fuit diffinitum, Ge-
nes. cap. i. ibi: *Subjicite eam, & domi-
nemini.* Et ibi: *Vniuersaque creature.*
Hinc ratio, quare dominium insit
infanti, furioso, & ebrio, absenti,
dormienti, atque invito, & eis ac-
quiratur, quia propria passio rerum
est subjici naturæ humanæ, licet
homo infirmitate, aut corporis,
aut mentis præpeditus, sicuti nec-
ratione, dominio non utatur, insi-
nuat Osualdus Hiligerus, lib. 5.

8. comm. Don. cap. 16. litt. D. Fallit
autem Antonius Gomez, in l. 45.
tauri, num. 5. & Bart. in l. i. ff. de
jurisd. om. jud. col. fin. asserens do-
minium non esse qualitatem rei
inhärentem, quæ doctrina est con-
trà prædicta sacræ paginæ testimo-

nia, & tollit relationem passivam
dominii, & ordinem naturæ, & rei-
 vindicationem, & plures juris na-
turalis, & civilis effectus, & ita ab
eâ cavendum: omnia denique,
quæ sub cœlo sunt motu proprio
naturali obedientiali obedirent
voluntati rationali hominis domi-
ni sui, ut de aureo Saturni sæculo
exemplari naturæ incorruptæ sen-
sit Poeta, i. Metam.

*Flumina jam lacris, jam flumina ne-
claris ibant
Ne signare quidem, aut partiri limite
campum
Fus erat: in medium querebant.*

Et Virgilius:

*ipfaque tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebar.
At verò licet non natura, & es-
sentia, modus tamen dominandi
supplantatus est per peccatum:
quoniam cum ipsa natura, sive
Deus, moveat animalia, & res ad
suas proprias operationes, & mo-
tus: sublatâ gratiâ, & amicitiâ in-
ter Deum, & hominem, ac homine
odibili facto per peccatum, remo-
vit motionem obedientiæ, & amis-
sus est ordo subjectionis, & domi-
nationis inter homines, & anima-
lia, ac cætera quæ sunt super ter-
ram, quia (ut Bannez ad 1. part. D. 9.
Thom. quæst. 96. art. 1. in comm.
docet) non erat necessarius ad
conservationem naturæ, sed excel-
lentia erat gratiæ, & amicitiæ Dei,*

*quæ revivisci videtur aliquando a-
amicis ejus, ut dictum est: Super As-
pidem, & Basiliscum ambulabis, &
conculcabis Leonem & Draconem, Ps. 90. v. 13.
& de*

& de Danielē missō in lacum Leonum, Dan. cap. 6. num. 22. Non nocuerunt (inquit) mihi, quia coram eo justitia inventa est in me, & Eliseo ursi paruere, 4. Regum 2. & de Leone subiecto Divo Hieronymo: & passim exempla de sanctis veteris, & novi Testamenti refert Benedict. Perrius, lib. 4. super Genes. c. 1. *Anima-lia igitur* (ait Gratianus ex D. Augustino c. 3. 15. quæst. 1.) præsentis seculi cursum, atque ornatum, secundum creatoris incomprehensibilem peragunt voluntatem, quæ de suis factis nullam rationem redditura sunt, quia rationalia non sunt. Sat enim fuit naturæ, ut post peccatum, remaneret quoad essentiam, dominium illud, ad hoc ut cum tremore, & terrore, labore, & sudore, vindicemus quæ nostra sunt, uti decisum exstat, Gen. c. 9. *Et terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres caeli, cum universis quæ moventur super terram, omnes pisces maris manus vestræ traditi sunt, & omne quod moveatur, & vivit, erit vobis in cibum, quasi olera virientia tradidi vobis omnia;* quia lex illa pœnalis: *In laboribus comedes ex eâ, & in sudore vultus tui,* non derogavit dominio; nec vindicationi ejus, sed decrevit, quod laboribus dominetur, & sudore vindicet, etiam quod est suum: undè venatio quoad vindicationem, & jus capiendi, est de jure naturæ incorruptæ; sed quoad modum violentum, est de jure, & necessitate naturæ corruptæ: neque obstant verba Eccles. cap. 39. *Ignis, grando, famæ, & mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt, bestiarum dentes, & scor-*

pii, & serpentes, & Rompeha vindicans in exterminum impios; quia satisfacit ipse, ibi: *Quomodo convertit aquas in se-citatem, & succata est terra, & via illius vias illorum directæ, sic peccatoribus offensiones in irâ ejus; bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis bona, & mala, initium ne-cessariae rei vitæ hominum aqua, ignis, & ferrum, sal, lac, & panis similagineus, & mel, & butrus, uva, & oleum, & vestimen-tum, hæc omnia sanctis in bona; sic & im-piis, & peccatoribus in mala convertentur:* & ibi: *Omnia opera Domini bona, & omne opus horum suâ subministravit, non est dicere, hoc illo nequissimis est: omnia enim in tempore suo comprobabuntur:* & ibi: *Non est dicere quid est hoc, aut quid est istud? omnia enim in tempore suo querentur:* quia (ut inquit Seneca de brevit. vitæ in prin-cipio) *non accepimus brevem vitam, sed fe-cimus, nec inopes ejus, sed prodigi sumus, si-ut amplæ, & regia opes, ubi ad malum do-minum pervenerunt, momento dissipantur, at quamvis modica si bono custodi traditæ sunt, usu crescunt, ita etas nostra benè dispo-nenti multum patet: quid de rerum naturâ querimur?* Vindicata enim labore post peccatum, quæ anteâ sinè sudore vindicaremus, subjiciuntur nobis, quasi primò quod mansueta fiant animalia, ipsa vindicent pœnam peccati, velut exactores labo-ris, & sudoris: *Vindicans in exterminum impios.* Undè elephans, leo, & canis, ac cætera feræ animantia ei solùni, qui labore, & sudore subjecit, subji-ci videtur, irruentia in ignotos ad vindictam creata, usque dum pœ-nâ legis solutâ sudoris, & labo-ris, obedientiam, & subiectio-nem reddant domino suo: *Quia 10.*

I i 3 omne

omne opus hora sua subministravit, & domin. Cūm in suam naturalem laxitatem p̄venerant. Et laxitas pr̄supponit alligationem; sed quia laxatæ fuerant, propter peccatum hominis, non ab alio, quām ab ipso Creatore naturale laxamentum est; etiam si naturalis passio serviendi hominibus sit illis insita: aliter autem intelligere nefas est: quia scimus dominatum fuisse homini condonatum super omnia quæ super terram sunt, spirant, atque serpunt.

emne opus hora sua subministravit, & domin. Cūm in suam naturalem laxitatem p̄venerant. Nec contradicit Jureconsultus Gaius in l. 3. in fine, & l. 5. in princip. ff. de acquir. rerum domin. docens feras naturalem libertatem habere, & idem subscribens Justinianus in s. feræ 12. instit. de rer. divis. quia ex eo, quod laxatæ fuerant à nō otu obedientiali propter inobedientiam hominis, dicuntur esse, vel redire in libertatem, id est, in laxitatem, ut singulariter dixit Ulpian. in l. 44. ff. eod. de acquirend. rer.



C A.

C A P V T III.

*Ratio juris naturae in communione, & societate
domini. rerum.*

S V M M A R I V M.

1. *Dominium non partiliter humanae naturae datum est.*
2. *Modus divisionis rerum ratiocinatione conquisitus est.*
3. *Quid sit dominium inquiritur.*
4. *Vestibulum text. in l. i. in principio, ff de acquir. possest. explicantur.*
5. *Origo, quare non sit idem dominium, & possessio.*
6. *Ratio genuina usucaptionis demonstratur.*
7. *Quo jure, quo nullius sunt primo occupanti conceduntur expendituri, & varia iuri.*
8. *Dominium naturae condonatum, non fuit peccato originali publicatum, sed fructus rerum spontanei.*
9. *Apud omnes gentes precipitur ratiocinatione, quod Apostolus, qui noluerit operari, non manducet.*

A D I X ergò dominii pullulat in naturā humā ab ipso Deo O. ac M. Creatore, non partiliter cōdonata: quia natura perfecta non indigeret divisione, *Humani (enim) plantaverat Dominus paradisum voluptatis, locus erat (inquit D. Basilius orat. de paradiſo) deliciis omnifariam affluens, omni creatura sensibili exuperans pulchritudine, differit latè Benedictus Pererius super Genes. c. 2. lib. 3. q. 2. Eſſentque*

omnes, ut agnovit Ovid. i. Metam.
Contentiq; cibis nullo cogente creatus.

Nemo quidquam concupisceret, sed tam liberalis existeret, ut natas sibi fruges non includeret, nec solis absconditis incumberet, D. August. lib. 7. de civit. c. 19. At verò omnes ad communionem admitteret: quia ut Cæsar in Aratzo ait:

*Nondum yeſanos rabies nudeverat enſes,
Nec consanguineis fuerat discordia nata.*

Et Virgilius :

ipſaque cellus

Omnia liberius nullo poſcenre ferebat.

Et iterum Ovidius :

Natos

— *natos sinè semine flores, jus, & similib.l. 1. 2. & 3. cum seq.*
Mox etiam fruges cellus in arata ferebat.
Ex alienis hortulis, scilicet Epicur.
sumpsit Senec. ep. 4. in fin. Magne
divicia sunt lege naturae composita pauper-
tas, lex autem (inquit) illa natura scis quos
nobis terminos statuit: non esurire, non fruire,
non algere, ut famem siungu depellas: non est
necesso superbis a sidere liminibus, nec super-
cilium grave, & consumeliosam humanita-
tem pati, non est nece se maria tentare, nec
sequi castra: parabile est, quod natura de-
derat, & exposicum: ad supervacua sudatur,
illa sunt que cogam conterunt, qua nos se-
nescere sub tentorio cogunt, qua in aliena
littora impingunt: ad manum est, quod sa-
tis est. Unde recte dicitur à Gratian.
ex D. Isidor. in capit. 1. distinct. 1.
Fas lex divina est, jus lex humana: trans-
ire per agrum alienum fas est, jus non est:
quia in naturâ incorruptâ ager al-
lienus nullus erat, quoniam omnis
communis: & quod commune e-
rat, alienum dici nequibat: ideo
per illum transire fas erat, sicut
hodiè est jus, per suum transire.

Ne signare quidem, aut partiri limite
campum.

Fas erat: in medium querebant.

Omnia enim communia commu-
ni jure naturæ sub manu, mancipio-
que hominis essent, ut ex Marcian.
& Florent. deducitur, l. 2. & 3. ff. de
rer. divis. l. 4. ff. eo. §. 1. inst. eo. quarè
nemo ad littus maris accedere pro-
hibetur: quia littus maris commu-
ne est omnibus, & apparent semita
illius communis radicis in his re-
bus, quæ privatim capi non pos-
sunt; veluti in aëre, aquâ profluen-
te, & mare, & per hoc littoribus e-

de rer. divis. & in princ. cum ss. seq.
inst. eod. Luc. lib. 4.

— *Sacis est populis fluviusque Ceresque.*
Quæ adhuc remanent communia,
& in his quæ etiam adhuc à nemini
capta sunt, ut lapillis, & gem-
mis, & feris, quæ aut non amiserunt
laxitatem naturalem, aut recupe-
rarunt, tamquam communia om-
nibus jure naturæ incorruptæ cōce-
duntur singulis occupantibus, jure
naturæ corruptæ sive gentium, quia
cum Astræa illa, sive justitia origi-
nalis, quæ jus, & ordinem naturæ
servabat, ab iniquitate fugeret pri-
mi parentis (dixit etiam Ovid. I.
Metamorphos.

Deseruit properè terras justissima virgo,
Et Porcius.

Vtima cælestum terras Astræa reliquit.)
Et dirutum esset foedus sociera-
tis humanæ, & licet hominem ho-
mini insidiari nefas à naturâ sit,

Tum belli rabies, & amor succedit ha-
bendi,

Prædarique lupos juvit.

Hinc instantे necessitate corru-
ptionis naturæ, & indigentia hu-
manæ, modus singulariter, ac pri-
vatè dominii acquirendi ratiocina-
tione conquisitus est. Primus titu-
lus, & radicalis acquisitionis domi-
nii, natura ipsa rationalis est. Ce-
teri autem tituli, veluti lex, contra-
ctus, venatio, captivitas, bellum, e-
lectio, usucapio, testamentum, ha-
reditas, omnes denique à jure gen-
tium, & civili ratiocinati, ab indi-
gentiâ naturæ corruptæ proveniūt,
ut inquit Jureconsultus. l. 2. ff. de
rerum

rerum div. & in princ. inst. eod. *Ex* consl. i. ff. de acq. poss. in princ. *Dominium à naturali possessione cœpisse*. In 4. telligitur non tamquam ab origine, & radice: quia hæc tantum fuit rationalis natura; sed tamquam à modo instantे necessitate ratiocinato, magis divisioni rerū adæquato: sic à naturali, id est, à corporali possessione cœpisse distinctionem, & divisionem dominii subscribo. Ex quo patet, non esse idem dominium, & possessionem, quia modus, quoq; acquiritur non est idem, quod acquiritur, sed instrumentum; & quia possessio magis pendet ex facio possidētis; indè interdicta dantur pro possessione, quæ sunt actiones personales, ut firmat Giphan. in l. 3. §. 4. ff. de acq. poss. n. 46. & possessio potest esse, & abesse. At verò in rem actio est ei, qui jure gentium vel jure civili dominium acquisivit, l. in rem actio. ff. de rei vindicat. quia dominium est propria, & inseparabilis passio rei, quæ debet subjici homini jure naturali d. c. 1. & 2. Gen. ita ut non possit de jure naturali, non esse omnibus subjecta: vel de jure gentium illi, qui eam cœpit. Hæc est genuina, & ab origine prælibata usucaptionis ratio; & indè 6. qui uti desinit dominio, alterum eodem jure uti prohibere non potest, l. si quisquam 7. ff. de diver. & temp. præscript. cum text. ita interpretando in l. præscriptio 45. ff. de usurpat. Radix enim dominii est jus humanæ naturæ condonatum, & passio cæteris universis creaturis insita, radix illa semper est communis, quæ est origo transferendi dominium de uno in alterum: quia

K k distin-

distinctio ac divisio à jure gentium ratiocinata non tollit radicem esse communem, imò potius, eà suppositâ, & ex eâ infertur, rem esse posse Petri, vel Joānis & nihil tām naturale esse, quām voluntatem domini volentis, rem suam in aliū transferre, ratam haberī, §. per traditionem inst. de rer. div. quā enim ratione, jure naturæ capientium fiunt lapilli, gemmæ, cæteraq; quæ in littore inveniuntur; respondent Marcian. & Florent. l. 2. & 3. ff. de rer. divis. quia jure naturali communia sūt omnibus. Quod nullius dicitur esse, quo jure primo occupanti conceditur naturæ, quā homo dominus est, sed quo pacto si nullius anteā fuerat; quia nullius dicitur esse, quod omnibus est: ita sensit, & dec̄evit Justin. §. 2. inst. de rer. divis. quia cùm dixisset: *Et quidem naturali jure communia sunt omnium bac, aër, aqua profluens, & mare, & per hoc licet cora maris, nemo igitur ad littus maris accedere prohibetur, iterum dixit, proprietates autem illorum porfici intelligi nullius esse, sed ejusdem juris esse, cuius & mare, eas subjacer mari, terra, vel arena, §. flumina in fine o. de rer. divis. proprietas enim, id est, dominium proprium singulorum distinctum, & separatum à communione nativâ propter necessitates iniquitatis, quibus ratione, seu jure gentiū succursum est, potest intelligi nullius esse: quia illa hujusmodi divisionem dominii privati, ac proprii nā capiunt, sed remanent ejusdem juris, cuius & mare, & quæ subjacer mari, terra, vel arena, id est juris*

naturæ, quo communia sunt omnium decreto ab ipso naturæ auctore, Gen. d. c. 1. & 2. *Subjicite eam, & dominamini, & universæ creaturæ, ita similiter intelligitur verè Pompon. in l. 20. §. tribus de acq. rer. domin. & idem Justin. in §. insula de rer. divis. Plin. l. 1. c. 86. hæc proferentes verba, *Insula que in marinara est* (quod raro accidit) *occupantis sit, nullus enim creditur*. Cavendumq; est à vulgari interpretum distinctione, nempe quoad dominium nullius esse, sed quoad usum communia: radix enim & causa usus, commune dominium est: & illorum distinctio predictis Sacræ pag. testimonis non congruit, & rationibus suprà adductis repugnat: quia natura immutata non fuit, sed deterior humana cōditio facta propter peccatum, non publicatione dominii, arg. l. verum. 63. §. ult. & in l. actio. 65. §. publicat. ff. pro socio. sed fructus spontanei rerum, ut terra non germinet, nisi spinas, & tribulos absque sudore, & labore vultus servi pœnæ: quasi quod opus sit, quod efflagitet genu flexus, & humili projectus, ut servus, quod dominus vindicare, & sine labore uti potuisset. *Venatio silvestrium animalium* (inquit Aristoteles lib. 1. Pol. cap. 5.) *justa est & naturalis, quia per eam homo vindicat, quod est naturaliter suum*. Sed sudore, & labore vindicat quod suum est, ut non possit non adimpleri lex illa penalís, Gen. cap. 3. *In laboribus comedos ex o. 2, cunctis diebus vita, in fundo re vultus tuus resceris pane tuo:* ita, dixit auctor naturæ, judicans, quod detinat*

dit creans, ut intelligamus domi-
lo autem, Xenodochiis, & Noso-
nio, lege pœnali, non derogasse,
sed pœnam imposuisse laboris, &
sudoris in usu, & fructu omnium,
quæ sub pedibus ejus subjecerat
creatione. Inde dicitur Job capit.
§. *Homo natus ad laborem, & ab Eccle-*
siaſt. cap. 7. Non uideris laboriosa opera,
& iterum: *Comedat quisque, & bibat*
ex labore suo, cap. 5. & Psalm. 128.
Laborem manuum tuarum manducabis, &
imperiosè ab Apostol. 2. ad Thimo-
th. cap. 3. Qui noluerit operari, non
manducet, & ratiocinatione ipsâ a-
pud *Egyptios, & apud Sardoas,*
*teste *Aelian.* 4. 1. & *Herodot.* 2. qui*
non rationem sui laboris ederent
coram Præsidibus, capite plecte-
bantur. Idem Draconem edixisse
refert Plutarchus, & Solonem in-
famia notam subrogasse, quâ frons
ignavorum iurebatur, nullum e-
nim pressius stegma peccati, & a-
bominationis, quam vagus, & pro-
fugus esse in terrâ, & quasi mortis
reus se iste profiteretur, veluti Caim
Genes. cap. 4. ibi *Posuitq; Dominus*
in Caim signum. Athenienses autem
cœno, & pallude otiosos submer-
gebant; at verò invalidos, corpore
non vagari, sed ex publico ærario
ali, fixo decreverant calamo. Valen.
Maxim. l. 2. c. 1. de Areopagit. A-
thenienses l. 4. c. 2. & 5. c. 2. apud Chi-
nenses nemo absque labore ma-
nuum suarum remittitur invali-
dus, etiam & mutilatus adscribi-
tur arti, & operibus, quas, et si ma-
xim opossit exercere labore: si nul-

comis alendus traditur. Artifex
verò nullus absque publico judi-
cio, & tunc admittitur si profes-
sionem priùs emiserit alendi inva-
lidos, quos illius artis labori judex
adscripsérunt: quo pacto charitas ex-
eretur, & nullum relinquitur va-
gandi iter, P. Gregor. lib. 13. syn-
tag. cap. 28. & Ferdinand. Men-
dez Pintus, pereg. cap. 112. apud
Germanos, & Gallos idem ferè ob-
servari scribit Rhenatus 2. rerum
German. & cap. 118. legum fran-
cicarum, & ex Tacito de moribus
German. Justus Lipsius ibi num.
30. *Ignarus, & imbellis corpore infames,*
& ex his, & Platone lib. 12. de leg.
eruditè exornat Gothofredus in
novel. 80. Justin. c. 5. qui eadem
edixit: mendicando enim homines
ad delicia proniores sunt, aut sal-
tem otiosus frustrè est terræ onus,
pondus quidem est inutile, & frau-
dem committit in legem illam pœ-
nalem naturæ corruptæ, Genes. c.
3. *In sudore natus es in sceris pane tuo;*
& Psalm. 129. *Labores manuum tua-*
rum manducabis, & bene tibi erit, alio-
qui nihil aliud, nisi spinas, & tri-
bulos terra germinabit: alioqui
male tibi erit, civibus, & civitati,
& regno, ut novissimo adhuc ferè
non emisso omnis eruditio plu-
marum amicto, & loricato cala-
mo docet Joannes Adamus de la
Parra œconomica, & regiæ peri-
phrasí text. in l. unic. C. de men-
dicant. valid. lib. 11.

C A P V T I V .

*Ratio juris gentium in rerum dominii distributione,
ac divisione.*

S V M M A R I V M .

1. *Dominium rerum , primū distinctum fuit renuntiatione gentium.*
2. *Divisio dominii, non dominium à naturali possessione cœpit.*
3. *Ratio, quarè hæreditati furtum non fit , nova traditur , & explicatur etiam D. Isidorus apud Gratianum.*
4. *Dominium distinctum, ac divisum morte peccati.*
5. *Ex duplice jure nobis competit dominium rerum.*
6. *Ratio inhibitionis furti. & origo ejus.*
7. *Præcepta negativa juris naturæ, non sunt primitive ab ipsâ , sed derivatiæ, affirmativa autem sunt primitive.*
8. *In naturâ perfectâ nullatenus effet dominium divisum.*
9. *D. Thomæ dicterium explicatur, & Gratiani.*
10. *Post peccatum inducta fuit divisio rerum, à ratione naturali.*



Iffociamur (inquit Modestinus lib. 3. reg. l. sociatem 4. ff. pro socio) renuntiatione, morte, minutione, capitio, & egestate: quibus causis ratione syllogizante jure gentium illato introducta sunt bella, regna condita, dominia distincta, agris termini positi, l. ex hoc jure 5. ff. de justit. Primū

ergò dissociamur renuntiatione, sive consensu omnium gentium, quæ humanâ instantे necessitate , jus dissociandi dominium constituerunt, & licet derogare minimè juri potuissent naturæ, quod semper firmum, & immutabile est, s. sed naturalia. instit. de jure natur. licuit tamen eis veluti dominis, ut quod unusquisque possideret, id proprium speciali possessione , ac distinctum (etsi non speciali dominio)

2. minio) esset. Unde rectè dicitur omnia stipendia sunt peccati: quoniam à Nervâ filio, dominium rerum ex naturali possessione cœpisse, l. i. §. i. ff. de acquir. possess. non quod cœpisset dominium ex naturali possessione, sed distinctio, seu divisio dominandi, ut dixi suprà, & Ovidius lib. i. Metamor.

Tum primum subière domos, domus antea fuerunt.

Hinc rationis sacramento apud Consultos dicitur hæreditati furtum non fieri, l. i. & ult. ff. de crim. exp. hæred. l. 68. de furtis, Gothofred. ibi, & Doctores in rub. de acquir. hæred. Amaya lib. 2. obs. cap. 7. l. cùm hæredes 23. in principio cum sim. ff. de acqu. possess.

3. Quia hæritas possessionem non habet, & nisi possessioni furtum non fit: quoniam licet dominium communiter, & pro indiviso naturæ humanæ fuerit concessum, possessio tamen nisi naturaliter apprehendatur, nempè facto, & corpore ad nos non pertinet. Indè possessio non est communis, licet jus, & potestas possidendi communis sit: quâ distinctione intelligendus est D. Isidorus, apud Gratianum, cap. jus naturale. dist. i. ibi: *Communis omnium possessio*, effectum mutuavit pro causâ: quia non omnes eamdem rem possiderent, etiam de jure naturæ, licet omnes idem jus

4. possidendi haberent. Deinde dislociamur morte, quia mors stipendia peccati, ex quo omnes humani generis ærumnæ, ac necessitates, bella, captivitates, & servitutes, capit is minutio, & egestas, hæc enim

omnia stipendia sunt peccati: quoniam

Artificis periit cum caput arte suâ.

Periit denique caput hominis cum arte suâ dominandi ad libitum, sine labore, & sudore: magna ars naturæ quippè & gratiaz, sed peccavit in eâ artifex, & indè dictum est ei:

Vade sed incultus, qualem decet exulus esse,

Infelix habitum temporis hujus habe.

Tempore enim peccati terra non dedit fructum suum, sed spinas, & tribulos germinavit, & germinat, & animalia denegant obsequium, ut in laboribus, & sudore, quod suum erat homo vindicet, & capiat, *Accipio conditionem, non reformato judicium*, ait Seneca epist.

26. Nè igitur terra inculta maneret, vel aliorum industriâ, & labore partos fructus alii desides consumerent pigritiâ, & vecordiâ, fruentes sudore alterius, transgredientes legem illam irrefragabilem pœna peccati, *In laboribus comedes ex eâ, & in sudore vultus tui*, Genes. 3. per quam legem cognitio peccati, ad Rom. cap. 3. & ita non potest non adimpleri, ut nemo excusationem habeat. Nulla inde possidemus, quæ non fuerint parta labore, & sudore: itaque ratio apud omnes gentes legitimè ratiocinata, & sic custodita regna condidit, dominia distinguit, & agris terminos posuit: quia ex duplice jure nobis competit dominia rerum: ex insito naturæ, & ex acquisito labore, 5.

K k 3 & su-

- & sudore uniuscujusque, & licet primò communia sint; secundò tamen rectè privata, & singulorum
6. fuerunt constituta. Unde scitè infertur ratio furti, quia cùm lege illâ pœnali, non nisi labore, & sudore vultus sui, rebus quis uti possit, transgressor est illius legis fur, qui pigritiâ, ignaviâ, & fraude lucri faciendi gratiâ, l.i. in fin. ff. de furtis (id est, sine labore, & sudore) vel ipsius rei, vel etiam usus ejus, possessionisve, quod lege naturali prohibitum est, admittere, contrectatione abutitur lege naturali, id est, conclusione rationis: rationis enim conclusio, & decreatum lex naturalis est, & hæc legitimè, & naturaliter, & sic justissimè illata, ne quisquam in sudore alterius vesceretur etiam pane suo, & transiret decretum illud. Quæ naturæ peccatricis lex est imposita quoque ab ipso Creatore: quâ instantente edicta fuit natura corrupta, ex collatis principiis syllogizans ratione, & consensu apud omnes gentes distributionem decernere dominii: aliter enim iniquissimum genus societatis esset, ex quâ quis damnum, non etiam lucrum speraret, ut ex Aristote, & Cassio subscrabit Ulpianus, l.29. in fin. ff. pro socio. Damnum autem nullum reperiri potest in naturâ incorruptâ, sed in naturâ corruptâ.
7. Unde omnia præcepta negativa, veluti non furtum facies, non occides, non mæchaberis, non falsum testimonium dices, non sunt primitivè à naturâ, sed derivatiè:

quia supponunt corruptionem naturæ: affirmativa verò veluti erga Deum religio; diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex totâ animâ tuâ, & diliges proximum tuum, sicut te ipsum, in quo universa lex pendet, & Prophetæ, & natura ipsa, sunt primitiva: quia supponunt perfectionem, & justitiam, ac obedientiam humanae insitam naturæ. Prædictæ rationes distinguendi, ac distribuendi dominii à jure gentium, sunt à priori: alia tres quas inducit Soto lib. 4. de justit. quæst. 3. art. 1. §. hæc ergo, à posteriori inferuntur. In naturâ perfectâ nullatenus fuit dominium divisum: quia quæ Deus potentia ab æterno, & actu ex opificio rerum dominium habeat jure creationis; & Angeli, & homines suapte naturæ, & jure suarum actionum domini esse cœpissent; magis est Hierarchia dominiorum de gradu in gradum, de naturâ in naturam superiorem, & excellentiorem, quam divisio dominii: quia non dividitur, quod commune, & uniforme non est, ut explorati est apud peritos juris, ex toto tit. communi divid. ff.fin.reg. & famil.heric. Soto lib. 4. de justit. qu. 3. art. 1. §. 3. concl. ita illa Hierarchia non est divisio dominii communis: fallitque in hoc Soto alias doctissimus. Sed usu exigente, & humanis necessitatibus divisio dominii cœpit, & inde ex jure gentium ratione genito, non naturæ ingenito, ut ipse Soto rectè fatetur ibidem,

dem, ubi scitè intelligit D. Thom. contrà Cajetan. 2. 2. quæst. 66. art. 2. in resp. ad 1. & in quæst. 57. dixerat enim Angelicus Doctor in q. 9. 66. divisionenι rerum pertinere ad ius positivum, & in quæst. 57. firmar esse de jure gentium: nec sibi repugnat, quia ius gentium, prout ratiocinatione introductum verè est positivum omnium gentium ratione, & consensu, sive constitutio ne rogatum, & ita rectè intelligitur Gratianus in sum. 8. distin. & in capit. 5. capit. 9. distin. 1. ubi hoc nomen *meum*, & *tuum*, id est, divisionem rerum ex consuetudine, sive constitutione originem sumpsisse, docet: hoc est, ex constitutione gentium omnium, sive ju 10. re. Illicò post peccatum, non anteā enata fuit ratio divisionis, ut patet ex illo, Genes. cap. 4. quod obtulerunt fratres Caïm de fructibus terræ munera Deo, Abel autem de apibus, & primogenitis gregis sui, & Caïm etiam adificavit civitatem usu exigente, & humanis necessitatibus, quæ fuerunt causa impulsiva: & ratio humana fuit causa efficiens divisionis, unde opus minimè fuit, quod Adam, vel alius fuisset divisor universalis, tamquam Princeps, aut Rex, sed forte primus, qui ratione motus, & necessitate instructus sibi ali quid peculiare vindicaret, ut Caïm ad adificandam civitatem, à Caïm, & Abel, *meum*, & *tuum*, legimus, ac posteā, Genes. cap. 10. ab his (id est, à filiis Noë ut refert Sacra pagi 1a) sunt divisæ insula gentium in regionibus


suis, vir unusquisque secundum lingnam suam, & familias suis in nationibus suis. Et quamvis Poëta dicat:

Si duo de nostris collas pronominare bus

Prælia cessare, pax finē līte fore.
Id est, meum, & tuum. Divisio non est causa prælii, ac belli, sed peccatum, propter quod justitia societatis humanæ deseruit terras justissima virgo, & tum belli rabies, & amor successit habendi. Nemo contentus suā sorte vivit, nec intrā limites naturæ gyratur, cuius transgreditur limites ex radice omnium malorum avaritiā semine peccati, ex quo scatent necessitates, & malā, & quasi Chimere uno capite truncato, centum pullulant; ut adimplatur irrefragabiliter pœnæ iniquitatis decretum: *In laboribus coemades ex eâ cunctis diebus vice tua.* Unde rectè interpretatur Divus Clemens in capit. dilectionis 12. quæst. 2. apud Gratianum, quia distributio, & divisio dominii rerum ad subveniendum necessitatibus prædictis est introducta, & ratiō humana hujus divisionis, veluti imago, & similitudo rationis divinæ divisione, quasi gyro, vallavit abyssum avaritiae, & legem posuit appetitaum, & affectuum humanæ corruptio nis. Itaque negare rerum divisionem hæresis damnata est, illorum qui se Apostolicorum nomine jactantes res, & conjuges communies, sine divisione esse dicebant: contrà quos surrexit Divus Augustinus lib. de hæres. 40. & Concilium

lium Constantiense contrà excitantem Joannem Hus, qui Clericos posse negabat privatum quidquam possidere : scimus etiam ab initio Abraham, & Loth, viros religiosissimos, & amicos Dei res proprias, & distinctas habuisse, ita ut alter dexteram, alter sinistram terræ, ad quam pergerent, ne jurgium esset inter se, & pastores suos, elegissent, Genes. capit. 13.

numer. 6. Nequè est necesse ad æquitatem hujus ratiocinatæ divisionis, ut perfectè finem assecuratur : quia impotens est ex corruptione naturæ: satis quippè est illa pro suâ facultate stabilire, quæ ad illum finem præviâ dispositione accommodantur, uti eruditè responder Soto lib. 4. de just. quæst. 3. art. 1. in 3. ration.



C A-

C A P V T V.

*Enodantur verba difficillima Divi Augustini,
circa originem dominij privati, & divi-
sionis rerum.*

S V M M A R I V M.

1. *Text. in cap. i. dist. 8. elucidatur.*
2. *Vis directiva rationis ex jure gentium, vis coactiva ex jure civili.*
3. *Iura Imperatorum directivæ sunt jura gentium, & jura gentium coac-
tivæ sunt jura Imperatorum.*



Ecce ratio, & diffi-
nitio juris gen-
tiū prædicta nau-
fraga est vulgari
scopo, quod Ec-
clesia Hierofo-
lymitanæ, & san-
cti Patres semper illo idiomate ut-
tantur, *Vi omnia sunt communia*, quia
amicorum, & perfectorum omnia
debent esse communia, unde Di-
vus Augustinus in regula sua insti-
tuit, & super Joan. i. tractatu 6.
refertur in cap. i. distinct. 8. *Sicut yo-
bis (decernens) anima una, & cor u-
num in Deo, & non dicatis aliquis pro-
prium, sed sint vobis omnia communia*, &
iterum super Joannem, *Tolle (in-
quit) jura Imperatorum, & quis audet
dicere, mea est illa villa, aut meus est ille
servus, aut domus hec mea est, &c. Qui-
bus videtur, possessiones, & domi-
nia fuisse divisa jure civili, hoc est,*

Imperatorum, non communi, &
universali jure gentium.

Dicterio enim ultimo distin-
ctione primum satisfaciā: quia
ibi Divus Augustinus invehit con-
tra Donatistas, qui querebantur
ex eo, quod possessiones eorum
publicatæ fuissent propter hære-
sim, & applicatæ Ecclesiæ, decre-
to, ac edicto Imperatorum Arca-
dii, & Honorii filiorum Magni
Theodosii, circa annum 395. qui
cum Gratiano, & Valentiniano
velut nutriti fideli lacte Divi Am-
brosii, & Hieronymi, & Augustini,
circa annum 385. (ait Mariana
lib. 4. histor. cap. 20. & 21.) decre-
verunt omnes suos subditos profi-
teri sub fide sancti Damasi Roma-
ni Pontificis, & damnaverunt om-
nes hæreticos relatōs in l. 5. C. de
hæreticis, ubi etiam similes ante-
riores leges confirmant, & ædificia-

L 1 vindicatio

vindicanda fore venerandæ nobis
 2. Catholicæ Ecclesiæ præcipiunt, quo edicto Donatistæ fuere incursi, ibi *Donatiste, Audiani, &c.* & in lege cuncti, 3. ibi *Cuncti hæretici procul dubio noverint omnia sibi loca adimenda esse*, & infrà, *His editibus, vel locis privatis Ecclesiæ Catholice vindicandis*, & in l. sequenti 4. ibi *Manichæos seu Manichæus, vel Donatistas meritisima severitate perse- quimus, & toto titu. C. de hæreticis, & idem D. August. tom. 7. adversus Donatistas, ubi minimè negat divisionem dominii rerum: sed defendit leges illas, & jura Imperatorum, qui publicatione bonorum, & aliis pœnis compescere conati sunt hæreticam pravitatem: imò legitimè etiam infertur, quòd si bonis privantur, sua ante delictum fuisse, & ante publicationem propria illis esse, non negatur. Illa autem verba dict. c. i. dist. 8. *Iure tamen humano di- cisur, hec villa mea est, hec domus mea,**

et. coll. jura Imperatorum, & nemo au-
det dicere mea est illa villa. Quasi quod communis sit, ablato jure civili: di-
stinguenda sunt ex vi directiva, &
coactiva; & ex jure humano gen-
tium, & jure humano Imperatorū,
vis directiva enim, ex jure gentium
sive ratione naturali oritur; vis au-
tem coactiva, ex jure Imperatorum,
& illa vis directiva, hac coactione
defenditur, & adservatur: si hanc tollas, illa corruet: igitur, ut tueat-
ur vis directiva divisionis, ac di-
stributionis rerum, necessaria est
coactiva, & si tollas hanc, idest ju-
ra Imperatorum, quis audet dice-
re mea est illa villa: quia quamvis
oderunt peccare boni virtutis a-
more, mali autem, & præcipue hæ-
retici, non nisi formidine pœnæ,
itaque jura humana gentium coa-
ctivæ jura Imperatorum sunt, & ju-
ra Imperatorum directivæ sunt
gentium jura.



C A-

C A P V T V I.

*Ratio quare sint omnia communia apud perfecta
natura sectatores.*

S V M M A R I V M.

1. *Regulæ sanctorum Patrum ad perfectionem Evangelicam currunt.*
2. *Lex charitatis à natura profluit.*
3. *Text. in cap. 2. 12. quæst. I. expenditur.*
4. *Communia debere esse omnia omnibus, de jure naturæ perfectæ intelligitur.*
5. *Quod in natura perfecta, & in Evangelio continetur.*
6. *Licita est divisio rerum, sed communio earum beatior, & perfectior.*

I. **R**EIGIONES autem, & sanctorum Patrum regulæ, ac institutiones, ad perfectionem currunt Evangelicam : quia primam uiam iustitiae originalis naturam incorruptam ambient. Quâ redemptione instaurata Act. Apostolor. cap. 4. dicitur : *Multitudinis credentium cor numer erat, & anima una, ne quisquam eorum, quæ posidebat aliquid suum esse dicebat; sed erant illis omnia communia, repleti enim erant omnes Spiritu Sancto, ejusque consilio, vendite quæ posidetis, & date pauperibus*, Luc. cap. 12. quæ verba divisionem rerū, ac distributionem supponunt, quis enim charitatis, & liberalitatis virtutem

cognosceret, nisi propria agnosceret, text. in cap. sicut hi. 8. dist. 47. quia ut inquit D. Ambrosius serm. 8 i. super Lucam cap. 12. *Dens tibi voluit benignitatis experimenta conferre, & alium per virtutem patientiae coronare, & ita fecit deities, & pauperes divisione bonorum, ut lex, & virtus liberalitatis, & charitatis exerceatur.* Lex enim charitatis à natura profluit: quia cognitionem quandam inter nos natura constituit, itaque ipse Ambrosius, ait, *Neque enim minus est crimen, habenti tollere, quam cum possit, & abundes, indigentibus denegare, propria agnoscit, ac divisa, sed sub tributo, ac censu alendi pauperes: inde invenit in avaros, quis enim, tam injustus, tam avidus, tam avarus, quam qui multorum alimenta, suum non usum, sed abund-*

L 12 dan-

dentiam, & delicias facit, ita intel-
ligitur, ubi : *O stulte, ô impudens dictum,*
propria dicas, &c. proprium nemo dicat,
quod est commune, quod plusquam suffice-
ret sumptum; etiam violenter obtemperum est,
contra legem charitatis, & legē in-
corruptæ naturæ, ac perfectionem
Evangelicā, Lucæ cap. 12. Quis pu-
tas est fidelis dispensator? Dixit Crea-
tor omnium, & Dominus, *Omni au-*
tem, cui multum datum est, multum qua-
reetur ab eo. Fungimur enim vice Dei,
qui homines pascere, ac corvos,
& vestire tenetur, & lilia: inde idē
D. Ambros. in d. cap. sicut hi. & D.
Chrysostom. super Lucam cap. 6.
Esurientium panis est, que tu derimes, nu-
dorum indumentum est, quod tu reclidis,
& misericordia redemptio est, & absolutionis,
pecunia, quam tu in terram defodis, tot te
ergo scias invadere bona, quod possis præsta-
re, quod velis facere vobis amicos de manu
iniquitatis, & Martial. agnovit l. 5.
Extra forenum est, quidquid donatur
amicis,

Quas dederis solas semper habebis opes.
Mammona enim iniquitatis pecu-
nia dicitur: quia omnia, quæ sub pa-
trimonio nostro sunt, pecuniae no-
mine significantur, l. pecuniae de
verborum significat. quoniam om-
nia divisa, ac privata, & à commu-
ni omnium societate separata, per
iniquitatem, id est propter iniqui-
tatis necessitates, & sic extra natu-
ram est donare, quod natura omni-
bus dedit: quia in nativa justitia,
nulla divisio, nec divitis, & paupe-
ris illa inæqualitas, quare nulla ini-
quitas. O quam doctè exclamat
Seneca lib. 7. de benefic. *Quid fæ-*

nus, & Kalendarium, & usura, nisi hu-
mana cupiditatis extra naturam quæ sita
nomina? quid sunt istæ tabulae, quid compu-
tationes, & venale tempus? voluntaria ma-
ta ex constitutione nostra (hoc est ex jure
gentium) prodeuntia in quibus, ni-
hil est, quod subjici oculis, quod te-
néri manu possit, inanis avaritia
somnia: ita est intelligendus D.
Clemens epist. 1. ad D. Jacobum
fratrem Domini, relatus in cap. 2.
12. quæst. 1. & ad dilectissimos fra-
tres, & condiscipulos, quibus cibo
perfectorum nutriens, ait: *Commu-*
nis enim usus omniū, que sunt in hoc mundo
omnibus esse, omnibus debuit, sed per ini-
quitatem alius hoc suum esse dixit, & alius
aliud, & sic inter mortales facta divisio est,
denique Græcorum quidam sapientissimus,
hæc ita sciens esse, ait communia debere esse
amicorum omnia, in omnibus autem sunt sine
dubio & conjuges, &c. Ex quibus dein-
de verbis duplex oritur difficultas:
prima nempe communia debere
esse omnia omnibus: de jure perfe- 4.
&ç naturæ intelligitur: quia in pura
ratione naturali omnis affectus,
& appetitus conquescebat, quâ
gaudentes Apostoli dixerunt, ecce
nunc reliquimus omnia, & sequuti
sumus te. *Nihil enim* (ait Seneca) *ex*
bis que habemus necessarium est: ad legem
naturæ revertamur, divitiae parata sunt,
aut gratuum est, quo egemus, aut vi-
le: panem, & aquam natura desiderat, ne-
mo ad hæc pauper est, intra que quisquis de-
siderium suum ducit, cum ipso Iove de feli-
citate concédat. Perfecti enim conan-
tur laborare in acquisitione gratiæ:
non in multiplicatione pecuniae
divisæ attendentes, quod eis dictu-
sit:

sit: *Et si bene feceritis his, qui vobis benefacient, que vobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt.* Lucæ cap. 6. *Quia majoris gratiae est* (inquit D. Hieron. lib. i. contra Jovin. cap. qui sitit 9. 33. qu. 5.) *offerre quod non debeas, quam reddere quod exigatur.* Perfecti enim exuent veterem hominem, à cuius corruptione exorta fuit divisio, & induunt novum hominem, qui originalem gratiam instaurat, in qua omnia fuerunt cōmunia: quia non erat necessitas, ut essent divisa, nec partiri limite campum, fas erat in medio, Horatius epist. i. 2.

Pauper enim nō est, cui rerū suppetit usus. Si venti bene, si lassari est pedibus tuis, nil Divitiae poterunt regales addere majus.

5. Itaque quod in natura perfecta, & in Evangelio cōtinetur: in eo enim præcipitur amicos, & inimicos diligere, utique idem à natura illa incorrupta, quā nullatenus potuit cognosci amicorū, & inimicorū distinctione: quia esse non poterant inimici, qui necessariò naturæ perfectione amici forent, veluti cœlico-læ sunt: *Quoniam divitiae sunt sapientibus Deus* (dixit Euripides) *cetera inania verba sunt, & verborū ornamenta.* Præcipitur deinde in Evangelio, nulla propria habere: Pater enim vester fecit, quoniam his indigetis, similiter in natura incorrupta, eos pascebat Deus, sine sudore, & labore, homini plantaverat Deus Paradisum voluptatis. *Nunquam parū est, cui satis est, nunquam multum est, cui satis non est,* exēplo Alexandri dixit Seneca de vita beata, *Quod natura satis est homini, nō inventus est, qui cōcupiscone aliquid post om-*

nia, tanta est cœcitas mentiū, & tanta initiorum suorum, cūm proceſſi oblitivo. Unde 6., recte docet Gratianus, c. humanū genus, dist. i. jus naturale esse, quod in lege, & in Evangelio cōtinetur. Et quamvis licita sit divisio rerum ex gentiū ratiocinatione, sive jure: quę gratia erit iis, qui ad perfectiōnem anhelant: siquidem & peccatores hoc habent. *Vnde consiliū dantes* (inquit D. Clemens, ubi suprà) *reſtrām prudentiam hortamur, ut ab Apostolicis regulis non recedatis,* loquitur de perfectis ad perfectos, Matth. c. 19. c. omnes 7. 32. quæſt. 2. *Qui potest capere capiat, non omnes capiunt verbū istud, sed quibus datū est, sapientiam autem (ut ait Apost. i. ad Cor. c. 2.) loquitur inter perfectos, sapientiam verò non hujus saeculi, neque Principum hujus saeculi, qui deſtruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abſcondita est, quam predestinavit Deus ante saecula in gloriā nostram, quam nemo Principū hujus saeculi cognovit, quorum sapientia est, ut ait Lucan. lib. i.*

Nulla fides regni sociis, omniſq; potestas Impatiens confortis.

Proprietas dominii rerū licita est: sed beatior, qui nil propriū habet, sicut qui innuptus est beatior est, *Noli querere uxorem,* (monet Paulus i. ad Cor. c. 7.) *Si autem acceperis uxorem, non peccasti, & ibi, Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium, volo autem omnes homines esse sicut me ipsum, sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, aliis quidem sic, aliis verò sic.* Ita similiter, aliis dives, aliis pauper, aliis in communione, aliis in divisione.

C A P V T V I I.

Ratio Platonis in instituenda Republica, ubi communia essent omnia omnibus.

S V M M A R I V M.

1. *Platonis sententia elucescit, & exornatur.*
2. *Text. in cap. 2. 12. quest. 1. explicatur, & in summa, 8. distinct.*

I.



LLE magnus Philosophus Plato de repub. cui Aristotelem esse imparem, D. Augustinus affirmat, & refert Pater Lopez ad Boët. lib. 3. metro 11. licet non fuerit perfectus, *Omnia* (tamē dixit) *communia esse debere*. Vidit enim lumine rationis, divisionem rerum ex infirmitate naturæ oriri, & necessitate, captivitatesque, & servitutes, emptiones, venditiones, locationes, & cætera jure gentium, sive ratiocinatione insubsidium constituta, quæ non capit perfectio: quia perfectum est, quod in se habet, quidquid appeti potest, & nihil extra querit, ut ipse idem Plato (inquit de bono) ac exinde naturam syllogizavit imperfectam, quoniam si ex infirmitate, & necessitate naturæ nascitur divisio rerum, captivitates, servitutes, locationes, emptiones, venditiones, &c. ac indigentia-

omnis, & ærumpna: necessariò infertur ex perfectione omnia communia fore, omnibus communem libertatem (sic intelligitur Justinianus dicens: *Iure naturali omnes homines ab initio liberi nascebantur*, §. jus autem gentium, de jure natur.) nullamque contractuum, & rerum indigentiam: unde quia quod perfectum est, queri oportet, imò ad id natura ipsa impellit, dixit, *Omnia communia esse debere*, & quam bonum, & pium sic vidi quidam decidens, apud Scevolam in l. 89. §. 1. de leg. 2. l. 78. in princip. ad Trebellian. ibi: *Quidquid aut ego reliquo, aut vos ipse habeatis, commune vobis sit, quod si non ego rogarem, vos pro vestra pietate faceretis*. At verò conclusiō nem hanc (quamvis ex naturali syllogismo illatam) natura, quia post peccatum prona est, & viribus attenuata, opere assequi non potest, nisi sublevetur regenerationis gratiâ, & nisi Deus det, id ē ipse Plato lib. de repub. dial. 5. & in Thimæo, et si sciyit, & docuit volens

volens instituere regnum fœlicitati ratione naturali, sed etiam te illa, & perfectione, non fecit: Hieremias Prophetæ doctrinâ im- quia etsi cognovisset, non intellegebutus lacteque divino nutritus, di- xit (uti inquit Apostolus ad Ro- vinus appellatus, scierit Deum man. cap. 1.) de sapientibus illis: creasse hominem naturâ perfectâ, Qui cum cognovissent Deum, ita ut sint in- non indigenâ, nec mendicâ, & per excusabiles, non scut Deum glorificare. peccatum corruptam fuisse neces- runt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt sitatibus, ac plenam ærumnis, & in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes, se esse sapientes, stulti facti sunt. Dormitaverunt, qui as- 2. cenderunt equos, ait Propheta. At non auditores (docet Paulus ad Roman. cap. 2.) legi justi, sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur. Illi au- tem sapientes, non consequuti sunt operibus, quod lumine ratio- nis cognoverunt, evanuerunt in cogi- tationibus suis, sed factores legis, vel- uti D. Hieronymus, D. Augustinus, D. Benedictus, D. Bernardus, D. Dominicus, D. Franciscus, & cæteri sancti Patriarchæ veri sa- pientes, assequuti sunt gratiâ Do- mini omnium, illam fœlicitatem, perfectionem, ac beatitudinem in- corruptæ naturæ, ut omnia sint commu- nia in republica, & regno suarum religionum. Sed Plato, licet non

sunt ratione naturali, sed etiam

Hieremias Prophetæ doctrinâ im- quia etsi cognovisset, non intellegebutus lacteque divino nutritus, di- vinus appellatus, scierit Deum creasse hominem naturâ perfectâ, non indigenâ, nec mendicâ, & per peccatum corruptam fuisse neces- sitatibus, ac plenam ærumnis, & inde exemplo Hieremias, & doctrinâ perfectiorem naturam contem- pleatur, civitatemque perfectione construere conetur, scivit tamen non fecit: quia naturæ corruptæ, & non regeneratae per fidem de- negatur: quamvis non denegetur scire, & ita est intelligendus Divus Clemens dicens in d. cap. 2. 12. quæst. 1. *Gracorum quidam sapientissi- mus, hec ita sciens esse, ait omnia commu- nia esse debere, & Gratianus nosfer in summa 8. dist. hæc verba profe- rens: Vnde apud Platonem illa civitas justissimè ordinata in qua quisque propriis nescit affectus. Sed velle (inquit Apo- stolus ad Roman. cap. 7.) adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio, Plato non invenit licet velle ad- fuit illi.*

C A.

C A P V T V I I I .

Ratio illibata, & pura Platonis quaritur in illis verbis, in omnibus autem sine dubio & conjuges, propter authoritatem D. Clementis, qui ea induxit. Execratur vulgaris sensus, satisfit exemplis: & tandem ius naturale esse, quod in lege, & in Evangelio continetur defenditur.

S V M M A R I V M .

1. *Platonis verba in omnibus autem sine dubio & conjuges, in pium sensum reducuntur.*
2. *Nihil proprium privatum, ac distinctum fuit in natura incorrupta, nisi uxori.*
3. *Communes, & etiam plures habere uxores est contra ius naturale, divinum, & humanum.*
4. *Text. in c. iste, c. dixit, c. objiciuntur 32. q. 4. enodantur.*
5. *Quidquid lege Evangelica prohibetur, jure naturae prohibitum fuit.*
6. *Scotus defenditur contra Dominicum Soto.*



LLA denique verba à Platone, d. lib. de Rep. prolatata, & à D. Clemente relata, in d. cap. 2. nempe *Communia esse debere amicorum omnia, in omnibus autem sine dubio & conjuges, aut legenda sunt, veluti conjuges, habent omnia communia in*

omnibus. Non diffinitione; sed exemplo, ut veluti domus sub uno dominio regitur, licet duo sint conjuges, & sicut in conjugio diversa patrimonia communicantur & res: ita in republica, quia ad instar domus constituitur, & nihil refert (inquit ipse Plat. lib. de Regno) an ampla, an angusta sit urbs ad imperium. Quoniam sicut regnum domus oeconomicum

micum est omnis finis, omnis ornatus, omnis legis, & omnis ordinis distributio œconomica: ita regnum politicum teste D. Dionysio lib. de divin. nomin. & exinde pax, beatitudo, & felicitas. Aut intelligenda sunt cōjuges debere esse cōmunes ad obsequiū, ad serviendum velut fratres, & amici ad invicem, ut in regeneratione, inquit Apost. ad Galat. c. 5. *Vos enim in libertatem vocati estis fratres: sanctum ne libertatem in occasione dentis carnis; sed per charitatem spiritus servite invicem, omni enim lex in uno sermone impletur, diliges proximum tuum sicut te ipsum.* 1. ad Cor. c. 10. hac dilectione communes sunt omnes ad invicem, si ne dubio & cōjuges: hoc sensu admittendus est Plato, & intelligendus, nec aliter sensisse credo, (at si dixit apolactizo, & anathematizo: amicus enim Plato, sed magis amica veritas) quem Græcorū sapien-
tissimum canonizavit Clemens, & qui uxorem nō duxit, ut refert La-
beo, & qui tantum magistrū meruit Hieremiā, & sacrā paginā edoctus scivit, alluvione destructam fuisse universam terram, ex eo, quod Omnis caro corruperat viam suam, & videntes Fi-
lii Dei, filius hominum, quod essent pulchra acceperunt sibi uxores, ex omnibus quis ele-
gerant. Ubi enim continentia? ubi tēperan-
tia? ubi fortitudo? ubi pru-
dentia? ubi justitia? ac cæteræ vir-
tutes, & natura perfecta? ubi patres? ubi filii? cūm si esset uxor cōmunis ad invicem omnibus luxuriandū, nec filius suam exciperet patri, nec pater filio, nec socer genero, nec ge-
ner focero, & inde pater cum filia,

& filius cum matre cōmiseret: ubi affectio paterna? ubi obedientia fi-
liorum? illarum gentium, de qui-
bus Ovidius ait de Tristibus:

*Gentes tamen esse feruntur,
In quibus & nato genitrix, & nata patrī
Iungitur.*

O insipiens, & corruptissima, ac cōtra naturam cōmunio! ô ineptissima societas omni genere improbitatis, & iniquitatis coadunata! quis crederet eum (qui voluit justissimè ordinare rempublicā, in qua quisque nesciret affectus) omnis affectus, ac luxuriaz inserere laxamen-
tum? at si dixit, & quisquis alius;
inique, & improbè sensisse patet,
quia ut nos docet Innocentius III.
Pontif. Max. in c. gaudemus de di-
vort. *Absolum hoc videatur, & inimicū fi-
dei Christianæ, cūm ab initio una costa in u-
nam fæminam sit conversa, & scriptura di-
vina testetur, quod propter hoc relinquet ho-
mo patrem, & matrem, & adhærebit uxori
suae: quo pacto dixit sua? si cōmunis
omnibus futura esset: nil propriū,
ac privatum fuit in natura incorru-
pta, nisi uxor illo nomine sua, unde
Apost. 1. ad Cor. 7. inquit, *Vnusquis
que suam uxorem habeat, & unaqueque suū
virum, & D. Hieron. in cap. quomo-
do 31. qu. 1. ubi numerus maritorum est,
iti vir, qui propriè unus esse deficit, & ite-
rum, quantum distas in numero, tantum &
in criminē, dictum est enim erunt duo in
carne una, non tres, vel plures, & uxori
non uxoribus, & sic testimonio
veritatis docemur, Matth. c. 19. &
Luc. c. 10. & 1. ad Cor. 7. *Eum qui di-
missa uxore, aliam duxerit mæchari, et si di-
missam duxerit; nequius igitur ipsa***

M m reten-

retenta, c. non mœchaberis 32. q. 6.
 c. quemadmodum 10. cum sim. 32.
 qu. 7. unde ergo uxorum omnibus
 prostituta societas iniquissima? &
 licet Abulensis, & alii videatur in-
 sinuare plures habere uxores, non
 esse contra jus divinum, & natura-
 le: aliud tamen est, & turpius com-
 munes habere uxores, quam plures
 habere, siquidem plures unum tan-
 tum virum habent, non omnes, &
 suas proprias, non cōmunes: utrū-
 que absonum quidem, & turpe, ac
 naturæ contrarium est, rationi, le-
 3. giq; divinæ, & humanæ, de hac re
 D. Anton. 3. part. tit. 14. concl. 10.
 §. 2. Soto in 4. dist. 33. q. 1. art. 2. &
 lib. 4. de just. qu. 3. art. 1. Ledesm. in
 24. q. 67. art. 1. Henr. in Apol. in
 Arch. Tol. 2. part. c. 43. Major. in 4.
 dist. 33. q. 1. art. 2. Dried. de libert.
 Christian. pag. 163. Bannez ad 1. p.
 D. Thom. q. 92. ar. 2. Doctores Ca-
 nonistæ in d. c. gaudemus, & in d.
 juribus, Covarr. in 4. 2. part. c. 7. §. 3.
 nu. 2. Abulens. super Matth. c. 19.
 qu. 30. Quamvis quod tollerabilius
 est, nempe plures habere, permis-
 sum fuerit, quoniam aliud est præ-
 cipere, aliud permittere, quod enim
 permittimus (inquit D. Chrysost. in
 c. 9. 31. q. 1.) nolentes præcipimus:
 quia malas hominū voluntates ad
 plenum prohibere non possumus:
Est enim permitti (ait Consultus, l. 3.
 de pub. judic.) *idem quod remitti*, quia
 quid permittitur? nisi quod natu-
 rā, aut lege prohibetur. Unde Do-
 minus ait illis, Matth. c. 19. Deute-
 ron. c. 24. *Quoniam Moyses ad duritiam*
cordis vestri permisi vobis dimictere uxores

vestras; ab initio autem non fuit sic, id est,
à jure naturæ: ita respödent D. Am-
bros. & D. August. in c. iste, c. dixit,
c. objiciuntur 32. qu. 4. quod obji-
ciuntur Abraham duæ uxores simul
Sara, & Agar: & Jacob quatuor, sed
quando mos erat (sicilicet permissus)
crimen non erat, & iterum, quia non con-
cupiscentia percipienda voluptatis, sed pro-
videntia propaganda successoris, & myste-
riosa rei abdita sacramento, quod pro-
fectò, ut docet idem D. August. lib.
15. de civitate Dei, c. 36. c. 1. 35. q.
*1. c. 4. 27. q. 1. *Quoniam est antiquissimum*, com-*
pollente necessitate, tanto postea factum est
damnabilius, religione prohibente: servie-
runt illi legi, & temporis suo; serviamus &
nos Evangelio, & tempori nostro. Et illis 4.
etiam, propter rei Sacramentum à
Principe, & Authore naturæ per-
missum fuit, & indultum: ergo lege
ordinaria naturæ prohibitum; & sic
personales nec ad exemplum tra-
hantur, quoniam hoc nō Princeps
vult, §. sed quod Principi, instit. de
jur. natur. nam quod alicui ob me-
ritum iudulsi, vel si cui sine exem-
pto subvenit, personam non trans-
greditur; aliz autem cùm genera-
les sint omnes, proculdubio, tenet.
Quoniam (ut ait Marcellus l. 28. ff. de
 legat. 2.) *quod illius persone prestaretur,*
boc nequaquam ad alcum pertinere deberet.
Nec dices figuratum ei, quise finxit, quid
me fecisti sic? an non habet (ait Aposto-
 lus ad Rom. c. 9. Isai. c. 45. Hier. c.
 18. Sapient. c. 15. simul ad Galat.
 c. 3. ad Rom. 6.) *pote statem figuris luci*
ex eadem massa facere, aliud quidem v. 25 *in*
bonorem, aliud verò in contumeliam, eva-
cucata est denique lex regus, quia cum peda-
gogus

gogas eras, & propter transgressionem positi-
ta: gratias autem Deo, quod fuisse serui
peccati, obdisces autem ex corde in eam for-
man doctrinæ in quâ tradisti es tu, liberati
autem à peccato servi facti estis justitia.
Servi rectæ rationis, seu justitiae in-
corruptæ primæ naturæ, cuius justi-
tia, & universa lex, ex duobus man-
datis pèdet, uti nos docet ipse Au-
thor, & Regenerator naturæ, Matt.
c. 22. n. u. 37. Marci c. 12. n. 31. Deu-
ter. c. 6. n. 5. ad Galat. c. 5. Diliges Do-
minum Deum tuum ex toto corde tuo, & in
tota anima tua, & in tota mente tua, hoc
est maximum, & primam mandatū, secun-
dam autem familiæ est hinc diliges, proximum
tuum sicut te ipsum, in his duobus mandatis
universa lex pender, & Propbete. Hæc
est omnis lex primæ naturæ perfe-
cta, hæc ergo est omnis lex Evan-
gelica: quia omne quod in Evan-
gelio cōtinetur liberatos per fidem
à lege peccati ad illam primam na-
turæ perfectionem conducit, unde
merito dixit Gratian. c. humanum
genus dist. 1. *Ius naturale est, quod in le-
ge, & in Evangelio continetur*, quia ut
docet D. Hieron. in cap. 2. dist. 35.
*Postquam autem Christus venit in fine tem-
porum, & Omega revolutus ab Alpha, &*
5. *extremitatem retraxit ad principium.* Ita-
que quidquid lege Evagelica pro-
hibitum, & statutum est, de jure na-
turæ prohibitum, & decretum præ-
ter sacramenta de fidé subscribit
D. Thom. 1. 2. q. 98. art. 1. & q. 104.
art. 3 & q. 108. art. 1. & cum Magi-
stro Sententiarum omnes Theolo-
gi in 4 dist. 3. & cum Gratiano om-
nes juris athletæ, & D. Præses Co-
yarr. plures referens in 4. c. 6. 5. i. à

num. 1. Ex quibus potest defendi 6. Scotus in 4. dist. 15. qu. 2. qui per naturæ corruptionem fuisse juri naturæ derogatum scribit, quidquid contrarium asserat Dom. Soto lib. 4. de justit. qu. 3. art. 1. in rep. ad 1. vedit enim Scotus jure naturæ incorruptæ omnia communia esse: at verò jure naturæ corruptæ omnia divisa, ac privata esse. Vedit in per-
fectione nativa rationem domina-
ri, ac imperare, & passiones corpo-
risque affectus servire, & obedire, sed quæsita corruptione passiones dominari, rationemque servire. Vi-
dit jure ingenito omnes liberos, omnes amicos, omnes ad invicem consentientes, nullam amicorum, & inimicorum distinctionem. Vi-
det autem corruptâ naturâ homi-
nem homini infidiari; universos dissentientes, pugnantes, servi-
entes, dominantes, homicidas, adul-
teros, furantes. Vedit denique in-
genita perfectione hominem dili-
gere Dominum Deum suum ex
toto corde suo, & proximum sicut
semetipsum: videt autem corrup-
tione Idola colere, & occidere
proximum, atque infidiari: ubi
ergo est jus naturæ, siquidem jus naturale nihil aliud est,
quam perfectio naturæ: & omnes declinaverunt simul, inutiles facti
sunt, omnis denique homo men-
dax, quid est omnis homo men-
dax? nisi quod mentitur naturæ
fusæ: ubi igitur est perfectio natu-
ræ, sive jus? *Summa* (autem ait Sene-
ca epist. 95.) illa ac pulcherrima omnium
natura quos periculo exemit, nec periculosos

quidem fecit: homo sacra res: homo jam per lusum, & jocum occiditur, & quem erudiri ad inferenda, accipiendaq; vulnera nefas erat, is jam nudus inermisq; producitur, satifq; spectaculi in homine mors est, in hac ergo morum perversitate desideratur solito vehementius aliquid, quod mala inveterata discutiat: decretis agendum est (hoc est rationis legibus) ut revellatur penitus falorum recepta persuasio. Quoniam leges juris gentium, & civilis potius sunt ratiocinata subsidia infirmitatibus, & necessitatibus naturæ corruptæ, quam jus naturale: hinc servitutes dicuntur esse naturali juri contrariæ, s. jus autem gent. inst. de jur. natural. Et patet abrogatam fuisse perfectionem naturæ rationalis, usque dum reformata, & regenerata fuit ab ipso Authore naturæ, & inde jus naturale humanæ naturæ in Evangelio restauratur, *Vt quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus* (inquit Apostolus ad Rom. c. 5. ad Hebr. c. 9.) *secundum tempus pro impiis mortuus est? vix enim pro iusto quis moritur, nam pro bono forsitan quis audeat mori.* In impio quo pacto potest esse jus, in iniquo æquitas naturæ; in opere mortuo perfectio? ubi ergo jus naturale? Distinguendum tamen est, quod jus naturale humanæ naturæ, sive lex scripta in cordibus nostris (proper quo inexcusabilis, ô homo omnis, qui judicas, ad Rom. c. 2.) non sublata, sed viribus tantum attenuata, ita ut, *Non est qui faciat bonum, non est usque*

ad unum, & inde, velle adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio, ad Roman. cap. 7. unde D. Augustinus lib. de liber. arbit. ad Valentimum cap.4. cap. gratia 145. de conf. distinct. 4. *Gratia qua per Iesum Christum datur, non solùm peccatorum remissionem facit, sed etiam, ut lex implatur, ut natura libetur, ne peccatum dominetur, cum intelligentia etiam ejusdem sancti Doctoris, ibi: Non ex eo, quod quisque baptizatur, omnis vetus infirmus in eo absuntur, sed renovatio incipit à remissione omnium peccatorum, & intelligentia, & operatione spiritualium, & iterum, nam in baptismō quanvis plena fiat remissio peccatorum, nondum tamen plena est novitas, & perfecta mutatio, quia adhuc remanet corruptio, non solùm in corpore, sed etiam in animo, qui est homo interior, in quo si perfecta esset novitas, non disceret. Apostolus quod renovatur de die in diem, 1. ad Corinth. 4. Et sic homines adhuc utuntur divisione rerum, regnis, servitutibus, ac cæteris juris gentium subsidiariis, humanarum necessitatum remediis, nisi qui perfectè renovati, eis non indigent, veluti Apostoli omnia relinquentes, & imitatores eorū, ad quod *Non solam scientiam, sed etiam vires de dit remissio peccatorum*, ut regnet lex illa primæ, & perfectæ naturæ, & subjeat lex peccati, ut definivit Concilium Milevanum, (cui D. Augustinus interfuit) text. in cap. placuit 154. cap. quisquis pen. de consecrat. dist. 4.*

C A P V T I X.

*Quidditas dominii homini condonati in Paradiso
ab ipso Authore natura, eadem ac ipsamet est do-
minii, quo nunc omnes gentes utuntur.*

S V M M A R I V M.

1. *Dominii essentia hodie eadem, quæ fuit data homini in Paradiso.*
2. *Conradi, & Anast. Germonii sententia rejicitur.*
3. *Text. in cap. jus naturale dist. 1. novè elucidatur.*
4. *Vtilitas hominis est finis rerum omnium, quæ illi subjiciuntur.*
5. *Ovidii dicterium relegatur.*
6. *Non solum civiliter, sed etiam naturaliter oportet, ne quis sua re male utatur.*

NONIAM primordium rei, & lex in exordio data, totam ipsius continuationem informat, ut juris Choriphei testantur, l. 3. §. Seio, ff. de minoribus, l. cum filius, §. haeres de legat. 2. l. in ratione, §. si filio, ff. ad leg. Aquil. l. unic. C. de impon. lucrat. lib. 10. syllogizare operæ pretium duxi, utrum quidditas dominii humanæ condonati naturæ sit eadem, ac ipsamet dominii, quo nunc omnes gentes utuntur, Et propter legem in exordio daram, à qua formam capit, & originem, affirmative respondeo, dictum est enim dominimi piscibus mari, volatilibus cæli, & u-

niversis animantibus, (Genes. cap. 1.) universaq; creature, & iterum, dedit illi potestatem eorum, quæ sunt super terram, & posuit timorem ejus super omnem carnem, & Dominus est bestiarum, & volatilium, & rursus, omni homini Deus divisus dedit, atque substantiam, potestatemq; tribuit, ut comedat ex eis, ut fruatur pars sua, & latetar de labore suo, Eccles. c. 17. & c. 5. præteritum, & præsens tempus jungit Sapiens, in referenda quidditate dominii illis verbis: *Debet ut comedat, ut fruatur, ut latetur, ita Deus ipse concedendo dixit: Domini namini, confirmando autem dixit;* Genes. c. 1. & c. 9. *Tradidi vobis omnia,* ut sint vobis in escâ, ut habeatis ad descendens ab exordio enim totâ ipsius domi-

M m 3. nit

nii cōtinuationem informat. Unde admittendus non est Conradus de 2. cōtract. quæst. i 5. c. 4. nec ejus se-
ctator, & amicus meus vir quidem eruditissimus Anastasius Germanus Archiepiscopus, & Comes Tar-
ranciæ Altobrogumque legatus, sed magis amica veritas: scripsit e-
nīm lib. 3. de Sacr. im̄m. cap. 18. nū.
30. & insinuat lib. 1. quem prope
mortem edidit, de legatis Princ. cap. 10. num. 14. *In primis naturali-
bus propriam cuiusque rerum usus posse/so-
nem, immo possesionem ad usum, non domi-
nium fecisse: id enim solam legem introdu-
xit, ubi ergo, mi Germani, domi-
nium, quod Deus homini dedit?* nec me movet verba Gratiani hēc:
*Communio omnium posse/so, & una omniū
libertas, acque acquisitione eorum, que cœlo,*
3. terrā, marique nascuntur, cap. jus na-
turale distinct. i. possessio enim, &
acquisitio effectus fuit, & fructus
ex radice dominii, seu juris possi-
dendi, & acquirendi pullulantes: quis igitur effectum priorem esse,
quām causam concedat? sive pos-
sessionem antea fuisse, quām jus
possidendi, & acquisitionem antea,
quām jus acquirendi? idem est di-
cere possessionem esse à jure natu-
ræ; dominium autem à lege homi-
num, sed mutavit quidem rhetori-
cè effectum, pro causa: quia ex eo
acquisitio conceditur eorum, quā
cœlo, terrā, marique nascuntur,
quoniam jus acquirendi, non de
novo, sed utendi, & possidendi, om-
nibus commune à natura insitum
est, nullo alio pondere, & mensu-
râ, nisi possessione rerum usum
hominibus natura distribuit; sed
omnibus jus commune, & pro indi-
viso ad hujusmodi distributionem
concessit, hoc est dominium, id est,
*Potestas dare corporali liberè, & plenissimè
disponendi, l. fin. s. fin autem, C. de
jur. dom. impetr. provenit quidem
à ratione humana, imagine, & simi-
litudine Dei, & exinde libera, &
plenissima est, & cū ratione; pote-
sta enīm nulla irrationalis, hoc est
absoluta homini à natura tribuitur,
nec cuiquam concedi oportet. Non
quād heretib[us] displiceret (dixit Scevo-
la l. Thais, s. à forore de fideic. lib.)
sed id quod viro bono posset placere. Et ra- 4.
tio hujus dominii, seu potestas
quoad usum est, utilitas hominis,
tamq[ue]am finis omnium, quā hu-
mano supposita sunt dominio: quia
dictum est: *Quasi olora virentia tradidi
vobis omnia, ut sine vobis in escam, & ite-
rum, ut habeant ad vescendum, & ratio-
nem hujusmodi potestatis agnovit* Philosophus. i. Pol. cap. & 2. Ethic.
cap. 3. dicens: *Omnia corporea facta esse
propter hominem, quia inferiora creata
sunt propter ea, qua sunt perfectiore pre-
stantia, & rursus, omnium finem hominem
esse.* H[oc]c inde potestas plenissima
est occidēti omne, quod movetur,
& vivit in aëre, aquâ, & terrâ, ita
docet D. Augustin. contra Faustū,
& Manichæos, lib. 1. de civit. Dei.
*Nam iustissimè ordinatione Creatoris, &
rica, & mors eorum nostris usibus subditur,
& definit Conciliū Martini Papæ
contra eosdem Manichæos, ut re-
fertur apud Gratianū, c. si quis 17.
dist. 30. dicens: *Siquis etiam, non pro
abstinētia, sed pro execratione escaram, &*
carne**

carnē abstineat, placuit sancto Concilio, ut praguster, & si vult abstinere, abstingat, si autem spemnit, ita ut olera cocta cum carnis bus non degusteret, iste non obediens, nec sufficiens horrore & se removens deponatur de ordine Clericatus, & D. Hieronymus contra Jovinianum ait, c. ab exercitio 35. dist. quia ut inquit Apostolus, qui non manducat, manducantem non judicet, bonum est non manducare carnem propter abstinentiam, aut ne frater scandalizetur, & infimeretur, sed non est malum carnem manducare, siquidem facultas descendit carnisbus ab ipso Deo concessa fuit, perfectius est abstinere, sed qui non manducat, manducantem non judicet. Soto lib. 5. de justit. & jur. quæst. 1. art. 1. Itaq; cavendum ab Ovidio 5. Metamorphos. qui licet non jejunus manducantem judicat his versibus:

*Heu quantum scelus est, in triscere vi-
scera condic,*

Congefatioque avidum pinguis cere corpore
corpus.
Alteriusque animantem animantis vi-
vere lecho.

Illinc etiam potestas secandi arbo- 5.
res, & comburendi ligna, vas & do-
mum evertendi, ac in pulverem re-
ducendi cetera omnia, quæ tradi-
ta sunt homini ad utilitatem ipsius
indeq; non est potestas abutendi,
quia male uti re, & dominio, non est
utilitas uectis, & dominantis, sed
damnum, unde natura non tradi- 6.
dit dominium ad abutendum rebus,
sed ad utendum: itaque non solum
expedit civiliter Reipublicæ, sed
etiam naturaliter sibi nequis sua re
male uectatur, Iust. in 5. sed & major
inst. dehis, qui sunt sui, vel al. Gui-
do Papa quæst. 91. l. unic. C. de E-
mendat. servorum.



C A.

C A P V T X.

Ratio quare homo non sit suorum membrorum dominus.

S V M M A R I V M.

1. *Homo quare non sit dominus membrorum suorum.*
2. *Text: in cap. 9. 33. quest. 5. explicatur.*
3. *Anima non habet in corpus dominicum imperium, sed despoticum.*



Xeo, quod omnia corporea, quæ mancipio, manui, & potestati hominis, Deus subjecit partialia sunt, & communia cum corpore humano, excitatur questio, utrum homo sit membrum suorum dominus. Sed recte decisæ est negativè ab Ulpiano l. liber homo ad l. Aquil. afferente, *Dominus membrorum suorum nemo videtur*, & fideliùs ab Apostolis universalis Domini, Canone 22. & 24. Apostolorum, cap. si quis 4. cū sequentib. ex Concil. Aretalenſi cap. 1. cap. 7. ex Concilio Nicæno 55. dist. & à Sacrosancto Concilio Nicæno contra abſcissionem, & intelligentiam Origenis, qui se caſtravit, circa annum 230. & postea juxta annum 400. revixit illius error authore Eunomio, ex quo Eunomiani affeclæ fuerunt, contra

quos plurima etiam ab Imperatoribus decreta. *Eunomiani enim spadones, nec faciendi, nec adipiscendi habeant licentiam testamenti*, & ibi, *quorum furor tantum suast errorum, & civitatibus pellantur extores*, l. Eunomianis l. Doctores cum sequentibus. l. Eunomiani, C. Theod. de hæreticis, l. fin. C. ne sanct. baptisimus iteratur, C. eod. Theod. de quibus vide Eunuchū eruditissimæ Amaz, quem veneror præceptorem, lib. 3. observat. cap. 6. & ratio est, quia in abſcissionē membra, nulla utilitas corporis, & animæ versatur: inde quando utilitas adest, & necessitas totius corporis urget, jure conceditur, capit. si quis à medicis, cum aliis distinet. 55. cap. ex parte el. 2. de corpor. vitiat. quoniam unusquisque jus habet, propriam servandi vitam, sed absque hac necessitate, & utilitate recedit ab eo, quod est secundum naturā, imò contra ipsam operatur, & authori

thori injuriam infert, uti docet D. Damaseenus lib. 2. *Auctor Deo, qui ipse corpus hominis plasmavit suis membris integrum, injuriam infere, & Dei conditio nimirum fit, qui tanti auctoris opus deformat: dictum est enim: Opus manuum tuarum ego sum, & per Isaiam cap. 45. num. 9. *Vic qui coneradicie factori suo testa de formis terre, numquid dicer lucum signo suo, quid facis, & opus tuum absque membris es? & Sapient. cap. 15. num. 7. Horum autem nosorum quis fueris, iudex est figuratus. idem per Hieremias cap. 18. & per Apostolum ad Romanos cap. 9. num. 20. Ex quibus patet hominem non esse membrorum suorum dominum, & sic ab scissione eorum contradicere factori suo, & fugere agonem, & certamen, & non coronabitur, nisi qui legitione certaverit, text. in capit. si quis 9. dist. 55. *Tu ergo quis es, qui judicas alienum servum, domino tuo stat, aut cadit, factus autem: potens est enim statuere illum, & infra: Nemo enim nostrum sibi vivit, & nemo sibi moritur, sive enim vivimus domino vivimus, sive enim morimur, domino morimur, sive ergo vivimus, sive morimur domini sumus: quia ipse est Dominus Deus noster, nos populus ejus, & oves pascua ejus, Psal. 94. & nos verè mācipia sumus Dei nostri, uti etiam agnovit Plato lib. in Phædone, Giphan. lib. 7. Ethic. c. 7. dupli ratione, quia homo à Deo in custodia corporis collocatus est, & quia veluti mancipium magnopere irritaret dominum suū, si sibi aliqua amputaret membra, & Philosophus ex eo, quod si injuriam irrogat Reipublicæ, quanto***

magis domino, & factori suo, qui solus est vita & mortis Dominus. *Tu es Domine, qui vita & mortis habes potestatem Sap. c. 16. & iterum, ego occidam, & ego vivere faciam, Deuter. c. 22. Et ex ea quidem ratione, quia membra corporis plasmata sunt à summo Opifice, ad serviendum, ut Apost. docet ad Rom. c. 12. Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus, non potest autem oculus dicere manus: operā tuē non indigo, aut icernit caput pedibus, non estis mihi necessaria, sed multo magis, que videntur membra infirmiora esse, necessaria sunt, & que primum ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorē cōsideramus, & que in honesta sunt nostra, abundantiorē honestatē habent, honesta autem nostra nullius è gente, sed Deus temperavit corpus ei, cui deerat, abundantiorē tribuendo honorem.*

Neque obstant verba Matthei c. 2. 19. text. in cap. 9. 33. quæst. 5. ex ore Domini nostri, ibi: *Mibi illi Eu-
nuchi placent quos castravisi, non necessitas,
sed voluntas, libenier eos in meos sinus recipio,
qui se castraverunt propter regna cœlorum,
& ob mei culrum noluerunt esse, quod
nati sunt, quia recte dissolvit Glossa
apud Gratianum. Quis se castraverunt
voluntate, non culero, & voluerunt esse,
quod nati sunt, id est virgines, ita legit Glos-
sa, vel noluerunt esse, quod nati sunt, id est
generatores, quid imperatum non erat eis.
Sed Dei cultui se obtulerunt, ca-
stitatem voyentes. Deinde, quia
nulli rei tradita est à natura inter-
necies sui ipsius, sed conservatio, &
sic non recte hinc inducitur Philo-
sophi axiomam in Post. Analyt. Pro-
pter quod unumquodque tale, & illud ma-*

N n gis,

ḡis, quoniam omne aliud vivens, quia non vivit; nisi ex elementis, quae etiam dominio hominis, & ad usum, & utilitatē ejus tradita sunt: itaque vita quoque, & mors universorum, *Quae moventur in terra, & in quibus est anima vivens, ut habeant ad descendū, d. cap: 1. Genes. & cap. 9.* Traditum est igitur liberè, & plenissimè, sed in membris corporis humani, quae sunt instrumenta actionis, & operationis humanæ inest ipsamē domina anima rationalis; & idem jus est de toto ad partes, quod de partibus ad totum, unde homicida sui est, qui sibi

3. membrum abscederit, non enim

anima habet in corpus dominicum imperium, sed despoticum, uti docet Aristoteles i. Pol. cap. 3. Sotolib. 4. de justitia quæst. 2. art. 3. & lib. 5. quæst. 1. art. 1. cum sequent. & patet, quia anima naturaliter respicit conservationem, & utilitatem membrorum corporis, quod vivificat. At verò rerum, quae sub dominio nostro sunt, veluti domus, vētis, equi, cæterarumque utilitatem non respicimus, sed nostram easque diligimus propter nos ipsos, non propter ea; sed membra diligimus propter ea, tanquam partes totius nostri.



C A-

C A P V T X I.

Ratio Hierarchia, & Imperii in homines, non dominii invenitur in natura perfecta.

S V M M A R I V M.

1. *Hierarchia humana quo pacto esse debet.*
2. *Non natura, sed ministerio, ordine, & compositione diversificamur.*
3. *Imperium in feminas, & in liberos secundum debitum ordinem naturae est.*
4. *Imperare, & obedire recto suo tramite ipsamet natura docet.*



Natura quidem incorrupta hominum Hierarchia esset, veluti Angelorum: quia omnia quæ à Deo sunt, ordinata sunt, & ita quosdam plus, quosdam minus sublimaret, non intuitu pœnæ, aut præmii, sed gratiæ suæ, & quantum ad justitiam, & quantum ad scientiam, & circa animam, & circa corpus, ut ex D. Thoma, docent Bannez ad 1. part. D. Thom. quest. 97. art. 3. & 4. & Soto lib. 4. de justit. quest. 2. art. 2. quoniam perfectum, perfectius, & perfectissimum natura etiam ejusdem speciei gyro circumscriptis, & pulchritudo ordinis magis in hominibus reluceret, secundum il-

lud Principis Petri 1. epist. c. 4. *Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterum illam administrantes, & Hierarchia humanae naturæ esset veluti unum corpus, & corpus (ut inquit Apost. de Hierarchia Ecclesiæ ad Romanos c. 12.) non est unum membrum, sed multa, & infra, nunc autem posuit Deus membra, unumquodque eorum in corpore, sicut voluit quod si essent omnia, unū membrū, ubi corpus? nunc autem multa, quidem membra, unum autem corpus, non potest autem oculus dicere manui: operā tuā, non indigeo, aut iverum caput pedibus: non estis mihi necessarii. Et idem ordo, qui in natura regenerata præcipitur, in natura incorrupta servaretur: quia (ut docet D. Greg. lib. 21. Mor. c. II. & in 2. past. c. 6.) homo animalibus irrationalibus, non autem aliis hominibus naturæ prælatus est, qui non, ut animalibus præfer-*

N n 2 tur

tur dominio, sed ut Angelus Angelo ordine Hierarchie, quod regeneratur, natura instaurat, dicens, Reges gentium dominantur eorum, vos autem non sic, quia omnes quod in Evangelio continetur jus primae nature est. Huic questioni eruditus responderet Seneca: an sapiens sapienti proficit, scire desideras, dicimus: plenum omnino bono esse sapientem, & summa adeptum, quomodo prodesse aliquis possit summum bonum habentem, quaeritur: prosumptuosa se boni exercent enim virtutes, & sapientiam in suo statu continent: desiderat vterque aliquem, cum quo conseruat, cum quo querat, peritos luctandi usus exercet: musicum, qui paria didicit monet: opus est & sapienti agitatione virtutum, ita quemadmodum ipse se movet, sic movetur ab alio sapiente, quid sapiens sapienti proderit: occasiones actionum honestarum commonstrabit, &c. uti dicitur de Daniele, qui superabat omnes Principes, & Satrapas: quia spiritus Dei amplior erat in illo, ita unusquisque adimpleret munus suum, & ministerium, sine invidia, & emulatione gratiam, quam acceperat in alterutrum administrans, naturaliter tunc, ut Angelus, quod nunc gratia, ut justus: quia Quando multa ordinantur ad unum (ut scribit Philosophus in principio Politie.) semper inveniuntur unum ut principale & dirigens, & D. Augustinus de civit. Dei lib. 19. cap. 14. Iusti non dominandi cupiditate, imperant, sed officio consulendi: hoc naturalis ordo prescribit. Quoniam incon-

veniens esset, & est, ut præstantior Scientia, & justitia, non uteretur ea in aliorum utilitatem, nondum (inquit Seneca epist. 95.) in tantum nequitia surrexit, neq; tam latè se sparseraat, poterant vitiis simplicibus obstatre remedia simplicia, nūc necesse est tanto operosiora esse munimenta, quanto valentiora sunt, quibus petimur, & Poëta quidam:

Atrolla bianoris claudum, qui luce cœperat.

Claudi oculis dubiam tentat inire viam,

Coniuxere finibus, quod fors utique nigeravit,

Natura ambobus, cum satis una fuit.

Quoniam per iniquitatem, sicut alius hoc esse dixit suum, alias illud, cap. 2. 12. q. 1. ita aliter, quām est, usurpat imperium: omnes enim Rectores esse volunt: Rectores fieri dominos: ac domini, uti Deum adorati cupiunt, immo & statuam eorum, veluti Nabachodonosor, sed ferrum mixtum teste ex luto commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhuc rebunt fibi, sicuti ferrum misceri non potest teste; Dan. c. 3. & 4. O inordinata, & sic contra naturam compositio statuꝝ, caput auri, pectus, & brachia argenti, venter & femora æris, pedum quædam pars ferrea, quædam fidelis, quid spectas; nisi ictu unius lapidis contritionem. Reges aurum, judices argentum, & subditi infelices, æs, ad portandum, & ferrum, ad serviendū facili, immo fracti tributis servientes, veluti Issachar, Genes. c. 49. & quod simul sint ex luto

hinc testa, vita necisque arbitrio regentis fictilis, proh dolor! quando omnes commiscentur humano semine, non diversa, aut contraria natura: omnes licet multa membra, unum tamen corpus sumus, 2. quia non natura, sed ministerio, ordine, & compositione diversificamur: non igitur natura alii domini, alii servi: sed tantum, alii superiores, alii inferiores, ut quilibet opus suum, & ministerium adimpleat, imperando, vel obediendo gratiam, quam accepit, in alterum administrans. Et inde de diversitate sexus inquit, D. Ambro. lib. de paradis. c. 10. apud Gratian. text. in c. fin. 33. q. 5. *Neque illud otiosum, quod non de eadem terra, de qua plasmatus est Adam, sed de ipsius Adae costa facta sit mulier;* ut sciremus unam in viro, & muliere corporis esse naturam, unum fontem generis humani, ideo non duo à principio facti vir, & mulier, neque duo viri, neque duo mulieres: sed primum vir, deinde ex eo mulier: unam enim naturam volens hominum constitutre Dens. Et apud Gratianum glossa inquit in d. cap. fin. non de pede, ne omnino videretur famula, nec de capite, ne videtur domina, sed de costa, ut collateralis videretur ab uno principio creatura, scilicet solius Adae multarum, & disparium naturarum, id est multarum gentium, & disparium quo ad sexum, eripuit facultatem: hinc disparitas viri, & uxoris, patris, & filii: hinc ordo est naturalis in hominibus, ut obediant feminæ viris, filii parentibus: quia *Nulla justitia est* (docet D. Augustinus cap. 12. 33. quest. 5.) ut major servias minori, cum etiam gentiles famina viris suis serviant, communis lege naturæ ait D. Hieron. cap. cum caput 15. ead. 33. quest. 5. cap. hæc imago ead. caus. & q. *quia duo sunt in carne una,* & *quasi unus corporis vir, caput est,* & *quasi Vicarius Dei.* ex Apostolo ad Corint. 11. *vir caput est mulieris,* quod etiam dicitur secundum debitum naturæ ordinem, *quo nisi rectum placere non posset,* ait Seneca epist. 20. & inde uterque sua sponte amasset, quidquid rectum, & quidquid à se fieri ratio postulasset, fuisse in utroque natura integra, ratio recta, sed inobedientia peccatum inobedientiam invocat: abyssus abyssum invocat, & inde ferè reperiuntur concedes. Illinc imperium in liberos ex radice juris naturæ, ut apud Persas refert Aristoteles 8. ethicor. cap. 20. apud Egyprios, Diodorus Siculus lib. 2. apud Hebreos, Moses Genes. 21. & 42. & 43. Judicuen cap. 11. apud Graecos, Halicarnassus 2. apud Moscovitas, Sigismundus Baro, apud Gallos, Cæsar. 6. de bello Gall. apud Romanos, Iure consulti omnes, & exornat Officiale. lib. 2. comm. cap. 20. & Gorifred. in l. 3. de his qui sunt sui, & in principio Richard. c. satis. 33. quest. 5. imperium esset ad perfectionem gratiam, non ad correctionem culpas, ad vindicandum ministerium justæ, & naturalis obedientiæ, non pœnam inobedientiæ, quia nullæ esset in natura incorrupta. Imperaret enim major, & obediret minor, non defectu naturæ, sed ministerio

- gratiæ, imò & influxu naturæ, quia imperare, & obedire recto suo trahite, ordine, & ratione natura ipsamet docet, & ex ea D. Thom. 1. part. quæst. 92. art. 1. ad 2. *Duplex est subiectio: una servilis, secundum quam præsidens utitur subiecto, ad sui ipsius utilitatem, & talis subiectio introducta est post peccatum alia aëconomica, vel civilis secundum quam utitur subiectis, ad eorum utilitatem, & ista fuit etiam ante peccatum: defuisse enim bonum ordinis in humana multitudine, si quidam per alios sapientiores gubernati non fuissent.* Unde cùm hinc rectè syllogizaret civitas Romana, inquit Callistratus l. 5. in princip. ff. de jure immunit. Semper in civitate nostra senectus venerabilis fuit, namque majores nostri pene eundem honorem sibi, quem magistratibus tribuunt.
4. Inde primogeniti, seu majores natu Principes, & Duces erant. Sederunt (dicitur Genes. cap. 43.) coram eo, primogenitus, juxta primogenita sua, & minimus juxta etatem suam, tanquam doctrinâ, & exemplo naturaliter magis apti ad imperandum, hoc enim imperio uti præcipitur, Deuter. cap. 11. num. 19. *Docere filios vestros, ut illa medicentur.* Unde inobedientia juris naturæ prævaricatio est, & imperium inordinatum, dominiumque usurpatum, improba inobedientia est, hinc dictum fuit Nabuchodonosor, Dan, cap. 4. *Et cum bestiæ seris erit habitatio tua: fænum*

quasi bos comedes, donec scias, quod dominus sur excelsus in regno hominum, & Ad Genes. 3. & comedes herbas terre, quia homines hominibus dominari intendunt, quasi bestiis, cum potestate absoluta vitæ, necisque, ac si traditi fuissent ad vescendum, alii aliis dominantur, ac devorant, ideo regna, apud Danielem capit 7. simulacro bestiarum significantur. Ha quatuor bestia quatuor regna sunt, que consurgent de terra. Maledictus (etenim Genes. cap. 9.) est Chanaam, servus servorum erit fratribus suis. hinc D. Aug. scribit, rationalem factum ad imaginem suam noluit, nisi irrationalibus dominari, non hominem homini: sed hominem pecori: inde primi justi pastores pecudum, magis quam reges hominum constituti sunt, ut etiam sic insinuaret Deus, quid postularer ordo creaturarum, & quid exigat meritum peccatorum, conditio quippe servitutis, iure intelligitur, imposita peccatori: proinde seus quam scripturarum legimus servum, antequam hoc vocabulo Noë iustus peccatum filii vindicaret: nomen itaque istud culpa meruit non natura, proh dolor! Cùm sit aliquid (uti exclamat Seneca de Clement. lib. 1. num. 196.) quod in hominem licere commune jus animalium retinet, quia ejusdem nature est, cuius tu, id est hominem homini dominari, & hinc insidiari, savire: cùm nos cognatione quadam, imò æquali naturâ constituerit. l. 1. 2. & 3. ff. de justit. & jur.

C A P V T . X I I .

Nulli sunt homines, quibus natura dominari necesse sit, sed imperare.

S V M M A R I V M.

1. *D. Ioan. de Solorçano laudatur.*
2. *Homines omnes Domini rerum naturae æqualiter constituti sunt.*
3. *Homo nullus natura servus esse potest.*
4. *Author in quadam sententia non est a se clausus doctissimi D. Ioan. de Solorçano.*
5. *Rationes dubitandi opponuntur.*
6. *Omnis barbari cogi possunt jus naturale servare.*
7. *Barbari nulli prætextu barbarismi solo debellari possunt, nec in servitatem redigi.*
8. *Nihil contra naturam, quis committit ex eo, quod sine lege, & fine Rege vivat.*
9. *Text. in cap. dispar. 23. quæst. 8. explicatur.*
10. *Barbari ex eo, quod facile ad doctrinam reduci non possint, nequam vi Dominica subjiciendi sunt.*
11. *Barbari nulli natura alieni sunt à disciplina.*
12. *Barbari quo pacto cogendi, imò reducendi ad rationem.*
13. *Barbari non sunt distinguendi contra naturalem libertatem.*
14. *Barbaris etiam tertie classis servandum est jus naturale, & gentium.*
15. *Quidam existimarent barbaros esse natura servos, & capi posse, sicut feras.*
16. *Sententia illorum rejicitur, & text. in l. libertas, de statu hom. expeditur, & Aristot. explicatur.*
17. *Barbari natura a nobis subjici sapientiæ ribus, non ut dominio.*

18. Fu-

18. *Furiosi, & infantes rerum suarum domini sunt liberi.*
19. *Sententia Angelici Doctoris, quid explicat Arist. quo aspectu est intelligenda.*
20. *Quod introducitur ad utilitatem subditorum libertatem eorum non tollit.*
21. *Quo pacto natura barbari sunt servi, si re subdati.*
22. *Quo jure naturae barbari debent reddere operas his, qui illos à stultitia redemerunt.*
23. *Optimo exinde jure vindicat operas à barbaris Indis Rex noster Hispanicus, & Americus, & ab invasoribus defendit.*



E regula ad exceptionem appello, in illa cuiusque prudenter est, & vix peccatur, in hac labor, & errore est cuius inde, licet crebro non culcum vidimus corpus, usque dum virum accepit ex omnigena eruditione famosum. D. Joan. de Solorcano lib. 2. de Indiarum jure cap. 7. 8. & 9. Cuius nulla uberior, & floridior scriptio, sed termino clausulæ meæ, argumento concepto, & mente, ex illo decens tuimescentia deserviat. Cape igitur signum, nosce iterum hominem dominum esse rerum omnium, quæ in aliquo communis sunt ei, aut actionibus ipsius. Subjectantur: habet enim commune, cum lapidibus esse: cum plantis vegetari: cum brutis sentire: cum Angelo intelligere: ideo dicitur parvus mundus, ut dixi supra lib. 1. cap. 10. & pluribus congestis exornat D. Joan. de Sol-

lorçano suprà cap. 7. num. 17. cum sequent. & glossographi nostri, per text. ibi in l. in pecudum 28. ff. de usuris, l. justissimè 44. ff. de ædil. edit. s. in pecudum instit. de rerum divisi. ex ratione ipsa mentis, ac liberi arbitrij naturaliter insita, in quâ ad imaginem, & similitudinem Dei factus est homo, ut regat se, & dominetur piscibus maris, & volatibus cœli, universæque creaturæ, Genes. cap. 1. & agnovit Philosophus lib. 2. Ethic. dicens: *Nos sumus finis quodammodo omnium, & sumus, tanquam proper nos, omnibus, que sunt.* Cum igitur omnes homines 2. æqualiter, natura dominos constituerit: quia nullum sene ratione fecit, indeque æqualiter liberos, princip. institut. de libertinis, quia par in parem, nullum dominium habet, si nec imperium, l. ille à quo 13. §. 4. ff. ad Trebellian. l. 3. & 4. ff. de receptis arb. nullum natura servum posse esse fatendum est, etiam ex his, qui in tertia infra classe Barbarorum includuntur

tur ab interpretibus relatis à D. Solorçano d. cap. 7. à num. 27. cum sequentib. videlicet Silvestres, silvasque habitantes, absque ullo hominum societatis commercio, nudi, sine loquela, sine ulla lege, & ferarum more aberrantes, humano sanguine vescentes, & sacrificantes, nihil usus rationis habentes, & ita obscuratam rationem, ut præter faciem à belluis discerni nequeant, imò & corporis Hippocentauri forma, & satyri similes illis, quos refert D. Hieronymus in vita Pauli Eremitæ (dum tamen homines sint) & alia monstra humana similia illis oculos in pectore habentibus, ad quæ reducenda ad fidem, se profectum fuisse testatur D. Augustinus serm. 37. ad fratres in erem. & ipse refert D. Solorçano lib. 2. cap. 8. num. 84. & Carranza cap. 17. num. 80. sive Monoculi Cynocephali, Cynomolgi Gippopodes, & alia monstra ex semine humano genita.

3. In his ergo omnibus, & aliis similibus opus meum est, in cæteris enim primæ, & secundæ Barbarorum classis condelector, doctrinâ præceptoris mei, veritatis plenâ, lactariique cupio, discedo tamen reverenter ab illo in lib. 2. c. 9. num.

4. 24. in illis verbis: *Ita ut non solum contra eos concedatur: sed illud supremæ gubernacionis, quod in Indos secundæ classis concedi tradidimus, sed etiam per vim capi, domari, & in servitutem redigi possint, imò & reluctantes occidi, si aliis mediis adhibitis, ad eorum barbariem minuendam, & immanitatem cohibendam, fidemq; introdu-*

cendam nihil proficere valeamus, ut sic suā feritatem, & stoliditatem deponant, & bonis moribus perpoliti naturalem, & Evangelicam legem suscipere queant, juxta ea qua latè cum Aristotele. & aliis nostris sup. cap. 7. ex nu. 52. qua in hoc Barbarorum genere accepta valde probabiliter affirmari posse videntur. Hactenus ipse 5. cum plurium exornatione num. sequentibus, & noster hic labor, hoc opus est. Dubium enim involvitur non eo, quòd si hujusmodi Barbari Antropophagi fœdissima peccata cōtra legem naturæ committentes, cruentisque, & immannissimis humanum sanguinem sacrificiis immolantes, ac vescentes à tali immanitate, vi, & armis possint 6. eliminari, cùm nullos natura non doceat hominem homini insidiari nefas esse, l. 3. ff. de justit. quod eruditissimè, & subtilissimè differit noster lib. 2. de Indiar. jur. cap. 12. 13. 14. veritatemque scitissimè elegit in 15. cui in omnibus adstipulor præcipue ex ratione, quam inducit in cap. 16. num. 100. & nu. 103. nempe quia hi barbari, ita consuetudine peccandi, contra naturam nutriti, impetu magis, quām rationis judicio feruntur, severitate quadam salutari compellendi sunt, legem servare scriptam in cordibus suis: rationis enim forma aliquando imprimitur contra nolentes in sensu appetitivo, ut dixit Ulpian. in l. 1. de justit. Bonos non solùm meru pœnarum, verū etiam præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes, & D. Gregor. in specie nostra lib. 3. epist. 26. ad Januar. Episcopum, ex Oo quā

quâ est text. in cap. 4. 23. quest. 6. Iam vero si rusticus carie perfidus (inquit) & obstinatus fuerit inventus, ut ad Deum minime venire consentias, tanto pensionis onere gravandus est, ut ipsa exactioris sue penâ compellatur ad recruditionem festinare, ubi Gratianus argumentis contrariis respondens, ait: Sed quia humana natura est, & ea quae in desuetudinem ducuntur abhorre, & eos sueta magna custodiâ diligere, flagellis tribulationum mali sunt cobibendi à malo, & provocandi ad bonum, ut dum timore pena malum in desuetudinem ducitur, abhorreatur: bonum vero ex consuetudine dulcescat, unde August. Psal. 127. cùm per timorem gehennæ continet se homo à peccato, fit consuetudo justitia, & incipit, quod durum erat, emari. Iterum D. Augustinus epist. 48. ad Vincentium, in c. 2. 23. q. 6. cuius verba libenter rescribo, quia removent omnes dubitandi nubeculas, abstergoque cœlo radiat lux. Vides ut opinor (inquit) non esse confundendum, quod quisque cogitur, sed quale sit illud quo cogitur, utrum bonus, an malum: non quod quisque bonus possit esse impitus, sed timendo, quod non vult pati, vel relinquit impedientem animositatem, vel ignorantiam compellitur cognoscere veritatem, ut timens, vel respiciat falsum, de quo contendebat, vel querat verum, quod nesciebat, & volens jam teneat quod nollet, & infra, mea primitus sententia erat neminem ad unitatem Christi esse cogendum, verbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos Catholicos haberemus, quos apereos hereticos noveramus: sed hæc opinio mea, non contradicentium verbis, sed demonstrantium superabatur exemplis: nam primò mihi opponebatur civitas mea,

(quid nunc? si opponitur alter Orbis tota America) que cùm sola esset is pariem Donati ad unicarem Catholicam timore legum Imperialeum conversa est, quam nunc videmus, ita hujus vestra animositatis perniciem detestari, ut in ea numquam fuisse credatur, &c. Dubium igitur est ex eo, quod (cùm noster doceat, in dict. cap. 9. à num. 13. Indos primæ, & secundæ classis (ad tres enim omnes reducit) prætextu sui barbarismi licet debellari non posse, & quod si introducatur dominatio non sit Dominica, quæ Indos servituti subjiciat, cùm sint naturâ liberi, sed politica, & civilis, quæ utilitatem respiciat subditorum ad meliorem, rationalemque vitæ, & religionis veræ institutionem dirigendo, ut ipse eruditè asserit num. 21. Indi tertiae classis ob solam barbariem ingentem, per vim capi, domari, & in servitutem redigi possint, debellarique, & occidi. Si intelligimus barbariem hanc deterrimam, quia fœdissima, & immanissima contra legem naturæ crimina committunt, etiam Indos secundæ classis hæc perpetrare testatur. Si differentia est, quia per campos ferarum more, sine Rege, & sine lege eos oberrare videmus, cùm dicat Apostolus ad Roman. 2. Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt, & quicumque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur, non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur, cùm enim gentes, quæ legem non habent, naturatæ ea, quæ legis sunt, faciunt: ejusmodi legem non habentes, ipsisib[us] sunt lex: qui ostendunt

- dum opus legis scriptum in cordibus suis, te testimonium reddente illa conscientia ipsa.
8. rum: nihil ergo contra naturam, egrediuntur ex eo solo, quod sine lege sint, & sine Rege: habent enim opus legis scriptum in cordibus suis, eti obscuratum est insipiens cor eorum non deficit illis Rector, testimonium reddente illis conscientiam ipsorum, quoniam Deus in unamquamque gentem præposuit Rectorem. Eccles. cap. 17. rationem nempe scriptam in cordibus suis. Tu (igitur scriptum est) quis es, qui alienum judicas servum, suo Domino stat, aut cadit, si ergo vivimus, servemorum Domini sumus, in hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, ut vivorum, & mortuorum dominetur.
9. Neque obstat text. in capit. dispar. 23. quæst. 8. ubi dicitur, *Hi verò ubique servire parati sunt, scilicet Judæi, quia sine Rege sunt, quoniam ibi servire intelligitur, subditos esse sublimioribus potestatisibus, cap. omnis anima: Ideo enim tributa præstatis, quia hec est probatio subjectionis, de censib. juncto text. in cap. in Archiepiscopatu, de raptoribus.*
10. Si autem, quia hujusmodi barbari sunt, de quibus inquit Albert. Magnus 7. Ethicor. tract. 1. cap. 1: quod nec lege, nec civitate, nec alicuius disciplinæ ordine disponuntur ad virtutem. Non equidem ob hanc causam illos debellari, occidi, aut in servitatem redigi liceat videtur: tunc quia aut provenit ex eo, quod omnino nempe natura carent ratione, & hoc si ex se-
- mjne sunt. Ad 2. faceri non licet, ut probavi supra lib. 2. cap. 4, si autem non sunt ex propagine humana, nulla proorsus involvimus quæstione. Sed cibaria, & virga, & omnis afro, (ait Ecclesiasticus cap. 33.) aut quia contraria rationi consuetudine ita nutriti sunt, ut nihil aliud sciant, nisi peccare, quoniam alienati sunt à vulva, & erraverunt ab utero incessanter, & quoniam, ut dixit Sapiens, Sapient. cap. 19. Sapientiam enim prætereuntes, non tantum in hoc lapsi sunt, ut ignorarent bona: sed & insipientia sua reliquerunt hominibus memoriam, ut in his, quæ peccaverunt, nec latere potuissent. Sed quia natura non sunt à ratiocinatione remoti, inexcusabiles sunt, sicut barbari primæ, & secundæ classis, uti docet Apostolus cap. 1. ad Roman. Revelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem, & injustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in injustitia detinunt, quia quod notum est Dei, manifestum est in illis, Deus enim illis manifestavit, invisibilita enim ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt in celo et a conspicuntur, sempiterna quoque ejus virtus, & divinitas, ita ut sint inexcusabiles. Et exinde etiam, 11. neque naturâ alieni sunt à disciplina, & institutione, ut ipse docet Apostolus, sine distinctione ibidem, *Ut aliquem fructum habeam in vobis, sicut & in ceteris gentibus, Græcis, ac barbaris sapientibus, & insipientibus debitorum, itaque Divus Augustinus d. serm. 37. ad fratres in eremo, dicit se profectum fuisse ad docendum veritatem legis naturæ, & Evangelii monstrâ illa humana o-*

culos in pectore habentia : & ipse noster testatur, alienos naturā non esse à disciplina : siquidem ait, quod si non voluntariè, saltem coactione per politi suam feritatem, & stoliditatem deponant, de quibus rectè intelligit cum D. August. in cap. displicet 23. quæst. 4. & in cap. 1. i 3. quæst. 6. lib. 2. de Indiar. jur. cap. 16. à num. 95. & cap. 18. per totum, sacrum præceptum a-pud Lucam cap. 14. *Exi in vias, & sepes, & compelle intrare, ut impleatur dominus meus.* Hi enim barbari, & inculti in sylvis, & horridis locis habitantes, more ferino vagantes, absque aliqua humanae societatis cultura, cogendi sunt intrare in triclinium fidei, aut saltem rationis propriæ, & naturalis habitationis humanae; ut eruditè ex multis differit noster, cui consentio, ubi proximè, & ex illo cap. 26. Isaiae, *Domine in angustia requierunt te, & in tribulatione murmuris doctrina tua eis, & ex Ecclesiastici cap. 33. In opera constitue eum: sic enim condecet illum, quod si non obaudierit curva illum compedibus, & non amplifices super omnem carnem, verum sine iudicio nif facias grave, cum intelligentia D. August. in cap. quid faciet 25. 23. quæst. 4. ibi: Nam & phreneticu-nolunt ligari, & lethargici nolunt excitari, sed perseverat diligentia charitatis, phreneticum castigare, lethargicum stimulare, ambo amare: ambo offenduntur, sed ambo diliguntur, ambo molestati quamdiu e-gri sunt indignantur, sed ambo sanati gra-tulancur, maximè cùm dixerit Sophaclès, *Amentia, soror videtur esse malitia, & cum ratiocinatione Cicero-**

nis lib. 1. offic. ibi: *Nam cùm sine duo genora decerandi: unum per disceptationem, alterum per vim; cunq; illud proprium sit hominis, hoc belluarum, confugendum est ad posterius, si uti non liceat superiore, sed charitatis mixtione, ut inquit D. August. epist. 48. Si terrorentur, & non docerentur, improba quasi dominatio videretur. & rursus, Si docerentur, & non terrorentur, vetustate consuetudinis obdurarentur.* Unde scitè dicebant Stoïci, omnes stultos insanire, neque enim prudentes esse, sed per æqualem stultitiaz insaniam omnia facere, ut refert Laërt. & Horat. 2. Satyr. 3.

*Quem mala stultitia, & quemcumque inscitia veri,
Cæcum agit insanum hunc Chrysippi porticus, & grex,
Autumat hac populos, bac magnos formula Reges,
Excepto sapiente tener.*

Eruditione sua ingerit Lipsius lib. 2. manud. Stoïcor. dissert. 20. Itaque si disceptatione rationis lumen, quod super eos est, non videant: coactione aperiantur oculi eorum, sic enim condecet illos, ut scitè resolvit ex uberrimo, & acerimo Doctorum omnium examine, Noster in c. 15. & 18. lib. 2. de Ind. jur. Sed si hoc pacto compellendi 13. sunt omnes barbari, ut ignoratam cognoscant veritatem, nullum ad hoc debet constitui discrimin, inter primam, secundā, & tertiā barbarorum classem, siquidem unicus finis, ratio nempe, veritas, & fides, & uniforme medium, quo dirigen-di sunt, scilicet disceptatio ratiocinationis,

nationis, quæ si non profit: vi, & armis succurrentum est rationi humanæ, ita prava consuetudine inclinatæ, ut nisi coactione sublevari possit.

Deinde cùm nuslum aliud discrimen inferatur inter barbaros secundæ, & tertiaz classis, nisi major stoliditas, & mentis hebetudo, ita ut hominum appellatione indigni videantur, quia omnino ferinam agunt, & sylvestrem vitam. Et ipse afferat lib. 2. c. 8. n. 85. prædictam feritatem, & hebetudinem non esse causam sufficientem ad eos debellandos, affligendos, onerandos, & spoliandos, cùm potius ob eam rationem, ut hebetioribus magis miserendum, quam irascendum sit, magisque consulendum, & subveniendum, quam persequendum, & in nu. 15. quod si ob solam sylvestris vitæ consuetudinem, & ingenii feritatem, ruditatem, sive barbariem liceret Indis bellum inferre, & eos in servitutem redigere, dominioque, & imperio suarum rerum privare, idem quoque in reliquis ferè universi Orbis nationibus licuisse probandum est, ut ex pluribus ibidem prosequitur, & exornatur ex eo, quod ferè nullus à stultiz familia penitus emancipatus sit: quia omnis homo mendax, & etiam dixit Horatius lib. 2. Satyr. 3.

— nunc accipe quare
Despian omnes aquæ, ac tu, quid tibi
nomen
Insano posuere velut sybris, ubi pafsum
Palantes error certo de stramine pollit,

Ille sinistrosum, hic dextrosum abit unus utique

*Error, sed variis illudit partibus,
hoc te,
Credo modo insanum nibilo, ut sapientior ille,*

Qui te deridet caudam trahat.

Et sic Stoicorum sententiâ in stultorum numerum referuntur etiam Zeno, Cleantes, & Chrysippus, stultus enim ab ignoratione quaque tenetur, Persius Satyr. 5. ait:

— — — nullo thure litabis.

Hæreat in stultis brevis ut semuncia recli.

Et cùm barbari tertiaz classis sint 14. verè homines, eis etiam jus naturale, & gentium servandum est, quo inspecto (ut ipse docet d. c. 8. num. 9.) omnes homines æque liberi sunt, & rerum, ac provinciarum suarum dominium naeti naturali possessione, l. ex hoc jure, ff. de justit. l. libertas 4. ff. de statu hominum, l. i. ff. de acquir. possessione, & ex illo, quod omni homini dictum est, *Quidquid calcaverit pes tuus, tuum erit*, Genes. cap. 11. & 1. *Vi præsat pisibus, &c.* & illud Psalm. 8. *Omnia subjecisti sub pedibus ejus, oves, & boves univerſus, insuper, & pecora campi*, cum aliis adductis à Dom. Soto lib. 4. de justit. art. 2. quæst. 2. & Menchaca lib. 1. quæst. illustr. cap. 10. num. 4. & 5. igitur illis insidiari, sicut & cæteris nefas à natura est, l. 3. ff. de justit. & jur. alioquin merito dicere possunt, sive Hispanis, sive Græcis, sive Romanis, quod amicis suis Job: *Ergo vos estis soli homines, &* O o 3 vobis-

vobis cum morietur sapientia, & mihi est cor, sicut & vobis, neq; inferior vestris sum, c. 15.

Si vero præcipue hi barbari tertiaz classis debellari, & in servitatem redigi possunt ex eo, quia nihil humanum præter faciem indicant, ut ex multis noster exornat in d. c. 7. per totum, & ideo ferarum jure magis, quam hominum censiti capi possint, primoque occupanti fiant, ut voluit Celsus Calcagninus in paraph. ad Pol. Arist. cap. 32. ubi ait, venatoriam bellicæ artis partem esse, quam non modo adversus feras pugnemus, sed in eos homines armaveramus, qui ad parentum natu parere detrectant, & per contumaciam mores non patiuntur: hujusmodi bellum justum est, ut potè quod auspicis naturæ geritur, ex Platone Dialog. 3. de legibus, Arist. lib. 1. Polit. c. 1. 3. 4. & 5. & lib. 7. c. 14. & Cicerone paradox. 5. asserentibus hujusmodi naturâ esse servos, & inde ferarum jure posse venari, capi, & in servitutem reduci, exornat eruditio suo more noster, d. cap. 7. à num. 52.

16. Sed cùm servitus sit constitutio juris. quā quis dominio alieno contra naturam subjicitur, l. libertas de stat. hom. minimè potest esse naturâ, quia omnes sine missione nascimur; ut scitè dixit Seneca epist. 57. cùm jure naturæ omnes liberi nascerentur, l. 4. de justit. & jur. & in principio inst. de libertinis: sequitur, quòd nullus homo possit esse naturâ servus, & ex ratione Jure reconsulti Caii in l. in pecudum in fin. ff. de usuris.

Neque juravimus in verba Ari-17. stotelis, cùm Ethnicus fuisset, & in inferno sepultus, sive ex corde, sive allentatione Alexandro Magno dixisset, hujusmodi barbaros esse naturâ servos: licet veriori sensu, & suo quidem admitti debet, ut recte notat noster d. cap. 8. à nu. 117. nempe quòd barbari ita rudes naturâ debent subjici sapientioribus, non ut ob hanc causam vere servi sint, & libertate, ac dominio rerum suarum spolientur: alioqui, idem de infantibus, & pupillis, & multò magis de furiosis sine intermissione affirmari deberet. Quos 18. tamen nemo ambigit vere liberos, & bonorum suorum dominos esse, ut ex illo Apostoli ad Galatas cap. 4. *Quanto tempore haeres, parvulus est, nihil differt à servo, cùm sit dominus omnium, sed sub tutoribus, & curatoribus est, & Cicer. 3. Tuscul. ubi de furioso inquit, Qui ita sit affectus, eum dominum esse rerum suarum vident duodecim tabulae, id est dispensatorem esse, lege enim cavetur, Si furiosus esse incipit agnatorum gentiliumque in eo pecunia ejus potestas esto. Id est potestas, quæ datur in capite libero, qui propter xatatem, vel furorem se ipsum defendere nequit, principio, instit. de tutelis, juncta l. 20. ff. de statu hom. & hujusmodi barbari pueri sunt appellandi, qui quotidiè vivere incipiunt, cùm plusquam infantes, non assequantur, ut adstruit noster lib. 2. cap. 9. num. 53. ex Platone in Thimæo, Lucret. lib. 1. de rerum natur. Senecca epist. 4. & Strabone. lib. 1. Geograph. itaque D. Thom.*

Thom. I. part. quæst. 96. art. 3. & 2. 2. quæst. 57. art. 3. ad 2. explicans philosophum distinguit dicens, *Quod hunc hominem esse servum ab soluto considerando magis, quam alium, non habet rationem naturalem, sed solum secundum aliquam utilitatem consequensem, in quantum utile est huic, quod regatur a sapientiori, illi quod hoc jubetur, ut dicitur in I. Politic. Et ideo servitus pertinens ad jus gentium est naturalis secundo modo, sed non primo modo.*

19. Neque hic Angelicus Doctor loquitur de servitute illa juris gentium, quâ quis dominio alieno contra naturam subjicitur, de qua Jureconsultus in l. 4. ff. de justit. & in l. libertas . ff. de statu homin. cum sim. hęc enim, ut docet ipse d. I. part. quæst. 92. art. 1. ad 2. est introducta, ut dominus ad sui ipsius utilitatem subjecto utatur, & talis subjectio est post peccatum, ut dixi suprà cap. proximo. Sed loquitur de servitute alterâ, quæ etiam pertinet ad jus gentium, & est naturalis, non primo modo (scilicet ordine illo Hierarchiæ naturæ perfectæ, de quo suprà capite anteced.) sed secundo modo, quo introducta sunt regna, uti infra disseram, & quo omnis anima subdita esse debet sublimioribus potestatis bus, cap. omnis anima de censibus, & ideo inquit Angelicus, *In quantum utile est, huic quod regatur a sapientiori.* Igitur explicat Philolophum, non de servitute, quæ utilis est domino, sed de servitute, quæ est utilis servo, & hęc (ut ipie afferit 2. sent. dist. 44. quæst. I. art. 3. ad 1.

& quæst. 2. art. 2. ad 1.) quæ est ad utilitatem subditorum, libertatem 20. subditorum non tollit, nec ullum prejudicium assert libertati, dum subditi ad bonum præpositi non ordinantur, sed è converso regimen præpositi ad bonum subdorum: unde non incongruè se eorum servos appellant D. August. lib. 4. de civit. Dei cap. 3. & D. Gregor. Nazianzen. in Apolog. & ex his Noster d. cap. 9. num. 22. & 23. in qua intelligentia barbaros secundæ classis tantum includit: sed ego etiam cæteros tertiaræ classis, ita intelligi naturâ esse servos, sive subditos oportere, contendo, naturâ scilicet corruptâ, quâ illi barbari, plusquam alii indigere magisterio, & regimine videntur, unde exorta meritissimè sunt illa Stoicorum axiomata, solùm sapientem liberum esse, & regem, omnes autem stultos esse, ut Diogenes in Zenone, & Cicer. in Paradox. 5. *Quid est enim libertas? (inquit) potestas vivendi, ut velis: quis igitur vivit, ut vult, nisi qui recta sequitur? qui gaudet officio: cui vivendi via considerata, atque prorsa est? qui legibus non propter metum paret? qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat, denique nisi libenter, ac libere? & Divus Ambrosius epist. 7. ad struit, & Divus Augustinus lib. 4. de civitate Dei cap. 3. ex 2. epistol. D. Petri cap. 2. *Bonus etiam si serviat (inquit) liber est: miles, etiam si regnet, servus est, nec unius dominus, sed quod gravius est, tot dominorum; quod vivorum, de quibus cum ageret Scriptura divina: à quo enim quis, inquit, derictus est, huic & servus addictus est: cui**

- cui adstipulatur celebre Diogenis Cynici dicterium, qui cùm vñnum à Piratis expositus esset, interrogatur: *Et quid scire proficeretur? egone? hominibus imperare?* & mox cùm prætereuntem Xeniadem vidiisset ore, ac vultu ingenuo, *Huic, inquit, me vende, nam hic domino opus habet:* disserè exornat Lipsius lib. 3. ad Stoicam Philotroph. disert. 12. & 13.
21. Hoc igitur aspectu stulti, ac barbari, sunt naturâ servi, quia incessanter alienati sunt à vulva, & erraverūt ab utero, & tunc servi sunt, non primo modo, sed secundo modo, scilicet nō nobili, & perfecto ordine Hierarchiæ, primo quidem naturæ, quando in honore creatus est homo, sed cùm non intellexisset, comparatus est jumentis, & similis factus est illis, & hoc secundo modo, homines imperioso duatore opus habent, qui illos à stulti-
22. titia redimens, redimat à servitute, & cùm refrænent priùs libidines, ut inquit Cicer. in Paradox. 5. spernant voluptates, iracundiam teneant, coérceant avaritiam, cæteras animi labes repellant, tūm incipiāt aliis imperare, cùm ipsi improbissimis dominis dedecori, ac turpitudini parere desierint, & talis redemptor, potiùs dici poterit patronus, quām dominus, nec immerit libertus operas illi natura debebit, & nihilominus obsequi verecundiaz tenebitur, fortiori argumento, quām in liberto, de quo loquitur Ulpian. in l. 26. §. 12. ff. de condic. indeb. & Papinian. in l. 41. ff. de operis libert. naturâ: quia

ad remunerandum patronis, qui eos meliores eloquentiâ, & dili-gentiâ, ac dominos passionum, rationisq[ue] compotes, veritatemque sectantes, reddiderunt, naturaliter obligati sunt, l. Aquilius, ff. de donat. juncta l. sed eti[us], consuluit de petit. h[ab]red.

Nil inde igitur mirum, quòd licet compelli non possint hujusmodi barbari, ad præstandas operas, quas non promiserunt, argument. l. 31. ff. de operis liber. nec onerandæ libertatis causâ, seu à stultitia redemptionis eis imponi, argument. l. 32. & 36. ff. eod. & l. 1. ff. quarum rerum actio non detur, tamen naturâ, & verecundiâ pro tanto beneficio accepto tenentur operas præstare, veluti Indi omnes barbari Occidentales Hispanico, & Americo nostro Regi Philippo, qui eos à fœdißima servitute, sive stultitia redemit, & meliores usuationis, eloquentiâ, ac ingenti diligentia reddidit. quando honeste, & sine periculo vitæ præstare juventur, secundum differentiam ingenii, naturæ, doctrinæ, & institutionis verę, & politicę hujusmodi barbaros sapientioribus servire, seu melius obedire opus à natura est: argument. l. ejus. 16. in principio, l. 38. ff. de operis libert. l. 12. ff. de legatis 3. l. 31. ff. de solution. Et hoc ab aliis invasoribus veluti Batavis, potest defendi interdicto: quod fructuario proponitur, scilicet unde vi, l. Aquilius in fine, ff. de donat. juncta l. 3. §. unde vi, ff. de vi, & vi armata.

C A..

C A P V T X I I I .

Ratio dominii in servos non est eadem, ac in cetera omnia homini subjecta, quia in hac à natura, in illos, à peccato exuberat.

S V M M A R I V M .

1. *Servitutis origo.*
2. *Ex qua ratione asperitas dominorum in servos temperata est.*
3. *Ratio quare innocens partus subjiciatur servituti, & rejicitur Osvaldi solutio.*
4. *Quare acquisitionis dominii in servos contra libertatem naturalem sit iusta.*



O m o peccator, non utique frustradicuntur (inquit D. Augustinus in cap. duo ista 35.23. quest. 4.) quia peccator est, corripe: quia homo est, miserere: nec omnino liberabis hominem, nisi eum persequutus fueris peccatorem, huic officio nominis invigilet disciplina, sicut cuique regenti apta est, & accommodata, non solum Episcopo regenti plebem suam, sed etiam pauperi regenti familiam suam: marito regenti conjugem suam: patri regenti prolem suam: judici regenti Provinciam suam, Regi regenti gentem suam. Flagellum

non timuit natura, quæ nesciebat peccatum, non præpeditur compedibus libera: necessitas ratiocinavit manicas. Liberos ostendit lex naturæ: sed captivos introduxit, & servos lex peccati. *Quis enim indicavit tibi, quod nudus es, nisi quod ex ligno, de quo preceperam tibi, ne comederes, comedisti?* Genes. c. 3. *Quis nobis indicavit necessitates humanae? quis inde bella, captivitates, & servitutes?* *Nisi quod ex ligno, de quo preceperam tibi, ne comederes, comedisti?* *Quis ita potentem, ut jus habeat occidendi, quos voluerit, & servandi, ac mancipandi, quos maluerit, quosque naturâ, potentîâ, gratiâ, & imperio pares Deus creaverat, æquales: impares redigendi, ac inæquales, cum uno communi nomine omnes*

nes homines appellarentur, nec esset nota manumisio, cum servitus esset incognita, l. 5. de statu homin. quis permutacionem servitutis, vite, ac mortis electionem (si Deus solus virg. & mortis dominus est), nisi quod ex ligno, de quo precepereat tibi, ne comederes, comedisti: inde merito, imò pœnâ: *Servitus est constitutio juris gentium, quâ quis dominio alieno contra naturam subjicitur, quia (Psal. 48. cùm in honore esset homo, non intellexit, comparatus est jumentis, & similis factus est illis.* Unde vestitur tunicis pelle- ceis in similitudinem bestiæ, & veluti jumentum subjicitur homini: *Maledictus enim est Chanaan, servus ser- vorum aruit fratribus suis,* Genes. cap. 9. quia (ut docet D. Hieronymus c. 27. 23. quæst. 4. *Non solum homines ministri sunt, & ultores iræ Dei in his, qui malum operantur, unde non sine causa gla- dium portant, sed etiam contraria fortitudi- na, que appellantur furor, & ira Dei:* & rursus. capit. 29. ead. caus. & quæst. qui malos percutit in eo, quod mali sunt, habet vasa interfectionis, ut occidat pessimos, minister est domini, ut dicitur ex Isai. capit. 10. text. in cap. 49. 23. quæst. 5. & per totam causam, *virga furoris mei Assur, ipse autem non co- gnovit,* hinc (quia omnis potestas à Deo est, sive imperata, sive permis- sa) electio occidendi, aut servandi Genes. cap. 34. dicitur, *depopu- lari sunt urbem in ultionem stupri, &c. par- vulos quoque eorum, & uxores duxerunt capinas.* Prevaricatio enim legis iram o- peratur, indeque Genes. cap. 30. fur- niciata est Thamar nurus tua, & videtur u- terus illius intumescere, dixitq. Iudas, Pro-

ducite eam us comburatur, que cùm ducere- tur ad paenam, &c. ex prævaricatione enim, non ex creatione introducta sunt bella, captivitates, servitutes, qua sunt naturali juri contraria. Si igitur ex servitute, & captivitate dominium: ergo & dominium, quod super servos habemus natu- rali jure, contrarium est: quia licet servitus, & dominium peccatum non sunt, introducta tamen sunt per peccatum à laguore ipso, & infirmitate corruptionis naturæ: & sicuti languor, & infirmitas saluti contraria sunt, ita & passiones, & dolores, furor & ignorantia, atque oblio, non sunt peccata; sunt tamen effectus, imò pœnæ peccati, ut notat Gratianus noster in cap. I 5. quæst. 1. unde ex jure gentium, hoc est, ex ratiocinatione gentium, ur- gente humana necessitate, servi in potestate dominorum sunt: nam apud omnes per aquæ gentes, animadvertere possumus dominis, in servos vita, necisque potestacem fuisse, & quodcumque per ser- vum acquiri, id dominus acquiri, l. 1. ff. de his qui sunt sui, §. 2. inst. eadem, uti etiam apud Hebreos, *Ecce ancil- lu tua in manu tua est, utera es, ut libes:* affligense igitur eam Sarai fugam inue, Genes. cap. 16. Non enim suavi dis- positione naturæ, sed violenter ne- cessitate ex peccato servituti addi- citi sunt. *Vi devolvat* (dicitur Genes. cap. 42. vers. 18.) in nos calumniam, & violenter subjiciat servitui, et nos, & animos nostros, læsa enim natura furor est, hinc toridem hostis, quo serviri, ait ex Aristotele 2. Politic. cap. 6. Se- nec. 3. de benefic. & 6. epist. 47. & Goti-

Gotifredus in l. 2. de his qui sunt
fui, & Quintus Curtius : quos veteris
(inquit) amicos tibi carē, credas inter do-
minam, & servam, nulla amicitia est: etiam
in pace, belli ramen iura servantur: hinc
ab aequitate naturali asperitatem
dominorum temperari Imperator
rescripsit Antonius l. 2. ff. de his
qui sunt sui, §. 3. inst. eod. Maerob.
2. lib. 1. Satur. cap. 7. Quid enim est (in-
quit Seneca) eques Romanus, aut liber-
tinus, aut servus, nomina ex ambitione, aut
ex iniuria nata. Inde recte docet
Consultus, jus potestatis mortibus
esse receptum, quia *Mors est longa con-
ficiatio: in moribus tantummodo tractat*,
l. patr. 8. ff. de his qui sunt sui, c.
4. distinct. 1. l. 4. de statu homin.
hinc dicitur, etiam constitutio ju-
ris gentium. Ut cumque enim na-
tura non pugnet justo bello ca-
ptum in servitutem edigi: quis ta-
men justè mancipabit, illius filios
liberos nascituros? cum naturális
ratio dicit filium non portare ini-
quitatem patris, nec patrem filii,
quod *ex agmina non recte dissolvit*
Ossualdus lib. 1. comm. Dñ. cap.
12. litter. F. ex l. 6. de acquirend.
rerum domin. *Natura ex nostris rebus no-
stra esse.* Quoniam absurdum vide-
batur hominem in fructu esse, cum
omnes fructus rerum natura, grāzia
hominis comparavit, §. in pecu-
num 37. instit. de rerum divis. l. in
pecudum. 28. ff. de usuris, l. ancil-
larum, de pet. hæred. l. qui vas §.
ex furtivis, ff. de furtis. Inde mer-
ois appellatione homines non con-
fineri Mela ait in l. 207. ff. de ver-
borum significatione, & ob eam

rem mangones, non mercatores,
sed venaliciarios appellari: princi-
parum enim rerum omnium na-
tura tribuit homini, cuius causa
omnia genuisse fecit: unde Pau-
lus Iureconsultus in l. 44. de adil.
edicto, justissimè, inquit, adiles do-
luerunt (scilicet eommoti èrum-
nis hominum decreverunt) ne ho-
minem ei rei, quæ minoris esset,
accedere, nequa fraus, aut edicto,
aut jure civili fieret, ut ait Pedius,
propter dignitatem hominum; a-
lioquin, tandem rationem fuisse,
& in ceteris rebus: quia homo di-
gnissimum est animal, sanctius ani-
mal vocat Ovid. 1. Metamorph.
Plini. lib. 7. & ex Genes. 3. quo i-
gitur jure, partus, qui nascitur, ut
præsit, ut dominetur pro servitatem
mutuavit imperium: qui nec bel-
lum intulerat, nec à Patre suo spi-
ritum, nec acceperat vitam, nisi ju-
re, 1. & lege peccati, Valsquez 2. il-
lustr. contr. 82. num. 13. ad Roman.
cap. 5. cap. placuit 152. de consec.
dist. 4. jus enim, & lex peccati pœ-
na est mors, servitus, omnes de-
stique nostri langores, & ærumnæ;
non necessitate naturæ, sed pecca-
ti merito, ut in Concilio Melevi-
tanò (cui interfuit Divus Augusti-
nus, & Anselmus, Romanæ Eccle-
siae legatus, definitum extat: quo-
niā parvuli, tanquam pars viscer-
um matrum, etsi propriæ actionis
peccatum nullum habuerint, origi-
nale tamen peccatum, damnationemque,
carnali conceptione traxerunt; cum intelligentia Divi
Augustini, quod & post baptis-
P p 2 mum,

mum, si non peccatum, adhuc tamen remanet corruptio, remanet mors temporalis, & languores, ac grumnae temporales, stipendia quidem peccati, bella, captivitates, servitutes. Nascimur enim servi, & per baptismum libertini efficiuntur, & inde operas debemus Patrono, qui nos manumisit, & in agone adhuc sumus. Tunc enim quoad viri sunt, imaginem, non statum ingenuitatis obtinent, argument. I. unic. C. ad legem vi-
selliam, l. 2. C. si servus, vel liber ad decurionatum aspiraverit. Iusta est poena servitutis, & inde dominium ex ea acquisitum, justum est, justa quoque servitus: quia ratio, & radix ejus, ac dominii, & subje-
4. ctionis ex ea: licet non natura, est tamen lex illa, quâ praeceptum fuit: *De ligno autem scientia boni, & mali, ne comedas: in quocumque enim die comederis, ex eo morte morieris,* Genes. c. 2. & 3. Terribilitas mortis à pecca-

to est, sicut peccatum à libera causa dixit Seneca epistol. 95. *Adversus tam potentem explicitumq; latè furorem operosior Philosophia facta est* (scilicet ratiocinatio, quâ necessitatibus humanis subvenitur) & tantum sibi virium sumptus, quantum bis ad versus, que parabatur, acceperat; expeditum erat objurare indulgentes, & petentes delicatorem cibum: non erat animus ad frugalitatem magna vi reducendus, à quo paululum discesserat.

Nunc manus rapidis opus est, nunc arte magistrâ.

Hinc Bella etenim orta sunt, captivitates sequutæ, & servitutes, quæ sunt naturali juri contrarie: hinc regna condita, dominia distincta, agris termini positi, ædificia collata: hinc emptiones, venditiones, locationes, & cætera juris gentium contracta, & civilis artis magistræ introducta sunt opificia, l. 5. juncta l. 1. ff. de justit. & jur.



LIBER

LIBER QVARTVS DE RATIONIS CIVILI IMPERIO. CAPVT PRIMVM.

Ratio juris Civilis, & Imperii à sociabili natura humana exsurgit, & societati cívili ineft.

S V M M A R I V M.

1. Argumentum probatur ex Philosopho, & ex D. Thom.
2. Domestice rei partes tres sunt.
3. Plinii dicterium illustratur.
4. Prima societas, id est conjugalis, origo est omnis Principatus.
5. Quare patriæ parere sit præceptum naturale, secundum text. in l. 3. ff. de justit. & jure.

I. **R**ATIONIS jure, & imperio societas generatur humana, quia *Homo est animal sociale (ut inquit Philosophus lib. i. Polit. cap. 2.) magis quam omnis apis, magis quam

omne gregarium animal: omnis enim civitas naturâ est, siquidem, & primæ societates: nam hæc illarum finis est, natura verò finis est: civitatem esse ex his, quæ naturâ, sunt, & quod homo naturâ civile est animal, & qui absque civitate est, propter naturam, non propter fortunam, aut nequam est, aut po-

P p 3 tior

tior quā in hominē, ut ab Homero, per contumeliam increpatur, sine tributo, sine jure, sine domo, & morsu, qui autem in communi societate nequit esse, qui nullius indiget, propter sufficientiam, nulla is civitatis pars est, quate, aut bestia, aut Deus: naturā igitur omnibus ad hujusmodi societatem est appetitus, exornat D. Thomas in I. Ethicor. cap. I. dicens: * Scindendum est, quod quia homo natura-liter est animal sociale, ut ipse qui indiget, ad suam vitam, multis, quæ sibi ipse solus præparare non potest, consequens est, quod homo naturaliter sit pars: aliquid multitudinis, per quam præstetur sibi auxilium ad bene vivendum, quo quidem auxilio indiget ad duo: primo, ad ea quæ sunt vitæ hujus temporalis necessaria: secundo ad vitæ sufficientiam perfectam, scilicet ut homo non solum vivat, sed & bene vivat, & sic homini auxiliatur multitudo civilis, cuius ipse est pars, non solum quantum ad corporalia, sed etiam quantum ad moralia, &c. inde dictum est (Genes. cap. 2.) Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adjutorium simile sibi: * & cognovit Aristoteles I. Politic. cap. I. dicens: * Primum igitur necesse est combinare illos, qui non possunt esse, nisi simul, seu marem, & fœminam generationis causâ, ubi D. Thomas d. I. Politic. cap. I. docet. * Considerandum esse, quod in homine est aliquid, quod est proprium ejus,

scilicet, ratio secundum quamei competit, quod ex consilio, & electione agat, hoc est, matrimonium. Invenitur aliquid in homine absque electione, quod est commune animalibus, & plantis, naturale scilicet desiderium, seu appetitus, sive impulsus, talis alterum relinquendi, hoc est generare. * Tres enim sunt teste Philosopho (I. Politic. cap. 10.) rei domesticæ partes: una conjugalis, alia dominica, tertia paterna, quibus semper pater familias præstet, quia principalissimum ubique gubernat, uxori, & filiis, tanquam liberis, quidem ambobus, sed non eodem modo, sed uxori quidem civiliter, filiis autem regie: quia in civilibus officiis plerumque commutatur is, qui præstet, & is qui subest, nam æquales esse volunt secundum naturam, nec quidquam differre: attamen cum hic quidem præstet, ille vero subest, requiritur differentia figuris, & sermonibus, & honoribus, ut Amasis inquit, de pedum locore. Enim vero masculus ad fœminam semper ita se habet; est enim masculus, & fœmina, alterum melius secundum naturam: alterum deterrius, & istud imperans, hoc pares. Est igitur prima societas, & combinatio conjugalis, & inde primus principatus: quia si societas est, non absque Rectore (sine quo, nec dominus illa, nec gens, nec universus mundus stare potest) itaque ratione conjugalis societatis caput mulieris vir est: unde illustratur, & in-

& intelligitur difficile admodum
Phnii dicterium lib. 2. cap. 8. In-
terius video bovorem antiquissimum invenerit
libus flammis totum fanius conoscam; &
foras si ideo non numerari: iner principa-
les, hoc est, communis maribus, ac famulis,
quoniam socius principatus dedit. Et
exinde requiritur differentia (ut
inquit Philosophus): figuris, ser-
monibus, & honoribus: masculus
enim melior est, & sic imperans:
femina autem deterior, & sic pa-
rens, & ob id velo-flammeo luceo
nupta, sive obnupta, quia non est
caput, indeque obnubilato capite
incedit, ex D. Isidoro in capit. fœ-
minæ 7. 30. quaest. 5. Secunda so-
cietas, & communicatio inter ser-
vum, & dominum. Oportet enim
(docet Aristoteles) in domo esse
virum, & feminam, & dominum,
& servum, aut pro servo bovem:
bos enim pro servo pauperibus est;
inde Hesiodum dixisse refert, *De-
mum in primis, mulieremq[ue] & hanc an-
torem.* Ex his ergo (inquit) duabus
societatibus domus prima, que
tertiâ societate paternâ, nempe li-
beros procreando, perficitur: hinc
quotidiana societas secundum na-
turam constituta domus est, quos
Charondas quidem homosyphic-
ces: Epimenides vero Cretensis
homocapnos appellat, est enim
haec communicatio in omnem
diem ad omnes actus quotidianos,
que ita explicat D. Thomas in d.
cap. 10. Politic. sic conjuncti ap-
pellantur homosyphices, quasi
unius pulmenti, unius cibi, unius
mensæ; homocapni vero, quasi
unius sumi, quare sedent ad em-
dem ignem; hinc à prima societa-
te, & inde a ceteris, ac imperio, &
facilitate politica extoris suu, cui
aqua, & ignis interdictur, i.e. & p.
de poenis, l. 1. §. 2. de legat. p. Baub-
lus lib. 9. sentent. cap. 2. 8. Ovid. 4.
Fast. Cujac. 6. obs. capiti. 39. Tull.
R. de officiis; & inde nefas erat
exulem in domo recipere: tacite
enim mors inhabebat in aqua, &
ignis interdictione, & sic pena ca-
pitalis dicitur: nam cum (docebat
Fullius) si hoc natura contumae
animantium, ut habeant libidi-
nem procreandi, prima societas in
ipso conjugio est: proxima in li-
beris: deinde una domus, com-
munia omnia: id autem est princi-
pium urbis, & quasi seminarium
reipublicæ, sequuntur fratum
conjunctiones, post consobrino-
rum, sobrinorumque, qui cum u-
na domo iam capi non possint, in
alias domos, tanquam in colonias,
exiunt: sequuntur connubia, &
affinitates, ex quibus etiam plures
propinqui, que propagatio, & so-
boles origo est rerum publicarum:
in quem gyrans gyrande reverti-
tur omnis Principatus, Urbs Re-
gnum, & Orbis: unde sicut de co-
adunatione, ita de extensione legi
possunt versus Rutilii Numentia-
ni:

*Fecisti patriam diversis gentibus u-
nam,*

*Fecisti patriam diversam gentibus u-
nis,*

*Vrbem fecisti, qui prius Orbis erat,
Orbem fecisti, que domus ante fuit.*

Hinc

Hinc Justus Lipsius lib. I. de const. cap. 10. Patria est (inquit) quæ nos excipit, fovit, aluit, communis gentium sensu sanctissima, & antiquissima parens, & Homerus exclamat Odiss. I.

Sanè nihil dulcissima sua patria, neque parentibus,

Est, quamvis, quis procul dicitur domum,

Terra in aliena habitet procul à parentibus.

Patriæ enim memoria dulcis, teste T. Livio, immo & natura ipsa testimonium reddit, hinc Pythagoras interrogatus apud Stobæum,

serm. 37. ex Plato. in Crit. *Quomodo oportet se gerere erga patriam ingratam? ut erga matrem respondit.* Unde noster Consultus scitè dixit, jus naturale esse, *ut parentibus & patria parentemus*, l. 3. de justit. & jure: à parentibus enim patria dicta, atque profluxa, originem vindicat, & principatum: quia prima societas, id est conjugalis, principatum dedit, deditque Urbes, Regna, & Orbem, nam ut dixit Homerus, Odiss. 9.

————— *jus quisque ministrat Progenitis, arque uxoribus.*



CA-

C A P V T I I.

Quoniam ex conjugali societate, primum extra se profluxit imperium in homines, ideo nuptia captatis fiebant auguriis, & ritibus, quod bona nota litterarum exornatur calamistris, quibus explicatur lex 4. C. de crim. expil. hared.

S V M M A R I V M.

1. Verba text. in d. l. 4. quæ exornantur, & explicantur.
2. Conjugalis societas Principatum dedit.
3. Ritus in ineundis nuptiis, sicut in constructione civitatis.
4. Ritus nuptiarum expenduntur.
5. Vnde vestimenta pignorata, dicitur apud Prophetam.
6. Quid sit *Lucus*, & mensuræ, quæ ei offerebantur.
7. Novella 54. quare edixit contra contrabentes nuptias in ostrea.
8. Quare nuptura in hortos ducebantur.
9. Solon primus erexit templum *Veneri*.
10. Ritus turpissimi gentium, quibus etiam immixti Iudei.
11. Vnde apud gentes dicta sit uxor socia divinæ domus.
12. Virgilius Verè intelligitur.
13. Quare lectus appelletur ihorum: & mulieres incedebant nodis vittarum coronatae, & unde mos coronare valvas, & limina Kalendis Iunii.
14. Locutio quedam sacra expenditur.

I. **E**QUÆ inauspicio ju-
re primæ societatis im-
perii, Gordiani Impe-
ratoris verba glomera-
re conabor hujusmodi
in l. 4. C. de crimine expil. hared.

*Adversus uxorem, que socia rei humana,
aque divina donus suscipitur. Brevi
enim involucro gigans antiquita-
tis mysterium, nec vulgaria juris
clauduntur penetralia: cavetur
ergo lege 12. tabularum, Ritus famu-
liae*

Q q

- lia patriaq; servante, & iterum, Sacra
privata perpetuo manente, Valer. Max.
lib. 2. c. 1. Rosin. antiquit. lib. 5. c. 37.*
2. Prima enim conjugalis societas
principatum dedit, ritus instituit,
sacraque coluit, itaque non nisi
prius captatis auguriis, & auspiciis
nuptiæ initiantur, quia rerum
publicarum initia, *Et ne quid inauspi-
cato publicè gerunto, cautum erat à Ro-
mulo, l. 2. Romuli, Justus Lips. de
legibus regiis, annuit Cicero pro
Cluentio, *nubit genero socrus, nullus au-
spicibus, nullis auctoribus, funesto omnibus
omnium.* Unde post verborum con-
ventionem sponsa velo flammeo
luteo nupta, sive obnupta (quod
non erat viris commune, quia so-
cietas illis principatum dedit, Plin.
d. lib. 21. c. 8. Bris. lib. 1. Sel. c. 18.) in
viri domum ducebatur, quasi con-
jugii domicilium: inde uxorem du-
cere, quasi domum ducere, & du-
cere familiam, id est, præesse fami-
liæ, interprete ex Cicerone *Justo
Lipsi lib. 1. Saturn. cap. 15. Lucius
quidem frater, ut qui p. regrè depugnavit,
familia dicit, nam qui caput, & Prin-
ceps est, recte ducere dicitur ex eo,*
quia dicit, inde dicitur ducere or-
dines, Cicer. 3. de orat. & apud
Quintilianum declam. 302. duce-
re classem, & Doctores lanistæ di-
cti hi, qui condocefaciebant, &
ducebant ad pugnam, ut ex Cice-
rone, Valerio, Quintiliano, & Sue-
tonio, ac Seneca libat *Justus Lips.
suprà, & sic vir uxorem ducere di-
citur, quia caput est uxor, duxque
3. familia. Itaque in societate hujus-
modi ineunda, velut in constru-**
- ctione urbis, & regni, sacrorum om-
níum conferebantur ritus, hinc per
Antonomasiam in juris arte ru-
brica *de ritu nuptiarum* inscribitur:
quia uti refert Servius in 4. Aeneid.
Donatus in Hecyra Terentii, Plin.
lib. 29 c. 2. & lib. 28 c. 1. moris fuit,
ut nubentes puellæ simul ac venis-
sent ad limen Mariti, postes ante-
quam ingredierentur, ornarent la-
neis vittis, & oleo ungerent (unde
uxores quasi unxores) atque farre,
aquâ, & igne uteretur, Thalasio in-
vocato, ob virginis Sabinæ raptum,
sive ob lanificii calathum: seu vas
födere inter Romanos, & Sabinos
percusso, pactione & lanificii refer-
vati lege, inde Catullus ait, *Lusisti
nuibus, lubet jam servire Thalasio,* hinc
præferebatur in nuptiis hasta, in
signum, quod ob bellum multæ
nuptiæ effectæ fuerant (imò & ad
bellum) sed sponsa ingressa domo,
per fenestram virga illa ejicieba-
tur, nil enim nisi amor, & pax in-
tus relinqui oportebat, & ideo
contractus matrimonii, igne evo-
mito è silice percusso, ratus erat, &
firmus.

In primis ergo sacris ritibus in- 4.
grediebantur postes, & limen do-
mus mariti, vittis ornantes laneis:
insigne enim erat dominii, aë imperii
patris familias (Senec. epist.
47.) qui exinde Rex, & dominus
appellatur à Platone, & ei hujus-
modi genus debetur honoris, hinc
Cotis Thracū Rex, qui cum filiam
Iphicrasi in matrimonium colla-
casset, strato pulcherrimè foro nu-
ptias celebravit, Athenæus refert
lib.

lib. 4. c. 2. & lib. 12. c. 3. & lib. 13. c. 2. dicens : *Pedeq[ue] horum aulam incederet Sardiaca tenuibus tapetibus suppositis, super quibus, nulli præterquam Regi incedere licebat, & ex sacris litteris libat Martin. de Roa lib. 2. singul. cap. 7. & ex Sext. Pompeio Rosin. lib. 5. cap. 37. quod etiam in veste lanata progrederetur sponsa (simulacrum quidem deditio[n]is, & subjectionis) viro suo.*

5. Et ex eo quoque postes vittis cingebant laneis, quia hoc ritu domus mariti Laribus sacrificabant, & quasi Initiatorum vestes Diis offerabant, ut sibi essent propitii, si ad pedes, & genua eorum sternarent vestimenta, ut scribit Turnebus ex Virgilio Aeneid. I.

*Crinibus Iliades paſſis Peplumq[ue] ferebant. Et quod Trojanæ mulieres hanc attulissent vestem, quâ Miner- vam induerent, refert Eustathius lib. 10. Iliad. Talis igitur (ait) *Peplus videtur, & in Odyſſea Telemacho, ab Hele- na datus esse, & Troianæ, & Minerva in genibus positus*, inde Hector ita He- cubam alloquitur :*

Palladis ad templum libamina, thuraq[ue] portans

Ascendens Peplumq[ue] Deæ, quod in adi- bus intus,

Eximum pulchrumq[ue] tenens preciosius- ullum,

Quo non est aliud venerandum, defer in adem

Ante Deæ genua auricomæ speciosa re- ponens.

Et infrà :

Et sumptum manibus fulgenti murice Peplum

Obrulit ante pedes Divæ, genibusq[ue] di- catum

Applicuit.

De quâ veste mentio est apud Pla- tonem in Eutyphr. Diodor. Sicu- lum lib. 20. Aristotelem, Suidam, Harpocratium, Plautum, & alios quos refert Melanthius in libro de Mysteriis, apud Cælium Rhodigi- num lib. 16. ut quam quis vestem initiaretur, eam Diis offerret, ac di- caret in templis, quia vestimenta, quasi fœderis pignora initiationis, aut devotionis Diis consecrabant, ideo pignorata dicta apud Pro- phetam Amos cap. 2. ostenderet Hebræos, improbè fuisse gen- tilitio immixtos ritu, quia, *Accu- buerunt super vestimentis pignoratis, juxta omne altare, & bibebant vinum damna- turum, & à Rege Psal. 105. dicitur, Initiati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum, & ab Ezech. cap. 16. Sumpſiſti vestimenta tua multicoloria & operuſti illis, & à sacro Regum hi- storiographo lib. 4. Reg. c. 23. De- struxit quoque adicul.us effaminatorum, qua- erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quasi domunculus Luci, ubi Chaldæus legit in domo sanctuarii, in quâ mulieres texebant mensuras Luco, hoc est apud nos me did. us, annuit Virgil.*

7. Aeneid.

Præferimus manibus vittas, & verba precantum.

Inde D. Hieron. in d. c. 23. Reg. ait: *Destruxit domum initiatorum, quæ in do- mo Domini sunt, in quo mulieres texebant ibi stolas Luco, & per methonimiam Lucas ac cipitur pro Idolo Luci, si- ve pro Junone, ut ex Sacra pagina*

Q q 2 dedu-

deducitur, lib. 4. Reg. c. 21. *Et fecit Lucas, sicut fecerat Achab, juncto ibi, posuit quoque Idolum Luci, quem fecerat in templo Domini.* Tertull. de vel. Virg. c. 8. ritu enim illo præsertim puellæ sacrificabant Junoni, quia præesse nubentibus dicebatur, & ad nubendum auxiliatrix erat Juno Interduca, & ad ingrediendum domum, alia Dea, quæ appellabatur Domiduca. Inde & pronuba Juno dat signum, & Cygia dicitur, quasi jugalis ab eo, quod præst maritali conjugio, Virgil. 4. Aeneid.

Iunoni ante omnes, cui vincula jugalia cura.

Et socigena, quod mares connubio fœminis jungat, & societ, & cinctia, quod virginibus cingulum castitatis exsolveret die nuptiarum, itaque mulieres texebant mensuras, sive stolas, aut vittas Luco, seu Junoni offerebant, ut propitia esset conjugibus, ubique præsidens domui, hinc leg. 12. tabularum cavelbatur, *Constructa à Paribus delubra habento. Lucos in agris habento, & Larium sedes.* Inde Asius Poëta, de Samiis Junonis festum celebrantibus, inquit apud Athenæum lib. 12. c. 9.

Sic illi pexi Iunonis templa petebant.

In Lucum ornati, per pulchris vestibus, atque

Tellurem niveis texerunt vestibus omnes.

Et Ovidius de Junonis simulacro, quod mulieres deferebant in Lucum, ita canit lib. 3. Eleg. 12.

Quà ventura Dea est juvenes, timidæq; puella

Præbuerunt latuæ vesti jacente vias.

Et Sylius lib. 13.

Dives ubi ante omnes colitur feronta Iaco,

Et lucus etiam accipitur pro Idolo Veneris, ut sentit Martin. de Roa ex Theodoreto. * Lucum autem (inquit) qui Græcè est Alfos, alii interpretes, ut sèpè dixi, nominant Astartoth: est autem hoc nomen Veneris, eam enim appellant Astartem, ejus autem simulacrum quoque statuerunt in templo Dei.

* Hyramus enim filius Abibali Regis Tyri (ut refert Josephus lib. 1. contra Appionem) regnans ante Pygmaleon. 143. annis, & antequam Carthago à Didone cōstrueretur, Herculi, & Astartæ fauna dedicavit: unde nepos ejus Beleastri filius Startus cognominatus fuit, cui successit frater ejus Astarimus, & peremptus est ab altero fratre Phelete, quem etiam peremit Ithobalus Astartæ sacerdos, id est Veneris: hinc etiam apud Romanos sedes lasciviæ Veneri sacrata, uti refert Tertullianus ex Suetonio in Claudiano c. 21. & elect. lib. 1. cap. 11. * Pompeius Magnus theatro suo minor, cum illam arcem omnium turpidinum destruxisset, veritus quandoque memoriam suæ, censoriam animadversionem, Veneris ædem superposuit, & ad dedicacionem edicto populum vocans, non theatrum, sed Veneris templum nuncupavit. * Et ibi: E tribunal posito in Orchestra commisit, cùm prius apud superiores ædes supplicasset, perque medium caveam sedenti-

dentibus, ac silentibus cunctis descendisset. * Justus Lipsius antiquit. lect. lib. 2. cap. 9. rejecta autem lectione Lavini legit, *Apud superiorem eadem, nempe sacram Veneris.* Hinc edixit Justinianus contra contrahentes nuptias in Ostrea, Novella 54. Ibi enim nubentibus praetextis depositis à multitudine puerorum, qui ad eam celebriter frequentes conveniebant nupta verba, id est, obsecrā, clamaabantur, versusque mollitie, ac lascivia desfluentes maximā, neque ulli reprehensioni obnoxia licentia occinebantur, quos versus Fasceninos vocabant, sive ex urbe Fascenina allatos, sive quod Fascinum arcere putarentur, hinc solemnia, & spectacula, etiam Majumae dicebantur à nobili portu Majuma Gazzorum, ubi templum Veneris fuit famatissimum, impudicum, ac turpissimum simulacrum, Gotifred. in l. unic. C. de Majuma, Amaya lib. 3. observ. cap. 5. cuius simile Pompeianum theatrum, quod prostibulum appellat D. Isidorus lib. 18. eo quod post ludos exactos, meretrices ibi prosternerentur, & non sine solemni popa, & cum praedicatione publica. Inde Seneca ait, *Omnis cultus luxuriosus conversatio, cum viris licentior, lib. 6.* contr. ultim. & exorhat Lipsius antiquit. lib. 2. cap. 9. & de Vesta, c. 13. quia omnis scortationis, & impudentiae praeses, & magistra Venus colebatur, & hortorum Dea appellabatur, & custos; inde virginis nuptiae frequenter in hot-

tos ducebantur, ut annuit Jureconsultus in l. 66. de donat. inter vir. & uxor. & ibi Gotifredus, sive ad vim ineundam generandi, un. 8. de Venus Aphrodite, seu Aphrogenia, Mant.

Cure tuo matrem curru premis Aphrogeniam.

Et Statius lib. 1.

Ipsa manu nuptam genitrix Aenea duxit.

Et cum Juven. Satyr. 10. & 6.

Tyriusq; palam genialis in horis Sternitur.

Sive etiam, quod Venus pro oleibus, & floribus, omnique delicia usurparetur, ut Deus quoque turpitudinis Priapus hortorum Deus, & tutela Priapus, ait Ovidius Fast. 1. & refert Mevius apud Festum, quoniam in sinu Priapi ducendæ scortabantur, hinc nullum propè rumen veterum Deorum majoribus ritibus, & cæremoniis, frequentibusque locis honoratum legitur. Assyrii enim primi omnium, ejus eultum induxeré, quos in Cypro Paphi sunt initiati, & Phœnices: inde Claudian.

Dubios agnivit sola ramulus Diva Paphi.

Et Mantuan.

Cyprigena tampos, & regna per artua Phæbi.

Et Delphis publicæ, sive meretriæ Veneri templi primitus Solon erexit, ut refert Philemon, apud Athenæum lib. 13. capit. 9. in cuius domiciliis fœminæ prosternebantur: insinuat Juvenalis Satyr. 9.

*Sed nunc ad quas non Clodius aras,
Nam quo non proflat famina templo.*

10. Quæ mentis, & rationis turpisissima cæcitas etiam Judæos invaserat, ut notat Ovidius de templis Veneris, atque Isidis, lib. 1. de Arte.

Nec te præterea Veneri ploratus Adonis,

Cultaq; Iudeo septima sacra viro.

Unde dicitur in sacrис litteris, Mach. lib. 2. cap. 6. 2. Paral. cap. 14. & cap. 15. lib. 3. Regum. cap. 15. *Pefima autem & universis gravis erat malorum incurſio, nam templum luxuriā, & comedationibus gentium erat plenum, & scortantium cum meritricibus: sacratisq; adibus mulieres se ultrò ingerebant intrò ferentes ea, que non licebat, imitatione gentium, sed, fecit autem Aja. quod bonum, & placitum erat in conspectu Dei sui, & subvertit altaria peregrini cultus, & excelsa, & confregit statuas Lucoſque succidit, Et iterum, abstulit effeminatos de terra, purgaviq; universas forces I dolorum, que fecerant patres ejus insuper, & Maacham matrem suam amovit, ne esset Princeps in sacrī Priapi, & in Luco ejus, quem consecraverat, subvertitq; specum ejus, & confregit simulacrum turpissimum, & combusit in torrente Cedron. Martin. de Roa lib. 2. singul. capit. 10. of ferebatur enim ei defloratio virginum, quas stuprabant coram eo Sacerdotes ejus, sive juvenes, cum lascivienti, & turpissimo concursu, inde Mantuan.*

Infamem veterem quemdam finxere Priapum.

Phœnices quoque, & ex eis Carthaginenses virgines ducendas conse crabant templo Veneris, ubi scor

tationibus lucrabantur dores, ut nubere possent, refert Valer. Max. lib. 2. Eodem ritu utebantur Thebani, aut Cilicii, sive Eliopolitæ, licet post matrimonium castè vivebant, inquit Herodot. lib. 1. cap. 9. & lib. 6. cap. 2. & lib. 18. cap. 22. Eadē superstitione, & libidine implicati fuerunt Lidi, & Paphi, hoc est Cypri, ut retulit Justinus in abbreviatione Tragi. Et Hispaniæ quoque virgines omnibus succedebant olla olivarum, sive cum omnibus scortabantur, ut ait Cælius Rodiginus, quod abstulit Constantinus, ut refert Cassiodor. in hist. tripar. Eadem turpitudine, & scortatione, Armeniæ sacrificabant Deæ Anetidi, id est Veneri, ita ut ex sacrificio libidinis dignas se matrimonio fore existimabant: & ad hoc etiam Iliricæ scortabātur, teste Marc. Varrone de re rust. lib. 6. cap. 10. Et Trogloditæ nocte nuptiali avidissime cum omnibus cum quibus voluissent, scortabantur. Et similiter in insulis Bellearibus. Et Adirmochidæ in Africa priùs stuprabantur à Rege, quam nuberent. Et in insula fortunata Canaria, ut inquit Archang. Madrignanus in itiner. Lusitan. & Joan. Barros lib. 1. cap. 12. Decad. 1. ita quod virgo, quæ nubere vellet, priùs in locis publicis amittebat virginitatem, ac in nocte nuptiali, priùs à Sacerdote stuprari debebat, quam à marito, & etiam Sacerdos cum Regina coibat in absentia Regis, uti refert Volaterranus in sua Geograph. lib. 21. cap. ultimo. Thebarum quoque virgi-

virgines, priusquam nuberent, se Iovi vovebant, & ita consecratæ cum omnibus, qui eas appetebant, coquinari debebant, usque dum menstruum efflueret, & inde nubebant. Eadem Getulis libertas erat, & Bactrianis, & Lituanensibus in Europa, ac in civitate Susa, ut inscriperunt Pius in descript. c. 26. & Clem. Alexander lib. 9. cap. 7. & Eusebius in præp. Evang. lib. 6. cap. 8. Hieron. Roman. lib. 3. cap. 12. Locri, & Boëtii in Græcia nullum ratum matrimonium esse dicebant, nisi prius virginis Diana, utrique sponsus, & sponsa sacrificassent, & Romanæ in sinu Priapi à voto Cassandræ Priami filiæ, quæ Apollini copiam sui corporis promisit: unde ab eo vates sacrata est, quæ solum raptum Helenæ prædictum. Ex quibus omnibus infertur, apud gentes uxorem, sociam divinæ domus appellari, quæ suo improbo more sacris legibus, & ritibus sociata fuisset, ut cautum est à Romulo, teste Halicarnassæ lib. 2. fol. 95. *Mulier nupta, quæ sacris legibus cum viro convenit, fortunarum, & sacrorum socia illi fit, utque domus ille dominus,* **i. i.** *ita & illa domina.* Hinc recte Duarenus rub. solut. matrim. titulo. de nupt. cap. 1. & ex illo tacito nomine, sibi hanc vindicat intelligentiam Basil. de Leon lib. 1. de matrimon. cap. 2. num. 6. Divini juris communicatio, ait, id est, sacrorum gentilium, dum quisque suos lares veneraretur, præcipue vittis laneis alligando, postes domus mariti, quasi genios, & Penates im-

plicando, ut propitii maritum impediant animo molli, & laneo, amoreque sociali in eam, quæ quasi ovis, semper alieno eget auxilio, ideoque etiam laneis vittis inertiam, & imbecillitatem supplicantis ostendebant: unde in omnibus sacris, tum victimas, tum aras, tum Sacerdotes vittis ornabant, quasi omnem potestatem à superis orando, quia in eo solo nos salvi esse possumus, si potestati, & benignitati diuinæ nostra debilitas alligitur, annuit Statius lib. 12.

Vittata laurus, & supplicis arbor olive.

Et Virg. 8. Aeneid.

Optime grajugenum, cui me fortuna precari,

Et vittâ comes voluit pretendere ramos.

Hinc è regione dicitur Græcè ramus oleaginus, lana oblitus, qui ad januas suspendi solebat in honorem Apollinis, Virgil. Eclog. 8.

Malli cinge hac altaria vitta.

Similiter uxor cingebat lumen, & postes domus mariti, quasi altaria, genitorum benignitatem, & propitiationem impetrando, conjugisq; amorem implicando, inde de nuptiis Servius intelligit Virgil. 4. Aeneid.

Præterea fuit in rectis de marmore remplum,

Conjugis antiqui, miro quo honorè colebat

Velleribus niveis, & festâ fronde revin- Elum.

Ubi Servius, colebat (inquit) ea que circa vivos solent fieri; moris enim fuerat,

*uerubenes puella, simul ut venissent ad litum mariti, postes antequam ingredentesur ornare*ns laneis vittis, unde aut velleribus niveis, & oleo ungerent, unde uxores, quasi uxores. Sed reprehenditur à Roa immunito tamen, quia quamvis Sichæus uti numen aliquod inter divos relatum, in templo marmoreo velleribus vittato, & festâ fronde vestito à Didone veneraretur, uti refert Ovidius.**

Est mihi marmoreâ sacrasus in ade Sichæus.

Apposite frondes velleræ, & alba tegunt.

Et idem Virgil. 2. Æneid.

Vittæque Deûm, quas hostia gesse.

Et Statius ad Jul. Menecr.

Pande fores Superum, vittataque templa Sabæis

Nubibus, & pecudum fibris spirantibus imple,

Recte quidem Servius dixit, quia sicut nubentes postes domus mariti, vittis cingebant, ex eo quod petere se ostendebant eam conjunctionem, apud eos lares, & Portates, quos obsecrabant, ita similiiter Dido colebat Sichæum (conjugem antiquum, jam genium dominus suæ) velleribus, & vittis: minimè enim ignorabat Servius, hunc honorem Diis deferre, siquidem dixerat, ibi in 2. Æneid. *Vittæq. Deûm quas hostia gesse* (idest) *vel que habentur in honore Deorum, vel quas habent ipsa simulacra.* Sed annuit quod Dido aea solùm colebat numen, sed numen conjugem, quoniam, ut inquit Goropius * Supplices, etiam vittas antiquo more, ferre solent, quo o-

stenderent se cum petere conjunctionem apud eos, quos obsecrabant, quæ omnibus hominibus necessaria est ad salutem, & tranquillitatem, sicut enim homines Deo cupiunt amoris vinculo alligari, quo ejus ope, ac præsentia jubentur, ita homines quoque supplices iis, quos rogant, se devincere student, quo ipsorum auxilio subleventur, * de his gentium delitiis Tiraquel. scribit l. 4. connubial. & Molino, de ritu nupt. in anteludio: ita nubentes, ut non nisi ab ipsis Laribus mariti potestatem, matris familias conjunctionem, tranquillitatem, & felicitatem acciperent, & conjugem necederent vinculis amoris, & vittis, sic Dido sacra factura:

Vnum exuta pedem vincis in veste recincta.

Ut ipsa solveretur, & incederetur Æneas: quibus & meretrices abutabantur (ad quem ritum alludit Propheta Baruch cap. 6. dicens: *Mulieres autem circumdata funibus in vi sedent*) ut homines libidinis vinculis implicarent: ita Servio teste, apud Virgilium Daphnidis, imago tribus liciis, triplici colore circumdatur, ut ita amore ipsius implicantur Eclog. 8.

Terna tibi hec primùm triplici diversa colore,

Licja circundo terque hec aleuria circu Effigiem duco.

Nece tribus nodis ternas amaryllie color res,

Necis amaryllie modo, & Reneris dic vincula recta,

Ideo

13. Ideò triplici, quia funiculus triplex difficultè rumpitur, unde Petronius, *Illa* (inquit) *de sinu licetum proculis variis coloris filis intorum, cervicemq; uncis meam:* facit illud Varro lib. I. de vita P. R. quod frontem lecticas sternebant ex herba torta, appellatur thorum, & hoc quod injicitur etiam thoral dicitur: unde funiculus, apud Hebreos, etiam lectum significat. Psalm. 138. *Semitam meam, & funiculum investigasti*, per synedochen in Hebreo est, *Cubitum meum cinxisti*.

Mulieres denique olim Veneri sacrificaturæ nodis vittarum, atque corollis coronabantur (uti hodie communi, & quotidiano ornatum penè incedunt) vel quia amabant, vel amari cupiebant: unde Homerus de Junone, congressum Jove, sive cum amore alligatura, ita canit Iliad. 14.

Tum formosa habili præcincta corpora zona

Aureolis vario prudentibus ordine bulli.

Inde & D. Chrysostomus, ait: *Si mulier & mulieres in habitu ornato, non ignorabat ex paganico rite coronatos olim incessisse amatores quoslibet tanquam vinculis quibusdam impeditos, & illorum quos amerent valvus, itidem coronare solitos.* Et adhuc semitam videmus diebus Maii, & nocte Divi Joannis, quia apud gentes Kalendis Junii ædes

dicata fuit Præsidi nuptiarum Junoni, ut refert Tullius lib. I. de divinat. nubentes enim cupiunt devincire, alligare, & obligare amoris vinculis conjuges, inde postes domus eorum vittis cingebant, id è Psalmifer invitat ad nuptias agni, ad nuptias veri Dei, verique viri nostri, his verbis, Psalm. 117. *Constituite diem solemnum in condensis, usque ad cornu altaris, ubi Hebreus, aliigate agnum funibus intricatis.*

— — — — — *triplici diversa colore
Licia circumda, terque bac altaria cir-
cum*

Effigiem duo.

Funiculo triplici, qui difficultè rumpitur ex pietate, & sanctitate, ac religione connexo; quoniam Christus caput est Ecclesiaz, sicut vir caput est mulieris, ideoque his etiam verbis conqueritur, per Hieremiam cap. 10. dicens: *Tabernaculum meum vastatum est, omnes funiculi mei deripiunt, filii mei exierunt à me.* Quia rumpere funem, & funiculum, est amoris vinculis se expedire, & ab eis exire, ne igitur rumpamus tales funiculos Dei nostri, sed in nuptiis (Apocal. 19. Lucæ cap. 14. Matth. cap. 22.) ad quas nos invitat benignissimus, alligemus ipsum funibus intricatis, vera neceps pietate, religione, & sanctitate, ut nobis sponsus propitius sit Deus.

R r

C A-

C A P V T . I I I .

*Ratio ungendi postes domus mariti in simulacrum
di vini imperii, propitiationisq; clypeum, ac amo-
re in vinculum imperandi, & obediendi, & lux
donatur, abditis Iureconsultorum oraculis.*

S V M M A R I V M .

1. *Ritus ungendi postes domus mariti, & quare.*
2. *Text. in l. non contrahit, & in l. qui statuas, ff. ad leg. Iul. majest. ex-
ornatur.*
3. *Text. in l. Seia 6. in fine de aur & arg. leg. cum aliis jurib. explican-
tur.*
4. *Text. in l. 41. ff. de usufructu, expenditur.*
5. *Ratio secunda ungendi postes.*
6. *Ratio tertia ex duplice motu.*
7. *Ratio text. in l. plerique, ff. de in jus vocand.*

I.



LEO quoque un-
gebant domus
postes, & limen
mariti, unde u-
xores, quasi un-
xores, inquit Ser-
vius Eph. 4. E-
neid. hincque fores appellantur
udæ, quasi unctæ, uti ex Persio Sa-
tyr. 5. deducitur:

— an rem patriam rumore
sinistro.

Limen ad obscenum frangam dum
Chrysis udis

Ebrius ante fores extincta cū face caneo.

Et ex Philone Judæo notat Marti-
nus de Roa lib. 3. singul. cap. 1. &
ex Seneca, & aliis Lipsius lib. 2. e-
lector. cap. 18. quia amatores ad
ædes, quasi ad sanctissima templa
cursitabant bona petituri à posti-
bus, & liminibus, quasi numini-
bus, Lucretius lib. 4.

*At lachrymans exclusus amator limina
sapè,
Floribus, & fertis operit, posteaq; su-
perbos,
Vnguis amaracino, & foribus miser osca-
la figit.*

Ex

Et Plautus :

Agite, bibite festiva fores

Potate, sic mihi volentes propitia.

Et Tibullus lib. I. Eleg. 2.

*Te meminisse decet, que plurima voce
peregi*

Supplice cum poste floridas fert aderem.

Et Ovidius lib. 3. de Arte :

*Postibus, & supplex precibus blandire
puelle,*

Et capiti demptas limine pone rosas.

Quoniam gentes domorum fores, & limina pro Diis venerabantur, ut inquit D. Augustinus lib. 14. de civit. Dei cap. 8. *Vnusquisque domus sue ponit ostium, & quia homo est, omnino sufficit, tres isti Deos posuerunt Forculum foribus, Cardeam cardine, Limentinum lmini.* Eadem ratione, & verbis Tertullianus noster Jureconsultus de coron. milit. superstitionem impugnabat : *Etenim Christianus, nec Ianuam suam laureis infamabit, si norit, quantos Deos ostii diabolus affixerie Ianum à Ianua, Limentinum à lumine, Forculum, & Cardeam à foribus, & cardinibus, & Tyraeum Apollinem, & Antelios Demones, a pud Gracos; ij enim Tyræon vocant, quid foribus adjacet.* Et extra illas est ita Tyrai Apollinis aræ ante fores à Græcis celebrantur, & Antelii Dii sunt, qui pro foribus dedicantur, de quâ superstitione, quæ etiam Hebræos invaserat conqueritur verus Deus noster, per Isaiam c. 57. dicens : *Et post ostium, & retro postem posuisti memoriale rāum, quia juxta me discooperuisti, & suscepisti adulterum.* Id est Idolarium geniorum, aliorumque Deorum Gentilitio ritu, in ipso domus introitu tibi collocasti, inde præcipi-

tur per Ezechielem cap. 20. *Vnusquisque offendit oculorum suorum abiciat.* Sicut enim in porticu civitatis, etiam in vestibulo domus, cuiusq; Idolorum imagines collocabant, uti expresse deducitur ex Seneca de conf. ad Polybium : *Fortuna ibit valentior (inquit) per omnia, sicut est solita eis quoque domos ausa, injuria causâ intrare, in quis non nisi per tempora aditur, & arram laureatis foribus inducere vestem.* Annuit de templo, quod in vestibulo palatii fecerat Divo Augusto conjux Augusta, uti ex Plinio lib. 12. Justus Lipsius Ann. Corn. Tacit. lib. 1. num. 63. & 64. explicat Cornelii Taciti verba, *Templos & celestes religiones decernuntur, & ibi, Fallon obijicebat accusator, quod inter cultores Augusti, qui per omnes domos in modum Collegiorum habebantur, Cæsium quemdam Mimum corpore infamem ascrivisset, quoque venditis horis statuam Augusti, simul mancipasse, & verbis Tyberii, ibi: Nec contra religiones fieri, quod effigies ejus uealia numinum simulacra venditionibus borborum, & domuum accedant, iurandum perinde astimandum, quam si Iovem fefelleret Deorum injurias Diis cura.* Et huic adulatio non defecisse fatetur Ovidius etiam in pœnali hospitio lib. 4. de Ponto :

Nec pietas ignota mea est, videt hospita tellus

In nostra sacrum Cæsar is esse domo.

Hanc etiam nunc adulatio nem vi gere video: video enim in clientum domibus, non solum Augusti effigiem, sed etiam Mecenatis, cave Christiane, cave ne justè beneficij accepti memoriam, in adulatio-

R r 2. nem

nem futuri injustè convertas, & superstitionem, ut Horatius accidisse testatur Augusto vivo:

*Præsenti tibi mauros largimur honores
Iurandasque tuum per nomen ponimus
aras.*

Quam adulationem, imò superstitionem inter ultiones sanguinis civilis posuit Lucanus facundè quidem, ut & Lipsio, & mihi videatur lib. 7.

— *Clavis tamen hujus habemus*

Vindictam quantam terris dare numina suis est.

*Bella pares superis facient civilia divos,
Fulminibus manes radiisque ornabit,
& astris*

*Inque Deum templis jurabit Roma per
umbras.*

De statuis patronorum, sic etiam intelligit Alciatus lib. 8. Parerg. c. 8. pro quibus fores, & limina adoranda proponebant clientes, cùm eorum copiam facere non possent, ut insinuat Virg. 2. Georgic.

*Si non ingensem foribus, domus alta su-
perbis,*

*Mane salutarum, totis vomit edibus un-
dam.*

Hinc enim dicitur, etiam apud Hebraeos superstitione adulationis infestos, teste Martin. de Roa de die natali c. 21. Per universas civitates in circuitu edificaverunt aras, & ante Ianus domorum, & in placeis incendebant ibara, & sacrificabant, nempe quia ex gentium ritu Idola in compitis, in domibus ad vestibula, & Janus, & ex Philone Iudeo apertè deducitur de legatione ad Caium. Taceo (in-

quit) de lecos à furentibus eodem incendio honores Romanorum. Principum clypeos coronas, statuq[ue] arreas cum suis circulis, quos reveriti contineare imperium debuerant, inde dixit Suetonius, & Tertul. & refert Lips. 1. Ann. Tacit. n. 195. Majore formidine, & calidore timideitate Cesarem obserpati, quam ipsum de Olymbo Iorem. His ergo lux affulget te- nebricoso jure consulti dictorio, l. non contrahit, l. qui statuas, ff. ad leg. Jul. majest. nempe *Non videri contra maiestatem fieri, ob imagines Casarii nondiam consecratae, vendicas prelibato*, ex Tiberii rescripto, apud Tacit. lib. 1. Annal. n. 196. Cicer. pro domo Anast. Ger. de sacr. imm. l. 1. c. 2. *Nec contra religiones fieri quod effigies ejus, ut alia numinum simulacra, venerationibus heretorum, & domum accedant, ex ratione illa, non ideo decretum patris suo cælum, ut in perniciem civium is honor verteretur.* Hinc lege Papiria cautum erat privatorum ædes absque plebiscito consecrari non posse, ne Domini rerum suarum inviti privarentur, ita ut dixit Cicero. Egoverò si omnia solemnibus verbis veteribus & priscis institutis acta esse dicarem, tamen me reip. jure defenderem (id est adhuc vindicarem.) An si postem tenuerit Pontifex, & verba ad religionem Deorum immortalium composita ad perniciem civium transtulerit, valebit ad injuriam nomen sanctissimum religionis? id est res desinaret esse privata, & fieret sacra: itaque inquit, cum Scavola Pontifex Max. pro collegio respondit, quod in loco publico licinia in usu populi dedicasset sacrum non videri esse. Unde jure exagitat purpuratos illos stipites Tertullianus, refert

refert Lipsius ubi supra. Publicos a-
quæ Deos fædatis, quos in hastario recti-
giles habent, si capitolium, si olimitorum forum
petunt, sub eadem voce praconis, sub ea-
dem hasta, sub eadem annotatione Quarto-
ris divinitas addicta conductitur. Sed hu-
jusmodi imaginum collocationem
distinguendam fore existimò, aut
enim publicæ adjiciebatur sedi, aut
privatæ: publicæ veluti in porticu
publico, vel in municipio, vel in sa-
cra æde, & in patria, ut apud Con-
sultos juris ratum, piumque lega-
tum est. *Hæredem meum volo fidei q[uod] ejus
committo, ut in patriam meam faciat por-
ticum publicum, in quo ponit volo imagines
argenteas, iecem marmoreas, rursus Ad au-
thoritatem scribentis, hoc quoque pertinet
cum quis ius sit in municipio imagines ponit,
iterum, *Iube o[mn]i signum Dei ex libris cen-
tum in illa sacra æde, & in patria statui
subscriptione nominis mei*, l. Seia. 6. in
fin. ff. de auro, & arg. leg. l. Quin-
tus Mutius 7. ff. de ann. leg. l. Ti-
tia. 38. §. Seia de aur. & arg. l. 14.
de condit. & demonstrat. l. 5. de o-
per. public. Gotifred. in d.l. 7. Cic.
4. in Verr. Tunc rectè accusaretur
Falanius, & quisquis esset, qui si-
gnum, imaginem, aut statuam pu-
blicè adscitam mancipasset vendi-
dissetque, quia licet sacræ res sunt,
qua publicè consecratæ sunt, ut
Jureconsulti Ulpianus, & Martia-
nus in l. 6. & in l. 9. de rer. divis. si-
ve ut Justinianus in §. 4. inst. eod.
qua ritè, per Pontifices Deo con-
secratæ sunt, tamen quæ publicis,
& sacris dedicantur, publicis, & sa-
cris cedunt. At verò si privatæ sedi,
aut privatim, ut inquit Martianus,*

quis authoritate suâ, quasi sa-
crum sibi constituerit, sacram non
est, sed prophanum: ideoque hoc
modo: quæcumque Numinum si-
mulacra venditionibus horto-
rum, & domuum accedunt impu-
nè, l. æde sacrâ, de contrah. empt.
Alex. Neapol. l. 6. cap. 14. & lib. 2.
cap. 8. Anastas. Germ. de sacr.
imm. lib. 1. c. 2. ne religio privata in
perniciem civium verteretur, aut
jactura rerum, religionem minue-
ret, venerationemque auferret pri-
vatam, cui lex 12. tabularum præ-
cavit, dicens: *Ritus familie patriæque
servando, sacra privata perpetua manento.*
Ita ut etiam privatæ domus imagi-
ni, seu statuæ oblationes, & dona
offererentur, quæ velut Sacerdos
caperet pater familias, ex quibus
que posset constituere, usumfructu-
m, ut respondit Jureconsultus,
sic intelligendus in l. 41. ff. de usu-
fructu. Damnatorum autem, & ty-
rannorum imagines domi habere
nefas erat, ut exornat ex multis
Lipsius lib. 6. Annal. Tacit. in prin-
cip. Sacris denique ritibus uteban-
tur in nuptiis, præcipuè olei un-
ctione, quia est simulacrum amo-
ris, ut ex Dione, & Xiphilino no-
tat Martin. de Roa lib. 1. singul. c.
5. Inde propter nuptias Christi Do-
mini nostri cum Ecclesia inquit
David Psalm. 44. *Propterea unxit te
Deus oleo latirie præconfessibus tuis*, quia
dilecturus, & diligendus est præ
omnibus, *Oleum effusum nomen tuum*,
ideò adolescentulae dilexeiunt te. Urde
mysterio Jacob lapidem, quem su-
perposuerat capiti suo, erexit in

titulum fundens oleum desuper, non adorans lapidem, sed ædificans domum, & templum Deo, ut Divus Augustinus de civitat. Dei lib. 16. *Non more idololatriæ lapidem perfudit oleo Iacob, velut faciens illum Deum, neque enim adoravit eundem lapidem, vel ei sacrificavit, sed quoniam Christi nomen à chrismate est, id est ab unctione.* At vero cæci Ethnici mendacii spiritu ipsos lapides, postes, fores, & limina pro Diis adorabant, ut inquit Clemens Alexand. Strom. lib. 7. *Ita uicem ipsi omne lignum, & omnem lapidem pinguem ut dicitur adorantes,* & Arnob. lib. 1. *si quando conspexeram lubricatum lapidem, & ex olivi ungine odoratum tanquam inesse vis, & praefens adulabar, affabbar.* Ideò quia liminibus, & foribus Genios, atque Antelios inesse credebant oleo ungebant adulterantes, ac profanantes ritus sacros, quibus Pontifices, & Sacerdotes, tabernaculum, calices, Phialæ, cæteraque vasa sacrificiis veri Dei deservientia consecrantur, c. i. de sacra unctione, ideò exclamat contra populum suum, per Ezechiel teste Martin. de Roa de die natal. cap. 9. *Oleum meum, & ihimama meum posuisti coram eis, & ibi, Oleum, & mel, quibus enucrivi te posuisti in conspexitu eorum in odorem suavitatis.* Gentium denique uxores ungebant oleo fores, limina, & postes domus mariti, duplici motu: Primò, quòd Genii, Lares, seu Antelii annuerent jungerentque vinculo amoris cum marito. Scaligerus.

Vota cadunt uitam strepitancibus advolet alii,

Flavaque conjugio vincula portet amor. Ideò ut amore Iuno alliceret Iovem, se unxit, ut canit Homerus: *Ambrosia primum pre dulci corpore sordes*

Abluit: inde cutem niveam peploque perunxit

Divino: fueratq; illi quod forte sacratum, Cujus odor moti venit Iovis atria firma.

Secundò quòd oleum fundere super lapidem est, quasi consecrare, & in titulum, & divinam domum erigere, ac tutamen, & refugium sanctum, sive in clypeum, inde imago clypeus dicitur, ut ex Cornelio Tacito lib. 2. num. 166. ibi: *Cum censeretur clypeus auro, & magnitudine insignis inter auctores eloquentie, & ex Livio, & Iosepho exornat Iustus Lipsius,* * Nec tamen semper (ait) hi clypei, cum effigie sæpe sine ea cum nudo nomine ponentis & cui ponebantur, sive etiam cum ponendi causa, nec vero publicè, solum hos clypeos, sed & privatim sibi quisque ponebat, Plinius *suorum vero clypeos in sacro, vel publico privatim dicare primus instituit Ap. Claudius, qui Consul cum Servilio fuit anno urbis CCLIX. & quæ sequuntur, reperiisque (inquit) Lipsius exemplum clypei privati in lapide veteri, &c.

Ego autem passim reperio in urbe in superbis liminibus, adytisq; cellulis à clientibus affixa clypea, hoc est imaginis Patroni seu effigiem corporis ejus, sive nobilitatis insigne, armorum nempe. O gratum officium! si utilissimum reip.

reip. nescio. Utebantur enim, & utuntur hujusmodi imaginum, seu clypearum Patroni, Mecenatis collocatione, non beneficij accepti gratâ memoriâ, sed recipiendi ambitione ingrata (nam ait Cornel. Tacit. lib. 4. ann.) beneficia eò usque lata sunt, dum videntur exsolvi posse, ubi multum ante venire, pro gratia odium redditur, non virtutum religiosa æmulatione, sed fortunæ, & felicitatis illius invidiosâ, & avidissimâ adulazione: indeque semper secum habitare cùpiunt, ut inquit Tacitus ann. lib. 4. num. 41. de suscipientibus, seu offerentibus vota publica pro Neroni, & Druso, *Non tam charitate juvenum, quam adulazione, que moribus corruptis, perinde anceps si nulla, & ubi nimia est.* Tum minis ergo, auxilii, amoris, & amicitiæ, ac societatis perpetuæ simulacro, uxores postes domus mariti vittis alligare & ore ungere dicuntur in titulum,

sive in clypeum erigentes illam domum, quasi Ecclesiam, & templum suorum Deorum geniorum, sive larium, à quibus tuerentur, omniaque impetrarentur. Hincq; 7. uxor socia divinæ domus appellari videtur, hincque etiam nullum de domo sua, in jus vocare licere, quia domus tutissimum cuique refugium, atque receptaculum, clypeusque nuptiis consecratus, tanquam divina domus, & exemplum Deorum Geniorum, sive Larium, & quia in domo pater famil. habet imperii primorem, & quasi in suo territorio est, l. plerique 18. ff. de in jus voc. l. 2. ff. eod. l. 4. §. prætor de damn. infect. hinc l. 12. tabul. *Ritus familie, patriæ seruando, hinc sacra privata perpetuo manento, hinc etiam lege Romuli cayetur uxor farratione viro juncta in sacra, & bona ejus venito, jus devorandi ne esto,* ex Dionys. Lipsius de regiis leg. l. 8.



C. A.

C A P V T I V .

Confarreandi lux adfulget, conveniendiq; in manus mos, & Iurisconsultorum aperitur lucerna, imò accenditur cento antiquitatis extincta.

S V M M A R I V M .

1. *Quid sit apud Consultos convenire in manum.*
2. *Tribus modis nuptiae fiebant apud veteres.*
3. *Ulpianus explicatur, & exornatur, & lux datur aliis juribus.*
4. *Sacra verba Matthæi ritu civili nuptiarum exponuntur.*
5. *Post defensionem in manum conveniebant, id est ducebatur uxor in domum mariti.*
6. *Quare filius fam. in sacris dicitur esse, id est in potestate.*
7. *Text in l. 1. §. 2. ff. de agnosc. liber. explanatur, & alia jura.*
8. *Quo pacto ususfructus imaginis constitui posset ad intelligentiam text in l. 41. ff. de usufruct.*
9. *Imperium uxor in domo non est simpliciter, sed secundum quid.*
10. *Questio utrum donatio valeret, antequam uxor duceretur in domum mariti, ubi difficillima jura elucentur.*
11. *Maritus nuptiis forum non sortitur. Novè explicatur text. in l. 1. §. domum, de liber. agnos. & l. 2. titulo 24. Partit. 4.*

Arre (denique) *conveni-* nisitum appellat, dicere in matri-
tur in manum certis verbis, monium convenire, seu conveni-
& testibus presentibus (in- re, pro in manum convenire, sed
quit Ulpian. tit. 9. in utraque lectio non est à Jurecon-
frag.) & solemnī sacrifici- fultis aliena, ut ex sequentibus
cio factō, in quo panis quoque farreus ad fulgebit notis, & luxorem de ritu
i. hibetur. Unde Cujacius Tribonia- nupt. lex parte, s. de verbor. obli-
gat.

gat. l. si concubin. de rerum amo-
tar. Tribus modis (asserit Lipsius
Tacit. Ann. lib. 4. num. 37. ex Ser-
2. vii fragmentis) apud veteres, nu-
ptiz siebant, usu, si verbi gratia, mu-
lier anno uno cum viro, licet sine
legibus, fuisse. Farre cùm per Pon-
tificem Max. Dialem Flaminem
per fruges, & molam falsam con-
jungebantur (hinc apud Tacitum
suprà num. 38. dicitur Flaminica
Dialis sacrorum causa in potesta-
te viri, id est uxor farreatione viro
juncta) unde confarreatio appelle-
latur, ex quibus patrimi, & matri-
mi nascebantur (inde necessum e-
rat, non solum flaminem nasci
confarreatis parentibus, sed & ip-
sum cum flaminica jungi, id est
farre) Coemptione verò, atque in
manu conventione, cùm illa in fi-
liæ locum, maritus in patris venie-
bat, ut si quis prior fuisse defun-
ctus, locum hæreditatis justum al-
teri faceret. Hinc intelligitur Ci-
cero 2. de orator. & pro Muræna
dicens : *Mirandum non est, qui, quibus
verbis coemptio fiat, nesciat eundem ejus
mulieris, quæ coemptionem fecerit, causam
posse defendere, & alibi, putarunt omnes
mulieres, quæ coemptionem facerent Caius
vocari.* Domum enim introducens
uxor dicebat, ubi tu Caius, ego
Caia, id est, ubi tu dominus, ego
domina : quia Caius Cæcilius, &
Caia Cæcilia observantissimi fue-
runt conjuges, ad quod eleganter
alludit Justinianus noster Novell.
74. cap. 4. his verbis: *Quia vir vocabat
dominam coherentem, & ista illum similiter
nominabat, & sic eis finguntur matrimo-*

nia. Hinc domina sanctissima dice-
batur, uxor apud Scævolam, & ite-
rum, ita legatum est, *Sempronia domi-
na mea*, id est uxori, l. Titia. 19. §. 1.
de ann. legat. l. ultim. ff. de auro &
argent. legat. l. 38. §. 4. l. 41. in prin-
cipio de legat. 3. l. Seio 10. in fin. de
ann. leg. & apud D. Hieronymum
contra Jovinianum, velanda do-
mina est, id est uxor, & in Sacra
pagina, Genes. c. 18. dicitur : *Domi-
nus meus uetus est*, id est vir. Hinc
Romuli lege cavebatur, teste Ha-
licarnassæ lib. 2. fol. 95. *Mulier nu-
pta, qua ex sacris legibus cum viro conve-
nit, fortunarum, & sacrorum socia illi esto,*
utque domus ille dominus, ita &
illa domina, Cujac. 3. obs. cap. 18.
Forner. 1. Select. c. 11. Osuald. lib.
13. c. 18. litt. H. unde Rosinus lib. 5.
c. 37. ait: & apud Macedones fuit
ritus, & sanciendi conjugii pignus,
ut uterque panem gladio divide-
ret ac libaret, ita Alexander M. du-
xit uxorem Roxanem Oxystæ Sa-
trapæ filiam, ut notat Q. Curt. lib.
1. quoniam qui gentibus mores
condiderunt pari, & æquali victu,
eos contentos esse debere censue-
runt. * Mulier in manu mancipio-
que mariti erat: siebatque sua illi
hæres, vir autem non in manu, id
est potestate uxoris erat, sed quod
coemptus erat, id ei sui hæredis jus
tribuebat, & viro erat mulier loco
filiz, et si mater familias, * Brison.
lib. singul. de ritu nupt. Lipsius an-
tiquar. lect. c. 22. Mutua enim fœ-
deris nuptialis emptione societas
initiabatur, ideoque coemptio di-
cebatur, & tanquam adoptiyam fi-
liam

3. liam uxorem efficiebat. Ita intel- ligendus est Ulpianus tit. 22. di- cens : *Sui heredes instituendi sunt, vel exhortandi, &c. tam naturales, quam ad- optivi, item uxor, qua in manu est, & nu- rius, qua in manu est filii quem in potestate habemas.* & asserens, titul. 29. dan- datus esse Patrono bonorum posse- sionem contra tabulas testamenti liberti, inquit: *Nisi libertus aliquem ex naturalibus liberis successorem sibi relin- quat, sive intestato decedat, & uxorem for- te in manam.* (hoc est coemptione junctam) *vel adoptivum filium relinquat.* Hinc lux donatur Jureconsultis in l. ea quæ de spons. 32. l. filii 22. §. vidua, ff. ad municipalem, l. exige- re in fin. ff. de judiciis, l. 37. in fin. l. fin. §. 1. ff. eod. ad munic. quia te- ste Corn. Tacit.lib.4.ann.num.37. confarreationis, & coëmptionis antiquitatem redolent, quæ penes incuriam virorum, fœminarum- que, & cæremoniæ ipsius difficul- tates tempore Tiberii, ut ipse apud Tacitum rescripsit, ferè omissa e- rat, aut inter paucos retenta. Quid enim est aliud dextræ (inquit Ser- vius, & refert Lipsius suprà) quam in manum convenire, quæ con- ventio eo ritu perficitur, ut aqua, & igni adhibitis duobus maximis elementis natura conjuncta ha- beatur : quæ res ad farreatas nup- tiias pertinet, quibus flaminem, & flaminicam jure Pontificio, in ma- trimonium necesse erat convenire. Unde exugo non fuisse à Jurecon- sultis alienum dicerè in matrimo- nium convenire, seu convenit, pro in manum convenire : & cum ti-

more, & reverentia intelligere sa- crosancta verba Matthæi cap. 1. fas- est, & jus est, ibi: *Cum esset de sponsata* *mater ejus Maria Ioseph, ante quam conve- nirent inventa est in utero baten de Spir- itu sancto,* id est antequam eonveni- rent in manum, sive antequam in- domum Ioseph deducta esset san- ctissima Virgo ex arg. antiquitatis à Cornel. Tacit.lib.4.ann. num.37. omnis enim civilis scientia, atque elegans, juridicaque Grammatica purissimè deservit illi verbo, *Conve- nirent*, quia *nuptius non concubitus*, sed *consensus* facit, l. nuptias de regul.jur. docet Ulpianus, & fidelior magi- ster D. Anibros. cap. 6. de inst.virg. *Non defloratio virginitatis* facit conju- gium, sed *pactio conjugalis*. Et post pa- titionem, seu despunctionem in manum conveniebant, id est du- cebatur mulier in domum mariti, *Vxores enim Dii habent* (inquit Arno- bius lib.4.) atque in conjugalia fœdera conditionibus veniunt ante quesitos, usu, farreo coëmptione genialis lectuli sacra- menta conducunt. In omnibus enim sacris, nil religiosus confarreationis vinculo erat, inquit Plin.lib.18.c.2. Rosin.lib.5. c. 37. hinc *uxor farreatione viro juncta* in *sacra, & bona ejus venito*, sive *rei hu- manæ, atque divina domus suscipitur.* Sacrorum enim societas dominam rei humanæ eam fecit, l. i. ff. de act. rerum amotar. l. 52. ff. de re judicat. Ideò etiam filius dum in sacris pa- ternis est, quasi dominus existimat- tur, l. in suis de liber. & posthum. & propter ritus familiæ, domusque Lares, & auspicia nupiarum, dici- tur in sacris esse, & à sacris dimittri, id est

id est à manu, seu à potestate patris familias, quoniam societas principatum dedit, & prima societas in ipso conjugio est, proxima liberis, Plin.d. lib. 21. c.8. Cicer. i. officior. & ita socia est uxor, ut functo marito, vidua dicatur, quasi valde idua, id est valde divisa (iduare enim Hætruscâ linguâ dividere est, inde idus dies, qui mensem dividit, dicitur, Macrob. lib. i. Saturnal.) sunt enim duo in carne una, inde eidem Parochiæ subest uxor, cui maritus, eadem illi reverentia debetur, quæ viro, & injuria illi facta quoque marito existimatur. Hinc Lar utrique collocabatur nuptiis sacris prædictis introeundo domum mariti, ut inquit Euclius in Aulularia, *Tusculum & hæc coronas emi flores, bæc imponentur in foco nostro Lari, ut fortunatus faciat nata muptiis.* Ubi maritus enim Lares habebat, id est domesticos Deos paternos, vel avitos, ibi ducebatur uxor, & constituebatur domus, ac collocabatur Lar, quasi clypeus utriusque cōjugis, l. 38. ff. de rei vindic. l. 49. C. de Episcop. & Cler. nuptiarum enim ritibus prædictis dedicabatur domus patris familias, velut templum Larium, & Geniorum; Tertullianus in Apolog. *Ædes suas Dii cuerentur, & imagines,* unde Iurisconsultus inquit, *domum accipere debemus hospitium si in civitate maneat, quod si non sit, sed in villa, vel in municipio, illuc ubi Larem matrimonio collocarent,* l. 1. §. 2. ff. de agnoscend. & al. lib. l. 4. §. prætor de dam. infect. l. 1. § 2. ff. de aleatoribus, l. 1. §. 9. de his qui

dejicer. l. 5. §. 2. de injuriis, ad quod alludit Catilina, apud Salustium: *Ilos binus, aut amplius domos continuare, nobis Larem familiarem nusquam esse?* apponere enim solebant in portico, & larario, spectabilique domus loco imagines, & simulacra Larium, & Geniorum, ut insinuat Lampridius de Alexandro, *Alexandrum (inquit) Severum in larario rem horis matutinis divinam faælitasse ad effigies Deorum, in quibus habebat Apollonium, Orpheum, Abramum, & Christum.* (O bone Deus Christe, tu solus verè Genius Redemptor meus, in quo omnes vivimus, movemur, & sumus) similiter quisque pater familias Laribus suis, & Geniis, Diisque privatis sacrificabat, simul & uxor socia illius, & liberi in eadem sociate, seu potestate, sive ex eo in eisdem sacris constituti, ideoque ibi erat domus, seu Lar: annuit Plautus in aululariæ Prologo: *Ea mihi quotidie, aut thure, aut vino, aut aliquo semper supplicat.* Ita ut 8, etiam in larario privato imaginibus larium, & geniorum offerebantur mensuræ, & stolæ, & alia dona ab amicis, & concivibus patris familias, & die dedicationis Laris, & Geni sportulas, epulum, & oleum dari probat Martinus de Rœa de die natali cap. 17. text. sic intelligitur in l. 41. ff. de usufruct. quid igitur mirum? quod constitui posset imaginis, & statuæ ususfructus. Ideo uxor deducta in domum mariti sacris in sacra ejus veniebat, & bona: & ita societas initia, ut ubi dominus, illa domina: unde clavis

- ves domus illi tradebantur, & in divortio adimebantur, Cicero Philip. 2. *Ille suis res fibi habere jussit, claves*
9. *ademit, forasq[ue] exegit.* Idem ait D. Ambros. epist. 65. & Gotifred. in l. 2. ff. de divortiis, licet imperium uxor habeat non simpliciter, sed secundum quid, ut docet D. Thomas explicans Philosophum 1. Polit. cap. 1. & 3. & 5. cum ipsa sit subiecta viro, & si aliter accidat, est inordinatio, & corruptio domus. In de nisi initâ societate per ductio nem in domum, donatio inter coniuges valebat, text. est in l. cum in te 6. C. de donat. ante nupt. ibi: *In tua domo, & ibi, quod si penes se dedit sponsus retrahi posse, uxor enim fuisse;* & textus difficultis in l. 66. §. penult. ff. de donat. inter virum, & uxor, in principio, & §. 1. ibi cum in separata diæta ab eo esset die nuptiarum, id est, cum non solùm diæta, non esset mariti, sed separata esset ab ejus domo: diæta enim est domuncula, seu habitatio voluptaria in hortis, l. 43. §. 1. de legat. 1. & l. uxorem, §. 1. de leg. 3. l. 13. in fin. ff. de usufructu, ex Plinio, & aliis insinuat Gotifredus. Sed Scævola inquit in d. l. 66. in principio, nihil attinere domum deductam fuisse sponsam, ad hoc ut donatio facta intelligatur, sed solùm consensum inspici, quo matrimonium contrahitur: cui difficultati satisfieri videtur, quia nuptiæ etiam sine nuptiis siebant, id est sine ritibus, & sacris prædictis, aut paupertate omissis, aut voluntate contrahentium, nec illegitimæ nuptiæ erant,

ut probat Jureconsultus Caïus instit. tit. 4. §. 1. his verbis: *Legitime sunt nuptiæ, si Romanus Romanam nuptiæ, interventionibus, vel consensu ducas uxorem.* Ita sentit Osualdus: sed hoc ego intelligo tempore mediæ jurisprudentiæ, quo ferè omiñla erat coemptionis, & confarreandi asuetudo, ut refert Tyberius Cæsar, apud Corn. Tacitum lib. 4. annal.) propter incuriam virorum fœminarumque, & ipsius cæmoniæ difficultates, & sic inter paucos retenta: inde solum consensum inspici, quo matrimonium contrahitur dixit Scævola, & sic recte inferebatur, deducta in domum mariti sponsa est: ergo donatio non valet: licet non inferatur, deducta non est: ergo valet donatio: quia consensu solo, potest esse uxor, licet autem sine his legitimis, aut more introductis ritibus legitimum matrimonium non videtur, non requirebantur decreto irritante, sed tantum voluntas propria, & parentum, ita intelligitur textus in cap. 1. cum sequent. 30. quæst. 5. cum aliis: ita est intelligendus textus in d. lege cum in te, illis verbis, & in *Ambiguum posse venire*, sed ambiguitatem omnem afferebat, inter matrimonium, & concubinatum deductio illa solemnis in domum, veluti, apud nos cum uxor ducitur in faciem Ecclesiæ, in templumque Domini ve landa.

Domus denique intelligitur ad 11. quam duceretur uxor, sive ibi maritus precario esset, sive usu, sive habi-

habitatione, sive conductione, sive etiam hospitio, sive gratia, sive mercede: nam si ut sèpè sèpius contingit, incola alicujus oppidi in aliud profectus, tanquam hospes in uxorem ubi uxor est, non ex eo, ibi domiciliarius efficitur, quia tunc domus hospitii, ubi *Larem matrimonio* collocant substituitur, & subrogatur pro domo, ubi maritus *Larem, rerumq. ac fortunarum summam constituit*, quem nec essariò sequitur uxor velut conditionem capit is sui, mutuans ab eo honorem, genus, forum, domicilium: ita est interpretandus textus (omissâ glossographorum intelligentiâ, & Alphonsi Narbonæ in l. 20. tit. 1. lib. 4. Recopilat. gloss. 2. num. 176. in l. 1. §. domum, ff. de liber. agnosc. juncta l. cives 7. & l. mulieres 9. C. de incolis lib. 10. & C. Theodosiano eodem titulo, & sic intelligendi sunt textus in l. 5. ff. de ritu nupt. l. pen. ff. de jurisd. omnium jud. l. exigere dotem 65. ff. de judiciis, l. cæteris 4. §. 1. ff. de usu & habit. d. l. cum in te, C. de don. ante nupt. & notat Servius ex Virgil. 3. Aeneid.

Ut Patrio Andromades, it. rum ce^{ss}isse marito.

Si verò maritus in domo socii, sive uxor nuptias, sine nuptiis contrahat, non hospitio, sed ibi peregrinari desistens domicilium defigat, domiciliarius efficitur, non tanquam maritus, sed tanquam in-

cola, veluti, si in alio loco Larem rerum suarum defixisset: ita est interpretandus textus in l. si in patria 10. C. de incolis lib. 10. & reètè Narbona suprà. Tot enim Lares, seu domus intelliguntur, quot patres familias, quamvis sub uno tecto degant.

Ex quibus patet, quod lex partitæ, 2. tit. 24. p. 4. non simpliciter intelligenda est, ibi: *La quinta por casamiento*, quia non sicut uxor, ita maritus nuptiis forum sortitur, nec quando civis cum sua concive contrahit, forum de novo acquiritur; loquitur autem sapiens Hispanus de unione sociabili, *Naturaleza tanto quiere dezir como deudo, que han los hombres unos con otros, por alguna derecha razon en se amar, è en se querer bien*. Nil enim aliud est, nisi unio ex natura sociabili hominum dimanans multipliciter, teste Philosopho 1. Politic. cap. 1. quia necesse est combinare illos, qui non possunt esse, nisi simul, veluti mas, & fœminæ generationis causa, & Rex, & subditus: dominus, & servus imperii, & obsequii harmonia, Hierarchiaque humana: magister, & discipulus, doctrinæ, & virtutis splendore: pater, & filius naturæ necessitudine: patronus, & libertus gratitudinis humanitate: & concives societatis vinculo, &c. & sic solvitur difficultas, in quâ ambegit ibi Gregorius Lopez doctissimus vir. num. 3.

Sf 3 C A

C A P V T . V.

Ratio matrimonii, ac legitimationis, & illegitimationis filiorum discriminis. Vnde quæstio dispensationis in radice, & alia difficillima, ac utilissima lucem capiunt, & jura.

S V M M A R I V M.

1. *Ratio & origo matrimonii, ac discriminis legitimationis, & illegitimationis filiorum.*
2. *Iure gentium tria filiorum genera esse cuperunt.*
3. *Illegitimi variis modis ad jus legitimum feruntur.*
4. *Qui sunt filii nothi, spurii, & naturales.*
5. *Text. in cap. 2. 33. dist. & cap. 4. 34. dist. explicatur.*
6. *Vxor absque nuptiis, seu ritibus, etiam de jure civili legitima erat, & legitimi ex ea progeniti.*
7. *Quando erat illegitimum matrimonium, injusta uxor, injustique liberi.*
8. *Plurimum sententia lacertosè impugnatur.*
9. *Matrimonium ratum erat, etiam absque consensu patris.*
10. *Text. in cap. fin. de clandest. despensi. enodatur.*
11. *Matrimonii inhibitio distinguitur, utrum ex naturali, an civili ratione oriatur.*
12. *Text. in l. 13. in princip. ff. ad leg. Iul. de adulter. expenditur.*
13. *Nuptiae contra inhibitionem legis Iulie, & Papie, irritæ erant.*
14. *Quare, & quando injustæ nuptiae ipso jure justæ fieberant.*
15. *Quare justæ nuptiae in irritas, & injustas reduci nequibant.*
16. *Text. in l. 44. §. planè, ff. de ritu nuptiar. expenditur.*
17. *Quare Romani matrimonium diuortio solvi putabant.*

18. Di-

18. *Divortium non ex voluntate sola pendebat, sed ex lege.*
19. *Verba legis Iulie in d.l. 44. explicantur.*
20. *Text. in l. eōs 65. §. 1. ff. de ritu nupt. & in l. 6. C. de nupt. & in l. 11. ff. de statu homin. peculiari indole exornantur, & exponuntur.*
21. *Virtuali patris assensu posse fieri nuptias justas, ac filios, de jure civili novè inducitur.*
22. *Discrimen utrum inhibitio tollatur ipso jure, casuve, an facto Principis, quo difficillima jura enodantur.*
23. *In conditionibus verba vere, & propriè sunt intelligenda, & sic verus filius.*
24. *Conditio si sine filiis legitimis, quare non evanescit filio legitimo, regulariter.*
25. *Text. in l. fin. ff. de jure de lib. & in l. 17. §. 4. ad Trebel. & in l. 77. §. volo de leg. 2. interpretantur.*
26. *Papinianus non potuit subintelligere nepotem, nisi legitimam ex filio legitimo in l. cum avus: Iustinianus, autem potuit ex filio naturali.*
27. *Quare filiorum appellatione non comprehendantur illegitimi, nec jure communi gaudeant nobilitatis honore.*
28. *Quæstio difficilis, utrum libertina conditio resistat nobilitati paternæ.*
29. *Text. in l. 4. §. 2. cum sequent. ff. de gradibus inducitur argumento.*
30. *Quare filii in deportatione suscepti, non faciant deficere conditionem si sine liberis, & defenditur littera contra Anth. Fabr. & matrimonium non fieri deportatione illegitimum, nec filios injustos nasci, sed legitimos, contra D. Amayam.*
31. *Arguitur contra Thom. Sanchez:*
32. *Manumissio inducit qualitatem contrariam nobilitati.*
33. *Qualitate insita ossibus, etiam remota causa remanet effectus.*
34. *Altero arguento arguitur contra Thom. Sanchez.*
35. *Thomas Sanchez defenditur de jure novellarum Iustiniani.*
36. *Regula Labeonis, cum Trebatio, L. Voleno, & Vipiano iterum ventilatur.*

37. In primogenio instituto à fœmina vocatam censeri fœminam, etiam si verba videantur excludere.
38. Linea semel occupata continuatur.
39. Vera subdistinctio Martæ.
40. Ex vi naturæ simul, & legis induxit Papinianus conjecturam in d. l. cùm avus alioquin non posset.
41. Qui admittuntur ad successionem matris, eum, qui matri substitutus est, excludent.
42. Text. in cap. fm. 17. q. 4. elucidatur.
43. Quare filii Clericorum non faciant deficere conditionem si sine liberis.
44. Intriglioli sententia rejicitur.
45. Omnes filii, qui admittuntur ad successionem matris excludunt substitutum ejus, & vocati à l. q. Tauri.
46. Quando non sunt exclusi à lege, ingressum expedit conjectura voluntatis.
47. Quare ex nefariis nuptiis progeniti excluduntur à lege, & à conjectura voluntatis.
48. Nefariae nuptiae etiam ex collateralibus dicuntur, & quare contrafas, & jus naturæ sint.
49. Nuptias cum consanguineis, & affinibus inire, esse nefas contra jus naturale, nervosè defendit.
50. Exemplis veteris testamenti satisfit.
51. Ratio ipsa naturalis jure divino explicita est.
52. Summus Sacerdos, qui vice fungitur Dei, interpretari, & exponere potest jus sacrosanctum naturæ.
53. Questio difficilissima, utrum ex dispensatione in radice matrimonii filii antea geniti, sint legitimi quoad temporalia.
54. Doctores negativæ sententiae, & affirmativæ.
55. Auctor negativæ assclæ est, singulariter intacta imò culta utriusque gladii potestate.
56. Primum fundamentum.

57. Legi-

57. Legitimi ex facto Principis non sunt verè legitimi.
58. Voluntas Principis est causa extrinseca, & violenta.
59. Matrimonium tunc non potest esse causa efficiens legitimacionis.
60. Text. in cap. Tanta, qui fil. sunt leg. interpretatur.
61. Secundum fundamentum.
62. Replicationi satisfit ex l. 57. §. 1. ff. de rite nupt.
63. Tertium fundamentum.
64. Ratio fundamentalis contrarie sententiae.
65. Corroboratur ex Marte Auctoris primo, secundo, & tertio, iuncto etiam text. in c. per venerabilem.
66. Negativa adhuc defenditur, etiam si inhibito esset de jure positivo.
67. Text. in Clem. unic. de immun. Eccles. elucecit.
68. Illegitimationis nota non irrogatur immediate ab inhibitione.
69. Ex matrimonio natus, nulla lege reclamante est legitimus.
70. Text. in cap. 14. de filiis presbyter. explicatur.
71. Ratio quare matrimonium consummatum, nec professione dissolvi possit.
72. Dispensatio Principis sera est, si tempore habili legitimacionem non influat.
73. Textui in d. cap. Tanta iterum satisfit.
74. Progeniti ex nuptiis prohibitis nascuntur illegitimi, remota spe legitimacionis.
75. Sententia negativa illustratur argumento à simili.
76. Applicatio argumenti.
77. Princeps, nec per consequentiam derogat juri tertii.
78. In dispensatione, in radice non utitur S. Pontifex, nisi jurisdictione spirituali: quod est quartum fundamentum auctoris.
79. Quintum fundamentum.
80. Sextum fundamentum ex d. cap. per venerabilem, & argumentis illius text. respondetur.
81. Limitatur sententia negativa, si instet finis supernaturalis, nec derogatur juri Principis temporalis.

T c

82. In-

330.

82. Inductioni ex jure patronatus respondeatur.

83. Argumentatio ex eo, quod ex bona fide, seu sententia judicis, quis fiat legitimus evanescit.

I.



ON enim fuit in principio (inquit Justinian.) Novella 89. cap. 1. & 9. quando natura hominibus sanciebat sola, antequam scriptæ procederent leges; quædam differentia naturalis, atque legitimi: sed primis parentibus primi filii (sicut præsentem inchôantes diximus legeni) etiam ipso procœsua natæ legitimi siebant: & sicut in liberis, natura quidem fecit liberos omnes: bella vero, servitutem adinvenerunt: sic etiam hinc nobis natura legitimas protulit sôboles: ad concupiscentiam verò facta conversio, naturale jus ei inservit, quapropter similibus passionibus exortis convenit, curam æqualibus invéniri, aliam quidem à prioribus, aliam verò à nobis. * Sed originem, rationem, & causam à jure gentium: infert enim Imperator à similitudine servitutis, quæ est constitutio juris gentium, l. 4. ff. de justitia, l. 5. de statu homin. * Bella (inquit d. Novella 89. d. cap. 9.) & lites, atque libidines, & concupiscentiæ causam deposuerunt ad aliud schema: servitutem namque invenerit bellum: naturales autem castitatis casus: lex autem rursus hujusmodi delicta curans, &c.

* Natura siquidem ab initio, id est incorrupta, juri, & imperio deserviens rationis, sicut liberos omnes, & ingenuos, similiter produceret & legitimos, quia nulli, nisi ex rationabili conjunctione, quæ vere esset legitima, hoc est matrimonio de jure naturæ contracto procrearentur: inde nulla injusta uxor reperiretur, nulli injusti liberi, nec illegitimi, nec esset nota legitimatio, cùm illegitimatio esset inconcita: nec discrimin inter uxorem, & concubinam, cùm nulla esset maris, & foeminae conjunctio, apud homines, absque matrimonio: & ita intelligo disterium Connani lib. 2. comm. capit. 16. num.

3. Salz. de repræf. lib. 2. capit. 14. num. 3. ubi ex justa uxore, & concubina liberos suscipientes, jure naturæ adæquat, & assertor ejus, aliter enim errorem redoleret. Postquam verò corruptio naturæ gyrum rationis invasit, & omnis quippe caro corruperat viam suam matrimonii scilicet; instantे remedio concupiscentiæ naturæ corruptæ, ratiocinatio legis legitimas protulit sôboles, & illegitimas repudiavit, ut scire iterum dixit Justinian. Novella 74. in fine: Quæ igitur placuerunt nobis, & ad bonum mediam, & naturæ plenitudinem statutasunt. Nihil enim aliud lex iusta querit (quia conclusio rationis) nisi

nisi quòd adimpleatur natura illa perfecta ab hominibus innata; sed cùm nulla jam sit natura incorrupta, *Ex lege tantum nati liberi profunt*, dixit Paulus Jureconsult. l. qui libertinus §. penult. ff. de oper. lib. extra legem, vel contra legem non profunt, quā solus is pater est, quem ritus nuptiarum demonstrat, l. 23. & 24. de statu homin. l. 6. de his qui sunt sui, l. 5. de in jus voc. alioquin, nec filii patrem habere intelliguntur, cùm & his pater incertus sit, unde solent spurii appellari à satione, quasi sine patre filii, §. si adversus inst. de nuptiis, non quia non appareat, ut ex Anton. Fabro, & Oisuald, Hilig. subscribit Carranza de part. cap. 3. §. 3. num. 4. & 5. sed quia, ut inquit Modestinus d. l. 23. ff. de statu homin. * Possunt quidem sed eum habent quem habere non licet, qui & spurii appellantur, id est à satione, * & non licet, quia propter corruptio- nis, & concupiscentiae medelam, sancitum est à lege discrimen inter filios justis nuptiis procreatōs, aut ex injusta, & irrationabili conjunc- tione genitos, d. Novella 89. d. c. 1. & sequutum est beneficium legiti- mationis. Nam cum uno communi nomine filii jure naturae appelle- rentur: jure gentium tria filio- rum genera esse cōperunt, legitimi, & his contrarium illegitimi, & tertium genus legitimati, qui desierunt esse illegitimi, de quibus, & eorum generibus, lato calamo dis- serit Paleotus in tract. de notis, & spur. Legitimi ergo, aut nascuntur,

aut fiunt: nascuntur quos ex justis nuptiis procreamus: fiunt verò legitimi à lege, vel à Principe, l. 4. & 6. ff. de his qui sunt sui, l. 37. §. penult. ff. de oper. liber l. 27. l. 31. l. 57. §. 1. de ritu nupt. Et ita tanquam ingenui, aut libertini discer- nuntur, à Iustiniano, d. Novella 89. cap. 1. §. 1. Et in hac conditione in- genuus propriè legitimus dicitur, qui statim ut natus est, legitimus est, (excepta speciali ratione Pau- li Iureconsult. in l. Paul. XI. de sta- tu homin. de qua infra.) Libertini autem propriè legitimati, qui ex justa legitimatione legitimati sunt, quis igitur jurisperitus con- fundet legitimatos cum legitimis, cùm tamen incivile sit, assere- re ingenuos, & libertinos non dif- ferri: et si pro negativa, & affirma- tiva contrarias familias digito de- monstret Tellus Fernandez, ubi pacem immittere tentat in l. 9. Tauri à n. 15. cum sequenti, & à n. 21. Verius tamen est, quod ex d. l. 6. de his qui sunt sui, vel al. jur. de- finivit nostra regia lex partitæ, 2. tit. 13. Partit. 4. ibi: *Aquellos deuen- ser llamados legitimos, que naçen de padre, y madre, que son casados verdaderamente.* Et ita intelligenda sunt verba legis 9. Tauri, ibi: *Hijo o descendiente legitimo.* Ob hanc quidem rationem ut vide- retur pater agnoscere filium apud Tabarenos sive Tibarenos ad Pon- tum Chalybibus continuos popu- los cum partu liberatur mulier vir- ejus in lectulum tanquam pueri au- clor decumbebat, ut notat Celsus ex Nymphodoro, & Valer. Flaccus:

— *Partuque virum fore ipsa soluta.*
 Cæteri autem, quia illegitimi sunt, beneficio indigent legitimationis, excepto legitimato, vi intrinseca, & sola matrimonii, qui propriè et jam legitimus est tanta vi, etsi legitimatus appelletur, nomine tantum, effectu vero legitimus est, ut in l. 12. Tauri, ibi : *El legitimado por siguiente matrimonio*, aliter enim legitimati non admittuntur, una cum legitimis, quia naturaliter, & civiliter inter se differunt.

3. Illegitimi ergo variis modis ad jus legitimum feruntur (inquit Iustinianus , Novella.89. cap. 1. & cap. 9.) quos enumerantes sic reliqua sanciemus, sicut enim sunt modi, qui servos ad libertatem, simul & ad ingenuitatem ducunt, & naturae restituunt, ita si pater non habuerit legitimam prolem, & voluerit eam restituere naturae, & antiquae ingenuitati, sive ex ingenua nascatur ei, sive ex libertate, & legiuimam de cætero, & sub potestate habere : hoc agat per nostrum rescriptum.

Fuunt legitimi primò hi, qui simpliciter naturales sunt, sine nuptiis progeniti: non quia prohibitæ sint, sed quia non celebratæ, tunc hi etiam illegitimi sunt in facie Ecclesiæ, & in facie patrimonii, & legitimatione indigent, nisi parentes consensum in facie Ecclesiæ adhibeant conjugalem, à quo pater si se abstinet, vel quia *Non sine peccato sit mulier apud eum*, hoc est non sine suspicione, quod cum alio copulaverit: vel quia eo tempore jam mortua est, vel non apparent ex quâ illos progenuit, datur ei fiducia, nova quadam, & adinventa à Iusti-

niano via, ad legitimorum jus perdere naturales, proculdubio, suis in talibus casibus, non existentibus filiis , Novella 74. cap. 1. authent. quibus modis natur. effic. leg. col. 6. & auth. quibus modis natura. effic. sui collat. 7. Novella 89. cap. 9. & hi admittuntur non solum ad materna bona, jure antiquo digestorum promiscue cum legitimis, l. 1. s. 2. ff. ad Orfic. Paulus 4. sentent. tit. 10. sed etiam jure Iustiniani noviore , d. Novella 89. cap. 9. aditus eis indulgetur ad paternam successionem, non tamen promiscue, sed in defectum legitimorum, *Damus ei fiduciam* (inquit) *ad legitimum jus*, filios educere naturales, legitimis, sicuti prædictimus, non existentibus: quam imperiale decisionem, pro jure nostro Regio decrevit lex 12. Tauri.

Hi autem filii naturales, in utilitatem supradictæ successionis, absque matrimonio, etiam legitimantur, per oblationem curiæ, per instrumenta dotalia, aut si in instrumento publico appelletur à patre filius, vel per rescriptum Principis, vel per testamentum patris à Principe confirmatum, ut explorati juris est in dictis auth. quibus modis natural. efficiantur legitimi, & quibus modis naturales effic. sui per universa capita Novellarum. 74. & 89. Gotifr. in d. Novella. 89. cap. ult. litter. B. & per adoptionis etiam viam antiquitatem à quibusdam Imperatoribus excogitatam, quam Iustinianus, & ejus pater Iustinus explanarunt naturalibus tantum filiis, non tam men

men incestâ & nefariâ notâ progenitis, quibus penitus præcluditur iter ad successionem: *quia* (inquit naturalibus, tantum præbens legitimationibus aditum d. Novel. la. 89. cap. ult. *Omnis, qui ex complexibus, aut nefariis, aut incestis, aut damnatis processerit, iste neque naturalis nominatur, neque alendus est à parentibus*, (de æquitate Canonica alendus est, c. 4. de eo qui duxit, quam polluit per adul.) *neque habebit quoddam ad presentem legem participium.*

4. Filii denique extra matrimonium nati, aut sunt nothi, scilicet ex nefariis, & incestis, damnatis que complexibus progeniti: aut sunt spurii, id est vulgo quæsiti, non ex concubina domi retenta, sed quasi ex incerto patre d. Novella. 69. cap. 9. & in cap ult. Gotifred. quia ex ea muliere, quæ non sine peccato (ut inquit Iustinianus, id est sine suspicione alterius complexus apud eum est) naturalis, non spurius dicitur; de jure enim civili propriè naturales dicebantur, ex concubina domi retenta geniti: quia ex ea certitudo filiorum: permittebatur enim illo jure, l. item legato, §. parviss. de leg. 3. l. cum secundis tabulis. 16. 9. quoniam, ff. de his quibus, ut indig. & inde inquit Ulpian. in l. item 49. §. 4. de leg. 3. inter uxorem, & concubinam, nihil interesse, nisi dignitate, Gotifred. ibi exornat Bened. Pined. 12 select. cap. 18. Sarm. lib. 1. select. c. 9. Rojas de succes. cap. 1. Grac. reg. 298. num. 17. Gomez in l. 9.

Tauri num. 1. Spino de testament. gloss. 15. num. 111. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præf. 54. Gotifred. in d. Novel. 89. cap. ult. Postea unam tantum permisit Just. in Novel. 18. cap. 5. & de novel. 89. c. 12. §. 5. Sed radicitus extirpavit Leo Imperator in const. 91.

At vero jure Canonico (cùm de- 5. testabili sit coitus continuatus, & publicus, cap. fin. de consang. & affin. cap. 5. in fin. de eo qui duxit, quam pol.) exterminata est prædicta differentia inter naturales, & vulgo quæsitos, si ex ea muliere agnoscatur à patre, cum qua eo tempore possit nuptias legitime celebrare.

Neque obstat text. in cap. 2. 33. 6. dist. ibi: *Neque cum qui unam quidem sed concubinam, non matronam habuit.* Ibi concubinam, id est uxori quidem, sed sine nuptiis, & de talibus instrumentis copulatam, & ideo ad differentiam illius, quæ propinquioribus sponsatur, & legibus dotatur, & virgo ducitur, quæ ibi appellatur matrona: agitur enim de bigamia, quæ contrahitur, cùm quis duxerit corruptam, & cum ea coierit, cap. fin. de bigamis: absque matrimonio enim non inurit, cap. penult. eodem titulo: & inde concubina, ibi intelligitur mulier corrupta, ducta consensu tantum maritali, absque ritibus nuptiarum; matrona virgo, quæ ferè semper nuptiis ducebatur. Ideò inæqualis mulieris conjugium sine testatione hoc manifestum faciente non præsumitur l. 3. ff. de concubinis:

Tt 3 . virgo

virgo autem quæ matronæ nomen non amisisset, id est virginitatem, etiam sine nuptiis nupta censetur cum patrono, l. 13. in princip. ff. ad leg. Jul. de adulter. corrupta verò minimè, nisi testatione hoc manifestum faciente, l. in eo. ff. de ritu nupt. l. 3. ff. de concubinis. At verò cum testatione solo affectu maritali, sine nuptiis erat conjux, dicebaturque concubina, text. difficilis sic interpretandus in cap. 4. 34. distinct. magistro, & duce Gratiano ibi, & in fine capitinis præcedentis, *Concubina autem* (inquit) *hic ea intelligitur, quæ cessantibus legalibus instrumentis unita est, & conjugali affectu adsciscitur, hanc conjugem facit affectus, concubinam verò lex nominat.* Et ad id concubinarum genus referendum est, quod scribit D. Augustinus l. de bon. conjug. & in cap. soler. 32. quæst. 2. In quibus tria hæc necessaria: primum, ut uterque esset solutus: secundum, fides mutua, & ne à procreatione filiorum abhorrent: tertium, ut usque ad mortem in ea vitæ conjunctione insistendum, sibi proponerent: & sic nullum discriminem inter eam, & uxorem, sed publici tantum ritus, & solemnitates, quas omitti posse testatur Modestinus in l. 24. ff. de ritu nupt. illis verbis: *In libera mulieris consuetudine non concubinatus, sed nuptiæ intelligenda sunt, si non corpore. quæstum fecerit.* Idem Martianus in l. 3. ff. de concub. Ita est intellig. text. in d.l. 13. in princip. ff. ad l. Jul. de adult. *Si modò ea sit, quæ in concubinatu se dando matronæ nomen non amisit.* Igitur inge-

nua in concubinatu retenta, vel liberta civis Romana, quæ nomen retinet matronæ, id est virginalis pudoris, etiam absque nuptiis, seu ritibus nuptiarum uxor erat de jure civili, & legitima, & justa uxor, & ex ea progeniti non solum naturales, sed legitimi, & justi, sine testatione contrarium manifestum faciente. Nec paradoxam dico, ex penetralibus enim juris libare non dissicile, quia idem docet Jureconsultus Caius tit. 4 inst. 5. 1. & Scævola in l. 66. in princip. ff. de donat. inter. & Justinianus in auth. ut liceat matri. collat. 8. Novella 117. cap. 1. & 2. ibi: *Ad patris etiam illos hereditatem vocari, cum etiam ex solo affectu possit confistere matrimonium. quod similiter valere volumus, etiam si prius quidem cum dotalibus instrumentis jungatur aliquis uxori, post illam verò alteram du-7. cat solo nuptiali affectu.* Et Evaristus Papa, in cap. sufficiat secundum leges, 27. quæst. 2. Solùm autem illegitimum erat matrimonium, in justa uxor, injustique liberi, quando nuptiæ initiabantur, etiam cum nuptiis, sed contra leges, inhibentes gradum cognationis, aut qualitatem contrahentium, veluti senarum cum libertinis, aut consensum parentū in sacris expertentes, l. incestæ, l. nuptiæ 52. cum sim. & l. 42. 43. 44. 59. & 66. cum sequentibus, ff. de ritu nupt. Novella 22. cap. 10. l. Paulus 25. ff. de statu homin. l. nuptiæ 18. ff. de ritu nupt. etiam filius miles sine voluntate patris justè non contrixerat matrimonium, l. 35. ff. de ritu nupt.

- nupt. ex ratione suavitatis, juncta l. 1. de obsequiis, & l. 10. C. de natur. lib. ibi : *Ante dotalia instrumenta, cuius matrimonium non est legibus interdictum.*
8. Quibus ita prænotatis, & his quæ dixi suprà, non subscribo sententiæ Angeli, consilio 29. Menochii plures referentis, consilio 16. num. 13. volum. 5. Petri Duenas in suis regulis jur. reg. 350. limit. 8. & Socini Junioris communem dicentis consil. 52. per totum, maximè num. 4. & consil. 100. à nu. 16. vol. 2. Ruin. consil. 51. n. 7. vol. 5. & plurimum à Joan. Anton. Canic. in extrav. volentes, §. sed opere num. 5. & seq. fol. mihi 174. & à Joan. Lup. de illegitimis filiis, comm. 4. in præfat. num. 9. & seq. qui omnes docent filios naturales adhuc non suos, nec legitimos censeri quoad temporalia, vi etiam matrimoni adhibita in cap. tanta, qui fil. sint leg. nisi subsequutis dotalibus instrumentis à jure civili requisitis, ut videtur ex §. fin. inst. de nuptiis. Sed juravi in Caïum Jurecons. & Scævolam: ille enim tit. 4. §. 1. inst. ait *Legitima sunt nuptiæ, si Romanus Romanam nuptias intervenientibus, vel consensu ducat uxorem:* iste autem in l. 66. in princip. ff. de donat. inter. *Salutem consensum inspici, quo matrimonium contrahitur:* & fixo pede nitimus verbis Modestini in d. l. *in liberæ mulieris consuetudine non concubinatus, sed nuptiæ intelligendæ sunt,* & Justiniani, qui in authent. de nuptiis coll. 4. Novella 22. cap. 18. *De nuptiis* (ait) *sine dotalibus instrumentis dotalibus contractis, neque dote oblata,* neque instrumentis dotalibus factis, nuptiæ quidem sunt, licet dotalia instrumenta non sint conscripta, ubi Gotifred. verius (inquit) probant matrimonium, quam faciunt, & in Novella 12. cap. 4. *Concubinatu in matrimonium converso liberi sui, & legitimi fiebant l. 5. C. de natur. liber. sed quia dotalia instrumenta, & dos est concubinatus abolito, & nuptiarum argumentum, sufficit etiam quodcumque aliud argumentum probationis, quia ad hoc solum requiritur,* Novell. 117. cap. 2. & 3. Et sic intelligitur text. in d. §. fin. de nuptiis d. Novella 117. c. 4. exceptis illustribus Românis, quos ibi Iustin. voluit cum dotalibus instrumentis nuptias contrahere, & in Novella 22. cap. 18, & cap. 3. Quid ergo ambigimus si expressè decisum est ab ipso Iustiniano, filios etiam ante dotalia instrumenta justos, & legitimos esse, & sui patris hæredes, & filium natum, & filiam ex libera muliere, cum qua nuptiæ consistere possunt, ex vi nominis filii à patre in instrumento conscripti, sine adjunctione naturalis, fieri legitimū, pulchra Novella 12. cap. 4. & Novella 17. cap. 4 & Novella 117. d. 2. & 3. & argum. text. in l. 44. §. 3. ibi, justum patrem, ff. de ritu nupt. ubi Gotifred. & est textus expressus in l. 9. l. 13. C. de nuptiis, & d. Novella 117. cap. 4. ubi exceptis his, qui maximis dignitatibus sunt decorati; *Reliquos autem omnes, cujuslibet sunt dignitatis, aut militiae, aut studii sicuti lem voluerint, aut potuerint, non prohibemus eos, cum dotalibus instrumentis ducere uxores, si autem etiam hoc non eusto-*

custodierint, & ex solo affectu celebratas nuptias firmas esse sancimus, & ex eis natos legitimos esse filios jubemus. Iterū ibi : *Ex affectu solo duxit uxorem, tales enim nuptias ante dignitates factas, & post dignitates legitimas manere, & ibi, Aut dotalia fieri documenta, aut alias probatores procedere factas, ibi Gotifred.* Itaque dotalia instrumenta, non erant causa ineundi matrimonium, nec filios legitimandi, sed probatio ad evitanda scandala, & præsumptionem concubinatus, præcipue inter impares personas: Modestinus docet, & Martianus, in d. l. in liberæ de ritu nupt. d. l. 3. de concubinis. Hinc est intelligenda decisio Leonis Papæ, in cap. non omnis 32. quæst. 2. & textus in l. 7. C. de repudiis, ibi : *Non temere nec clanculo, sed publicè, contestatione deposita nupissime firmatur, & ibi Gotifred.* nuptias palam fieri debere teste populo asserit, ex Apuleio 6. nuptiæ in villa, sine testibus, legitimæ non possunt videri, nisi inter æquales: intelligitur per text. in d. l. 3. de concubinis. Hinc apud Ethniconos nuptiarum ritus aquæ, & ignis coemptionis, & confarrationis: apud Catholicos preces, & benedictio? Tobiz cap. 5.7. & 8. cap. 1. 30. quæst. 5. Tertullian. 2. ad uxorem D. Ambros. 9. epist. 70. & est ratio text. in cap. 27. de sponsal. cap. ult. de clandest. despensi. cap. fin. qui matrimon. accusar. Sed solemnitas prædicta, & ritus nuptiarum, tam à jure civili, quam Canonico, absque decreto irritante statuti fuerant (ut de jure civili

patet ex sententia Pauli Iureconsulti lib. 2. sentent. tit. 19. in princip. ibi, *Eorum qui in porescere patris sunt, sine voluntate ejus, matrimonia jure non contrahuntur, sed contracta non solvantur: contemplatio enim publicæ utilitatis privatorum commodis præfertur, & de jure Canonico, in cap. fin. de clandest. despensi. ibi In gradu vero concessso usque ad sacrosanct. Tridentinam Sinodum sess. 24. cap. 1. de reformat. matrimonio. antea enim fuerat lex imperfecta (veluti de Cincia dixit Ulpian. tit. 1.) quæ etsi vetet nuptias sine prædictis solemnitatibus, non tamen contractas sine ritibus rescindit, Gotifred. in lib. 25. ff. de ritu nupt. Leo tamen Imperator, etiam ante Tridentinam decisionem matrimonia, contracta absque sacra benedictione, irritari decrevit in Novell. ejus 86. unde Scholia fest. 4. tit. 4. negat nudo consensu matrimonium contrahi, ita ut nisi sacrum Dei verbum fuerit recitatum, neque nuptiæ consistant, neque prohibeantur contrahentes à se mutuo separari: sed non recte dixit: discimus enim à Concilio sacrosanct. Trident. sess. d. 24. cap. 1. solo contrahentium consensu rata esse, & vera matrimonia. At vero Imperator Leo fecit, quod non potuit, scilicet irritare matrimonia, citra sacram benedictionem inita, quod non cadit sub imperiali potestate, & non fecit quod potuit, nempe suitatem, & legitimationem filiorum impedire, hæc enim potestas imperialis, civilisque culminis est, & tole-*

& tolerata fuit ab Ecclesia, ante Trid. Synodum illa lex, quæ in irritum revocabat matrimonium, si ne consensu parentum contractum, ex ratione, & effectu civili tantum, ne scilicet agnosceretur ayo invito suus hæres, ideoque absque ejus voluntate injusta uxori, filiique injusti ex ea progeniti, l. si uxor, §. 1. ad leg. Jul. de adulst. l. Paulus 11. ff. de statu homin. & si ex illo Homerico :

*Non soli amant uxores diversorum
hominum
Atrida.*

Ait Ulpianus, *Sive justa uxor fuit, si-
ve injusta, accusationem instituere vir po-
terit, nam & Sextus Cæcilius ait, hec
lex ad omnia matrimonia pertinet,* d. l.
13. d. §. 1. ad leg. Jul. de adulter. licet Cujacius 6. observ. cap. 16. ibi, *injustam intelligat, id est non
ductam aquâ, & igne, & ritibus nu-
ptiarum, & subscribit ibi Gotifredus:* sed Ulpianus, neque alter Jureconsultus appellat injustam uxorem, nisi illam, quæ ducta est contra interdictum juris:absq; ritibus autem illis ducere uxorem, nō est cōtra interdictū juris ducere, & ideo nullatenū irritum siebat hu-
jusmodi matrimonium, sed verum erat, & justum: injustam autem appellabant illam, quæ licet nu-
ptiis contra interdictum tamen ju-
ris ducebatur, veluti in gradu prohibito, vel sine consensu pa-
rentum, vel à senatore liberta,
9. ut dixi ex juribus suprà relatis.

Sed licet prædicta, lex consen-
sum parentis requirens, laudata

fuisse à jure canonico: propter rationem suitatis liberorum ex fi-
lio in sacris existente, (& sic e-
mancipatus consensu patris mini-
mè indigebat, l. filius 25. de ritu
nupt. ubi omni eruditione disserit Gotifredus littera B.) & in filia
ex eo, quia non est virginalis pudor
eligere maritum, ut docet Divus Ambrosius lib. 1. de Abra-
ham. capit. ultim. capit. honoran-
tur 32. quæst. 2. & ex Euripide,
*Sponsaliorum meorum pater mens curam
subibit, hoc enim non est meum,* & ut in-
quit Paulus Jureconsult. *In contra-
hendis matrimoniis naturale jus, & pudor
inspiciendus est,* l. 14. §. 2. de ritu nu-
ptiarum, & ex l. 1. ff. de obsequiis:
dispositio enim legis respicit civi-
lem rationem, non naturalem,
quoties lex non aliam constituens
rationem habet, quam civilem,
nempe, ut filius indigeat consensu
patris: secùs si à natura consti-
tuendi causam petat, ut filia non
nubat sine consensu parentis Go-
tifr. in l. 44. §. 3. de ritu nupt. &
ita est intelligendus text. in prin-
cip. instit. de nuptiis. Ratum ta-
men erat, & in filio, & in filia ma-
trimonium contractum, etiam abs-
que parentum consensu, quia ra-
tio, & causa illius prohibitionis,
non ab essentialibus insurgebat,
sed ab extrinseco, & accidentalis:
& inde nullatenū erat naturaliter,
& essentialiter nullum, sed ci-
viliter illegitimum, & injustum,
est contra jus civile, & sic Gratia-
nus nos docet in cap.fin.28. quæst.
1. *Horum quedam sunt legitima, veluti*

V u cum

cum uxor à parentibus tradicetur, à sponsodatur, & à sacerdoce benedicetur, hoc talia conjugia legitima, & rata appellantur, illorum vero conjugia, qui, contemptis omnibus illis solemnitatibus, solo affectu aliquam sibi in conjugium copulant, hujusmodi conjugium non legitimum, sed ratum tantummodo esse creditur. Itaque consultus Nicolaus Summus Pontifex, & referens solemnia legitima, relata etiam ab Evaristo, ab Isidoro, à Concilio Carthaginensi 4. & à Concilio Arelatensi, cap. 1. cap. 4. cum tribus seq. 30. quæst. 5. junctio cap. non omnis, cum seq. 32. quæst. 2. respondet in cap. nostrarates 3. ead. 30. quæst. 5. Hac sunt præceptalia qua ad memoriam non occursum, patrum conjugiorum solemnia: peccatum autem esse, si hoc cuncta in nuptiarum fædere non interveniente, non dicimus, & inde inquit, sufficiat secundum leges solus eorum consensus, de quorum conjugationibus agitur, cap. sufficiat 2. 27. quæst. 2. quis consensus si solus force defuerit, cetera omnia etiam cum ipso corru celebrata frustrantur: idem quod Caius dixit, simulatae nuptiae nullius momenti sunt, l. 31. de ritu nupt. l. 54. de obligat. l. 13. C. de nuptiis. Neque contrarium rescripsit Evaristus Episcopis Africae in d. cap. 1. ibi: *Ita peracta legitima scitote esse connubia: aliter vero præsumpta non conjugia, sed adulteria, vel concubinia, vel stupra, aut fornicationes, potius, quam legitima conjugia esse, non dubitate, nisi voluntus propria suffragaverit, & vota succurrerint legitima.* Qui male agit odit lucem, ideoque præsumptione contra se laborat, qui nuptiarum solemnia fugit, inde dixit

præsumpta non conjugia, id iesit præsumptione non sunt conjugia, sine publicis nuptiis: & si in veritate sunt vera, & rata conjugia, sed Ecclesia non judicat de occultis. Ideò dotalia instrumenta, & dos est concubinatus abolitio, & nuptiarum argumentum, & sufficit etiam quodcumque aliud argumentum probationis, quia ad hoc solum requiritur, Gotifred. per text. in Novell. 12. c. 4. & in Novell. 117. c. 2. & 3. & hac ratione sancta Synodus Arelatensis statuit: *Nulum sine docefiat conjugium, juxta possibilityem fiat dos, nec sine publicis nuptiis quodquam nubere, vel uxorem ducre presumat,* c. 6. 30. q. 5. idem decrevit S. Concilium Carthaginense 4. in d. cap. 5. 30. q. 5. ad eradicandam præsumptionem, & scandala, quæ ex conjunctione clandestina oriebantur, maxime inter impares personas, ut dixit Leo Papa in capit. 12. 32. quæst. 2. *Non omnis mulier juncta viro uxori est viri, quia nec omnis filius est heres patris, nuptiarum autem fædera inter ingenios sunt legitima, & inter coæquales,* &c. Idem quod Consultus in l. 3. de concubinis: sed hæc statuta fuerant tam à jure civili, quam canonico, absque decreto irritante, usque ad sacrosanct. Trid. Synodū.

Neque obstat text. difficilis in 10. cap. fin. de clandestin. despons. immo potius confirmat prædictam sententiam, quia licet in gradu prohibito, sine nuptiis publicis sit irritum, prolesque ex eo illegitima, & spuria: in gradu vero concessio matrimonium, absque nuptiis publicis.

cis initum, non irritatur, nec proles ex eo illegitima censetur, sed tantum condigna poenitentia injungebatur, clandestinè contrahentibus.

ii. Sed ad veram intelligentiam operæ pretium est animadvertere, utrum inhibitus matrimonii nittatur re, & ratione civilian naturali, quia Semper in conjunctionibus, non solum quid licet, considerandum est, sed et quid honestum sit, l. 42. de ritu nupt. ideoque lege Julia, & Papia, illa decernente anno urbis 736. ista confirmante, & augente anno 762. in cap. de maritandis ordinibus: & si cives ad uxores ducendas, liberosque procreandos invitaret, cautum est, *Omnibus ingenuis, præter senatores, libertinam uxorem habere licere*, l. 44. ff. de ritu nupt. l. filiam &c. cum seq. ff. de senator. l. uxorem 15. l. si libertam 28. C. de nuptiis, & præter senatorum filios, & nepotes, & quos de familia retulit lex Julia, & ex ea Paulus in d. l. 44. & Modestinus in l. 42. & Ulpian. lib. 1. ad l. Julianam & Papiam in l. Palam. 43. de ritu nupt. * Et cæteri autem ingenui (cives Romani inter quos solos iustæ nuptiæ erant Ulpianus in frag. tit. 5. & Just. in princip. instit. de nupt. elegantè fulcit D. Amaya lib. 2. observ. c. 5. à n. 14. cum seq. & rationem extensionis, & inhibitio- nis legis Jul. & Papiæ) prohiben- tur ducere lenam, à lenone, lenavem manumissam, & in adulterio de- prehensam. & judicio publico damnatam, & quæ artem ludricam fecerit: adjicit Mauritanus (qui

ad legem Julianam libros scripsit) & à senatu damnatam. * Ulpianus in fragm. tit. 13. de cœlibe, & orbo, & in l. Palam, l. in eo jure, de ritu nupt. Paulus, Marcellus, Caius, Terentius, Clemens, & cæteri con- sulti ad leg. Jul. & Papiam rescri- bentes, ut patet ex toto titulo, de ritu nupt. Hinc rectè infertur ve- 12. ram esse interpretationem prædi- ctam ad leg. 13. in principio, ff. ad leg. Julianam de adulter. ubi licet concubina accusari de adulterio non possit, si modò ea sit, quæ no- men matronæ non amisit (quia tunc *In liberæ mulieris consuetudine, non concubinatus, sed nuptia intelligenda sunt, si non corpore queatum fecerit*, d. l. in li- beræ 24. ff. de ritu nupt. d. l. 3. de concubinis) accusari potest jure mariti, maximè à patrono liberta, quia illi honestius erat sine nuptiis quam cū nuptiis libertam ducere uxorem, l. 1. in princ. ff. de concubi- nis: & hæc est ratio dubitandi Ulpiani ibi, quoniam illa, quæ invito patrono potest discedere, non po- test accusari jure mariti: illa autem cuius connubium præsumitur ex eo, quod matronæ nomen non amisit. Accusari potest d. l. 13. quia cum nuptiis, vel sine nuptiis, non prohibetur patronus libertam du- cere uxorem, Ulpian. lib. 3. ad leg. Julianam, & Papiam in l. in eo jure 45. ff. de ritu nupt. & in l. fin. ff. de divortiis, & lib. 2. ad easdem leges, in l. 1. ff. de concu- binis, cum aliis relatis, & erudi- tione omnigena exornatis à D. Amaya lib. 2. observ. capit. 5. à

V 2 num.

num. i. & junctis, his quæ dixi *senatoris filia, neptisve ex filio, proneptisve ex nepote filio nato, nata.* Et hanc quæstionem dirimit ipse Ulpianus ad leg. Jul. & Papiam, relatus in l. 7. ff. de Senatoribus, ubi ait, quod sufficit patrem esse senatorem tempore conceptionis filii, vel filiæ, et si tempore nativitatis jam motus sit à senatu; ut semper filius, vel filia senatoris intelligatur: nam quæsita jam dignitas in conceptione, propter crimen patris, liberis auferenda non est. At verò propter crimen proprium suum auferenda est, l. Senatoris filia 47. ff. de ritu nupt. ex quâ etiam deducitur, quod si filia Senatoris libertino nupsisset, si posteà propter crimen suum amisisset dignitatem nominis, nuptiæ fierent justæ, quia cessavit ratio, sicut in senatore, qui amisit dignitatem, in d. l. 27.

13. His ita cognitis, & abolito decemvirali decreto à Tribunis-plebis, summam plebi injuriam irrogante, ne cum ea patribus connubium esset, exterminataque etiam injuria libertinorum, quibus ab ingenuis successus civilis manserat, uti ex Livio lib. 4. & 39. subtiliter libat D. Amaya suprà num. 17. & 18. scitur nuptias, contra inhibitionem legis Juliæ, & Papia initas, nullas fuisse, (l. semper 42.) ibi: *Nuptiæ non erunt, L. o-*
ratio 16. ibi: *Nullius esse momenti,* ff. de sponsal. injustamque uxorem, injustosque liberos: sed hoc civili ratione cautum (uti à l. 9. C. de dignitatibus, deducitur, & ex ea, quam profert Amaya ubi suprà num. 22.) & in re, quæ po-
14. test esse, & abesse. Itaque cessante ratione cessabat dispositio, & injustæ nuptiæ, ipso jure justæ siebant, uxorque justa, l. si quis 27. ff. de ritu nuptiarum. Non tamen id rescripsit Ulpianus absque lite cum Papiniano in l. generali 34. §. fin. ff. eod. de ritu nuptiarum, & in l. 9. ff. de senatoribus: sed in specie Papiniani ratio subtilis est, quia filia, quæcùm nascitur, filia senatoris nascitur, jam non potest desinere esse filia senatoris, maximè ab extrinseca vi: & ideo inquit Papinianus, *Nam quæsita dignitas liberis, propter crimen patris, auferenda non est.* Et licet in hac specie non cessavit ratio inhibitionis legis Juliæ, & Papia, quæ tantum dixit: *Neve*

Nec difficultius est scire, quare 15. si cùm cessat ratio inhibitionis hujusmodi, justæ fiunt nuptiæ antea contractæ injustè: non tamen cùm inhibitionis ratio superveniat, injustæ, & illegitimæ reddantur, quæ initio legitimæ celebratæ fuerant: cuius differentiæ rationem, non minùs, quam Ulpianum quæsiisse testatur Justinianus in l. si libertam 28. C. de nuptiis: & angit Rebard. lib. 4. var. cap. 16. & subtiliter expungit D. Amaya ubi suprà à num. 30. Sed ratio discriminis est, quia sicut jura sanguinis nullo jure civili dirimi possunt, *Quia civilis ratio civilia quidem jura corrumperem potest, naturalia verò non utique,* §. fin. instit. de leg. agn. tutel. l. eas obli-

obligationes 8. ff. de capit. dim. ita consensus naturalis (qui est tota essentia, & natura matrimonii) cum affectu vero individuam vitæ consuetudinem retinendi adhibitus à solis contrahentibus, etiam nuptiis injustis, & illegitimis, nullo jure civili dirimi potest, id est nullâ ratione civili: quoniam matrimonium, adhibito contrahentium consensu, ut dixi suprà, & nulla ratione naturali impediente, ratum, & verum est matrimonium, sacrosanct. Trident. Synod. sess. 24. c. 1. Et sic actus ille de jure naturæ perfectus erat, & si incideret in casum à quo incipere non posset, advenit jam casus actui perfecto, & sic nocere ei non potest, quia ut dicunt Philosophi: *Quidquid advenit enti in actu, advenit enti perfecto.* Et si aliquis dixerit, in nuptiis justis, quæ devenerint ad casum, à quo civiliter incipere non possent, nihil naturale corrumpi ex eo, quòd injustæ redditantur, insistentes suis terminis naturalibus, quibus perficerentur, impediente etiâ ingressum lege illa civili: respondeo, quod si accidens suo jure juvat, & perficit naturam rei, injuria irrogatur, si rei accidens auferatur, hoc est quod dicitur:

Turpius ejicitur, quam non admittitur bofes:

Et turpius est à senatu moveri, quā nunquam senator fuisse, & sic matrimoniu, cùm jam nomine justo, & legitime fuisset condecoratū, & uxor justa hujus dignitatis nomine exornata, & dominę (ut dixi suprà) turpius ab illo, illaq; auferretur: &

cùm hoc quid spirituale sit, difficiilius destruitur, quām construitur, cap. inter corporalia de trânslatione Episcopi. Deinde, quia contrahentes contra legem, certæ legis transgressores sunt, & sic in pœnam injustum matrimonium, injusta uxor, injustique liberi. At verò contrahentes secundùm legem, quare casu adveniente, maximè à lege, non expresso, rei legis futuri sunt? Neque obstat text. in l. 44. §. pl. 16. nè, ff. de ritu nupt. ubi Paulus inquit, quòd si uxor (scilicet iusta) *Artem ludricam facere cæperit, utique dimittenda est,* & hujus inhibitio-
nis ratio etiam civilis est: sed maximum discriminem nuptias (propter supervenientiam casus, à quo incipere non poterant) injustas fieri ipso jure, adhuc conjugibus, in suo consensu individuam vitæ consuetudinem retinendi, secundùm jus naturæ insistentibus, aut divortium celebrari, propter inductionem criminis, & infamiae, obiciisque legitimi civiliter ineundi nuptias: non dixit Paulus uxore artem ludricam faciente, ipso jure nuptias fieri injustas: imo intelligens hoc etiam casu superveniente fieri non posse injustas, quæ adhuc consensu mutuo jure naturæ ratæ, & firmæ manebant, quæsivit aliam viam (quæ ratione aliqua naturali aperiretur) puniendo uxorem, nuptias dissolvendo divortio, quæ injustæ jam fieri non poterant. Ratio igitur naturalis, quâ motus i. 7. est Paulus, hæc est, quia secundùm naturam putabat, ut quo-

V u 3. quid

quid colligatum esset, eodem modo solveretur l. ab emptione §8. de pactis l. nihil 35. de regul. juris, c. omnis ref. 4. 27. qu. 2. ibi : *Matrimonium enim non facit corpus, sed voluntas, & ideo non solvit illud separatio corporis, sed separatio voluntatis.* Sciebant autem contrahi matrimonium consensu : ergo contrario consensu, iure solvi ratiocinabantur : inde mutua voluntate, aut alterutrius ex l. 12. tabul. dissolvi poterat conjugium Cic. Phil. 2. Unde dicitur divortium à diversitate mentium, vel quia in diversas partes eunt, qui distrahunt matrimonium, l. 2. cum seq. ff. de divortiis, l. penult. de adulterio. l. si constante 9. C. eod. Wefenbec. in titulo de divort. num. 7. *Dimittenda igitur* (inquit) *si nuptiaz injustæ fieri non possunt*: quia non licet viro ingenuo, & integræ frontis, uxorem ludricam artem exercentem habere: quid ergo commune habet divortium cum nuptiis injustis? *injusta uxor accusari de adulterio jure mariti potest*, *repudiata non potest*, l. si uxor, §. plane cum §. sed etsi ff. de adulterio repudiata uxor, si reducatur, non indiget consensu, & novus contractus dicitur, d. §. sed etsi, nuptiaz tamen injustæ justæ fiunt ipso jure sine novo consensu, d. l. si quis 27. l. eos 65. §. 1. ff. de ritu nupt. Divortio vinculum matrimonii solvebatur ex eo quod nudus contractus jurisgent. sicut emptio, & venditio, apud Consultos existimabatur, id eoque coëmptione siebat: sed in nuptiis injustis adhuc vinculum

manebat consensus naturalis, & essentialis, ratum, & firmatum. Neque obstat, quod dicitur in d. l. semper 42. ibi *Nuptiae non erunt*, scilicet justæ quoad jus civile non erunt, vel nullius momenti erunt d. l. oratio, ff. de spons.

Si autem aliquis objiciat, quare, si contrario consensu poterat maritus dimittere uxorem, ne esse fuit in specie Pauli, quod ipsa ludricam artem facere cœpisset, ut dimittenda foret: respondeo cum Jureconsulto Caio, non omne divortium legitimum esse solo consensu, sed illud quod ex lege, *Si ex lege (enim) repudium missum non sit*, mulier adhuc nuptia esse videtur, l. si ex lege pen. ff. ad leg. Jul. de adulterio ex lege sit, ut ibi inquit Gotifred. ex legis 12. tabul. formula explicita in l. 2. §. 1. & in l. 9. ff. de divortiis: *Hive sit etiam ex lege Julia* (quod ego simul amplector) in capite de maritandis ordinibus, quæ cum ad nuptias invitaret premissis, & pennis, restrinxit absolutam voluntatem dimittendi conjugem, & non nisi ex legitima, & rationabili causa divortium celebrari decrevit, & justas, & rationabiles causas dimittendi, & solvendi, quas legitimas non ineundi nuptias, advenit: inde & non alio pacto, inquit Paulus lib. 1. ad leg. Jul. & Papiam in d. l. 44. d. §. plane, *Dimittenda erit*: & asylum sit mihi ipsius Julii Pauli sententia, qui lib. 2. tit. 19. sentent. reddens rationem, quare semel matrimonia contracta sine consensu patris, non solvantur (inquit

quit forte ex lege Iulia.) Concomplatio enim publica utilitatis privatorum commodis profersur.

19. Néque legis Iuliæ verba in d. l. 44. *Nemus quis eorum dolo malofaciens sponsam, uxoremve eam habere, faciunt pro doctissimo præceptore meo D. Amaya, ubi suprà num. 42. quia etsi concedamus ei, ex vi illius verbi Ne habeo, legem Iuliam continuationem etiam, & detentionem naturalem inhibere: non tamen, nisi pacto interposito divorții, inhibet ex ratione illa naturali, Nihil eam naturale est, quam eo genere quidre dissolvere, quo colligatum est. d. l. 35. de regulis juris, & tunc casus supervenientis, velut senatoriæ dignitatis, vel infamiae, ut in d. l. si quis 27. & in d. §. plane, non irritat matrimonium ipso jure, nec injustum, nec nullum reddit: sed causam tribuit ex lege, ut possit celebrari divorțium, & senator dimittere libertam, ingenitusque ludicram artem exercentem: & tunc etiam in voluntate innocentis relinquitur, ibi *Ne habeo*, præcipitur enim, sed sine decreto irritante: sciebat Augustus, & Confulti, quod civilis ratio naturalia vincula non possit corrumpere: immo etiam & illa causa, quæ ex eadem lege Iulia legitima est: & nulla alia ex jure naturæ magis naturalis quam adulterii causa, & tantum dimittendi est in voluntate innocentis relicta, non tamen irritat ipsa jure vinculum matrimonii: nec civili ante divorțium, ut patet ex l. 2. & toto titulo, s. ad leg. Iul. de adulterio, nec canonico etiam*

post divorțium, quia *Quos Deus coniunxit, homo non separet*, Matth. cap. 19. cap. 4. & q. de divorciis cap. 2. de conjugio lepros. cap. ultim. de convers. conjug. cap. dixit dominus 32. quæst. 1. cap. si uxorem 32. quæst. 5. cap. 1. 32. quæst. 7. Bart. in l. rerum, num. 1. s. de rer. amor. & ex multis Thom. Sanchez lib. 2. de matrimonio disp. 2. num. 3. & disputat. 1. 3. per totam., Wesenb. in titulo de divorciis num. 11.

Ita etiam re, & ratione civilis nititur Pauli decisio in l. eos 65. s. ff. de ritu nupt. & in l. 1. 1. ff. de statu hominum, & Gordiani in l. 6. C. de nuptiis, ut innuit Papinianus in l. 63. in princ. ff. de ritu nupt. ibi: *Cum ratio potestatus nupciis prohibuerit*. Ita intelligenda est doctrina, in qua ambigit Molino l. 1. de ritu nupt. cap. 12. num. 4. Inde sicur deposito officio, si in eadem voluntate perseverant, nuptiæ sunt iustæ: ita in dispositione, quæ requirit consensum parentis, mortuo patre, vel emancipatione remota, vel si adhuc in potestate, acceperit consensus, justæ sunt nuptiæ ipso jure, l. nuptiæ, 18. l. filius 25. de ritu nupt. & sic intelligendus est text. in d. l. Paulus 11. juncta d. l. eos 65.

At vero rationem Pauli subtiliter expungere oportet, quare filius natus post mortem avi, id est jam iustis nuptiis, si ramen ex injustis conceptus fuerat, justus, & legitimus non est: cum explorati juris sit sufficere liberam fuisse matrem eo tempore, quo nascitur filius, licet.

cet ancilla conceperit, ad hoc ut ingenuus nascatur, princip. inst. de ingenuis, eruditè post omnes Carranza, de partu cap. 3. §. 3. à num. 7. cum seq. & similiter filius senatoris nascitur, et si deposita dignitate, l. emancipatum 7. ff. de senatorib. Sed dicendum est, hoc pacto etiam intelligi oportere Paulum in d. l. eos 65. ff. de ritu nupt. ibi: *Et ideo postea liberos natos ex justo matrimonio legitimos esse*, licet in nuptiis injustis conceptos: & confirmatur intelligentiā Gordiani in l. 6. C. de nuptiis ibi: *Postea liberos susceptos, natosque, & facit text. in l. 17. §. 5. ff. ad Trebellian.* ubi sufficit, quod concepti sint ante deportationem, licet postea edantur: nam quamvis Concius lib. 1. leq. 7. restituat *Conceptos*, & adstruit Gotifred. in d. l. 6. *Susceptos* tamen legitimus, & defendimus, nec filius, dum non nascitur, suscipi videtur, & patet ex l. 88. §. Damz de leg. 2. ubi *Susceptos* necessariò, id est *Natos* intelligitur: licet in d. l. 17. d. §. 5. ad Trebellian. pro conceptis. Paulus autem ipse in specie d. l. 11. alterā subtilissimā ratione motus fuit: nempe quod si moriatur pater ejus, qui adhuc in utero est, conceptusque ante mortem avi, à quo præteritus reperitur, nascendo rumpere testamentum si justus, & legitimus esset, cum nascatur non præcessus ab alio, l. Gallus, §. 12. 13. & 14. ff. de liber. & posth. l. si quis filio, 6. §. sed si pater, ff. de injusto rupt. Langebech, cap. 40. & 41. annot. & communiter Docto-

res in d. l. Gallus, & in civile esset, invito; vel ignorantī, immo & mortuo agnasci posthumum suum hæredem contra rationem text. in l. in adoptionibus l. si quis. 10. cum seq. l. 23. in princip. ff. de adopt. l. 2. l. oratione, ff. de ritu nupt. & injustum, & contra voluntatem avi conceptum, adhuc sine consensu adhibito, morienti agnasci legitimū, & suum hæredem: & ex regula firmata ab exceptione Claudi Triphonii in l. 12. §. 3. ff. de captivitat. & post. & ex Paulo lib. 5. sentent. titulo 29. §. 2.

Attamen contra est, si volenti agnascitur hæres, veluti si non præteritus, sed institutus fuerit, licet ex injustis nuptiis genitus, si vero postea contracto licite matrimonio natus sit, suus hæres erit, & legitimus, text. est in l. filius à patre, §. si quis 3. ff. de liberis & post. Ex cujus decisione, & ex d. l. eos 65. §. 1. ff. de ritu nupt. subscribere audeo, si avus moriens consensum præstiterit virtualem, scilicet instituendo formula Galli Aquilii posthumum illum nepotem injustum, tantum ex defectu consensus avi, hoc mortuo, cum hujusmodi virtuali assensu, non solùm nuptias fieri justas, sed & posthumum nasci justum, & legitimū, et si ex injustis nuptiis genitus fuisset: quia hoc pacto deficit ratio illa. specialis Pauli in d. l. 11. maximè ex ratione text. in d. l. filius à patre 28. §. 1. in fin. ibi: *Nullo circa eum novo facto, sed ordine quodam naturalis natus est post factum*, ubi etiam in §. 3. prævallet

let ratio Triphonini dicentis: *Nemo certè dubitabit ex Titia, qua runc propter tenorem. natus auctor duci non potuit, quando testamentum fiebat, nam postea ea uxore ducta, heredem esse posse: & generaliter nato, post testamentum heredem, scripto aditus est ad hereditatem in qualicumque statu testamenti faciendi tempore fuisse, qua postea testatori civiliter nupta est.* Inde defendi potest verbum illud *Susceplos*, quod adiecit Gordianus in d.l.6. & *Conceplos*, quod videtur restituere Concius, non esse de mente, & intelligentia Pauli in specie d. l. eos 65.d.s.1. sed tantum in speciali ratione text. in d.l. 11. quia in d.l. eos, deposito officii impedimento, nullo circa eos novo facto, sed ordine quoddam naturali, nuptiæ fiunt justæ, & legitimi liberi postea nati: & hanc quæstionem, dubio exterminato, decidit Justin. in Novella. 89. c.8. ibi: *Cum enim dubitare ciar, virum oporteat conceptus, an partus respici tempus: sancimus ut non tempus conceptus, sed partus inspiciatur, propter filiorum utilitatem: si vero contigerit tales aliquas excogitari circumstantias casum, in quibus est utilius conceptionis tempus, quam partus, tempus illud valere magis præcipimus, quod utilius sit nascensi.*

22 Interest autem plurimum (inquit Bald. in d.l. filius à patre d.s.1.) an quid fiat facto hominis, an ipso naturæ ordine: facto enim hominis, si justi & legitimi fiunt, qui in justi concepti sunt, & nati, non legitimi, sed legitimati sunt, non iusti, sed justificati, veluti non sunt

ingenui, qui in servitute sunt quæsiti, & in potestatem patris beneficio Principis redacti, sed libertini, Vlpian. docet lib.4. ad leg. Jul. & Papiam in l. fin. ff. de adopt. At verò ordine naturæ non libertini, sed ingenui sunt, text. est in §. 1. inst. de ingenuis.

Unde existimo magnum versari discriumen, utrum obest, seu impedimentum civile contrahendi matrimonium tollatur ipso jure, casuve, an voluntate, & beneficio Principis. Nam quando tollitur ipso jure, veluti deposito officio Provinciæ tempore legitimo expleto, casuve altero deponendi: tunc ordine quodam naturali filii, qui postea nascuntur, legitimi sunt, non ex influentia alterius externæ causæ, sed ex vi intrinseca matrimonii, & ideo in legitimatione ingenui sunt, non libertini d.l.eos. d. §. 1. filius à patre d.s.1. in fin. elegans text. in Novella. 78. cap. 3. Itaque ipso jure capaces existunt succedendi in omnia bona, jure Canonomico, & Civilis canonicum fuerit impedimentum, sive civile. Et prædictam speciem extendò, etiam si progeniti liberi fuisseut ex injustis nuptiis, dum tamen nati sint licito, & justo jam facto, sive contracto matrimonio, est text. melior de jure in l. 37. §. 7. ff. de operis libert. ibi: *Posthumerus liberti heredes patris sui non liberat, quod proficiunt liberatio à liberis debet, nec quisquam post mortem liberari intelligi potest, ex lege autem nati liberis prosunt.* Et ita strictè, rectè intelligitur Paul. in d.l.eos, in fin. ibi.

Et ideo postea liberos natos ex iusto matrimonio, legitimos esse. Sic est explicandus text. in l. si quis in senatorio, 27. ff. de ritu nupt. & hi liberi excludunt substitutum sub conditione, si sine filiis legitimis. Quandò vero tollitur impedimentum, beneficio Principis in finem legitimandi matrimonium, liberos que ex eo: quia tunc causa efficiens est externa, scilicet voluntas Principis, & inde non ex vi matrimonii, nec ordine quodam naturæ legitimantur: in legitimatione non ingenui, sed libertini, id est non legitimi, sed legitimati sunt filii ante geniti, licet postea nati, arg. text. in l. fin. ff. de adoption. si exprimantur quidem in rescripto, qui adhuc in utero sunt, alioquin etiam injusti, & illegitimi nascuntur, qui ex injustis nuptiis sunt geniti: quia nihil operatur, ultrà intentionem agentis, & limitata causa limitatum producit effectum, l. in agris. 16. ff. de acquir. rerum domin. Et hoc aspectu potest intelligi Paulus in d.l.eos, cum adjectione Gordian. in d.l.6. & notâ Concii ibi *Susceplos*, id est *Conceplos* ex l. 17. §. 5. ff. ad Trebellia. & prædictam distinctionem subintellixit ipse Paulus in l. 7. ff. de statu homin.

Et cùm filius, & pater is sit, quem nuptiæ demonstrant, justus quidem, & legitimus, l.4. l.6. ff. de his, qui sunt sui, vel al. l. 5. ff. de in jus vocand. l.44. §. 3. ibi: *Tamen justum patrem intelligendum Octavenus ait*, ubi Gotifred. ff. de ritu nupt. c.fin. 32. qu.4. Et in conditionibus verba

propriæ, & verè sint accipienda, l. 23 fin. C. de his qui veniam ætatis impetr. l. Mævius, ff. de conditionib. & demonstra. & nisi legitimus filius verus non appelletur, l.fin. ibi: *Verum filium accipi oportet ff. de jure deliber.* l.ex libera, C.de suis, & legitim. hæred. Non evanescit conditio, *Si sine filia legitimis*, in fideicomisso, sive substitutione adscripta, agnatione legitimati per rescriptum, quoniam eum, qui communijure legitimus est, & sit voluntate testantis: non autem qui speciali jure legitimatus est sola voluntate Principis citra assensum, & intelligentiam testatoris, intelligi in illa conditione oportet.

Et Iabolenus in d.l.fin. ff. de jure 25 d.lib. subtiliter interjecit pacem inter Labeonem, & Trebatium, ac Vlpianus explicat Papinianum in l. ex facto. 17. §. 4. ad Trebel. ibi: *Mibi autem, quod ad naturales liberos astinet, voluntatis quæstio videbitur esse, de qualibus liberis testator senserit: sed ex dignitate, & ex voluntate, & ex conditione ejus, qui fidei commisit accipendum erit.* Quòd si legitimatus fuerit testator, ex vi rescripti, tunc legitimati appellatione, legitimati agnatione excludi substitutum, & evanescere conditionem doceant Vlpianus & Iabolenus, & ita etiam suspecta persona gravati, appellatione legitimorum intelligi legitimatos; velut in instituto libertino, filios ejus naturales eliminare fidei-commissum d.l.fin. l. 88. §. Damz, ff. de leg. 2. ubi quia is, cui fidei-committitur, libertinus erat, libertinamque

tinamque filiam reliquerat, evanuit conditio: *Si sine filio*, quoniam haec conjectura inquit. Claudius Triphoninus, *Creditur appellatione filiorum, & naturales liberos, id est, in servitute susceplos contineri*. Sic simili-
ter legitimatos, et si illegitimatio-
nis notâ conceptos, appellatione
legitimorum contineri, si is, qui fi-
deicommissit, vel cui fideicommit-
titur, legitimatus fuerit, non legitimi-
mus; aut cohæres fuisset ejusdem
conditionis, vel cooperator, ex sen-
tentia Papiniani in l. cùm pater. 77.
§. volo. 13. de leg. 2. & Vlpiani in d.
l. ex facto. 17. §. 4. ad Trebellian. ex
ratione ipsius in l. 160. de regul. jur.
*Absurdum est (enim) plus juris habe-
re eum, cui legatus sit fundus, quam ha-
redem, aut ipsum testatorem si viveres,*
& Pauli in l. 175. §. 1. eod. *Non
debeo melioris conditionis esse, quam
auctor meus, à quo jus in me transit.* Et
haec est ratio Iaboleni, & Trebatii
in d. l. fin. ubi qui filium libertinum
habebat, haredem eum instituerat,
ideo filii ibi appellatione, libertinus
quoque continetur: Labeonis nec
Trebattii ratio, fuit figura matrimo-
nii, ut aliqui existimarunt, sed quia
omnes haec quæstiones sunt conjectu-
rales, ut ex Vlpiano exugunt
Doctores Ant. Thesaur. decis. Pe-
dem. 166. num. 6. D. Molina plures
referens lib. 3. Hispan. prim. c. 3. nu.
43. & Mantica lib. 11. de conjectur.
tit. 9. num. 5. Azevedo in l. 3. num.
16. tit. 8. libr. 5. novæ Compil. Pa-
leotus de notis, & spuriis, cap. 27.
numer. 4. Corras. libr. 1. Miscellan.
cap. 7. Conan. libr. 10. cap. 1. num.

7. Caldas Pereir. de nominat. quæ-
stione 20. à num. 7. Menoch. lib. 4.
præsumpt. 89. numer. 19. & ex d. l.
cùm pater d. §. volo: ex sententia
Papiniani expendit Fachin. libr. 4.
controvers. cap. 52. Et ita doctissi-
mus noster D. Don Joan. del Ca-
stillo, hujus quæstionis dissentien-
tes lanistas, in concordiam reducit,
rectè cum Iaboleno concludens,
ex conjecturali voluntate pendere,
filios naturales excludere substitu-
tum, & eruditè exornat ex mente
omnium Glossographorum tom. 5.
controvers. 2. part. de conjectur. ca-
pite 82. libr. 5. num. 25. cum seq.
*In facto (enim) consenserunt condi-
tiones (inquit Paulus) varietatem ha-
bent, & quasi tripartitam conditionem.*
l. 60. ff. de condit. & demonstrat.

Et quamvis sit regula juris sen-
tentia Labeonis, qui verum expe-
tit filium, ad excludendum substi-
tutum conditione illa: *Si mihi filius
nullus erit*, d. l. fin. ff. de jur. deli-
ber. quia naturalis quoad succe-
sionem de jure civili verus filius
non erat: imò incapax, auth. qui-
bus mod. natur. eff. sui in princip.
& in §. palam, vers. *Quomodo*, &
§. discretis, coll. 7. & in auth. li-
cet. C. de natural. liber. ut rectè
concludit Paleotus ubi suprà, &
D. Don Joan. del Castillo d. tom.
5. d. 2. part. capite 110. numer.
25. cum seq. Ob quam regulam
etiam conjectura pietatis Papinia-
ni in l. cum avus. 102. de condit. &
demonstrat. filio naturali non eva-
nescere conditionem, *Si sine libe-
ris*, verius videtur: nosque cum

Justiniano decisionis ejus exten-
sione l. generaliter 6.C. de institut.
& substit. Hor latiūs, & pinguis in-

terpretandum esse credidimus. Papi-
nianus enim non potuit subintelli-
gere, nisi nepotem legitimum ex
filio legitimo: ita ut ambo ad suc-
cessionem legitimam admissi fuissent
à lege: Justinianus autem tamquam Legislator extendere po-
tuit, ut nepos, sed legitimus ex fi-
lio naturali admitteretur: duplex
enim à jure rejicitur conjectura:
nempè quòd subintelligatur à lege
is, qui à testatore non est vocatus,
& quòd sit talis, qui aliás à lege
non erat admissus, ideo inquit ibi
Justinianus: *Et non aliter substitu-
tione locum accipiente nisi, ipsi liberi si-
ne justa sobole decesserint.* Tamen ad-
jecta conditione *Si sine liberis,* uni-
cum tantum ex conjectura inquiri-
tur, nempè sub illo verbo *Liberis*,
intelligantur naturales, & affirmat
Papinian. libr. 8. responsorum in l.
77. §. volo, de leg. 2. & refert, ac
explicat Vlpian. in d.l. 17. §. si quis
rogatus, ad Trebel. alioquin Justi-
nianus ipsius Papiniani subverte-
ret responsum, dum latiūs, & pinguius
interpretari putaret: inde u-
triusque decisionem, rationi esse
cōsentaneam, in sua propria specie,
defendi oportet; & ex his decidi
quæstionem, utrūm filii legitimi
ex patre illegitimo admittantur in
successione fideicommissi, & majo-
ratus, de quā post omnes D. Don
Joan. del Castillo sup. d. lib. 5. cap.
103. num. 11.

27 Sed quoniam discriminem, inter

legitimos, & illegitimos liberos,
non solum à lege positiva illatum
est, sed ab eadem causa, & origine,
quā omnes homines non promis-
cuè sunt liberi, aut ingenui; bella
etenim orta sunt, captivitates se-
quutæ, & servitutes, quæ sunt na-
turali juri contraria, §. jus autem
gentium instit. de jure natur. ita ex
peccato, concupiscentia orta est,
fornicationes, & adulteria sequen-
ta, quæ sunt juri naturæ contraria:
& inde sicut alii liberi sunt, aut ser-
vi, ita alii justi filii, & legitimi sunt,
alii illegitimi, & spurii: illi sic, quia
ex conjunctione rationali, quam
apud nos matrimonium appellamus,
individuam vitæ consuetudinem
retinendi, sunt prœgeniti: hi
tamen sic, quoniam non jure homi-
nis, sive jure rationis, sed brutaliter
sunt sensu, & appetitu irrationali
sunt geniti: itaque simpliciter re-
gula rationis, & juris, filiorum ap-
pellatione non comprehenduntur
illegitimi, seu citra matrimonium
nati, ita ut nec gaudeant paternæ
nobilitatis honore, ut ex doctissimo
Pichardo eruditè observat Carranza,
de partu cap. 3. §. 3. numer. 16.
& 17. nisi à Principe, vel consuetu-
dine, vel statuto aliud fuerit indu-
ctum; veluti in Francia, teste Tira-
quel. de nobilit. cap. 15. numer. 25.
in Hispania, Covarruv. de sponsal.
2. part. cap. 8. §. 4. numer. 3. & 4.
& ex l. titul. 1. part. 7. in Sabaudia,
Rainerio de nobilit. 5. part. quæst.
2. in Florentia, dicuntur de domo
& familia, sicut legitimi, Bart. in l.
fin. numer. 1. C. de verb. significat.
& ibi

& ibi Bald. & Cornel. in Perusio, Angelus refert consil. 30. numer. 6. & Brixia, Pedroch. consil. 10. numer. 10. & sequ. congerit Marta de success. legal. 4. part. quæst. 21. part. 5. & contra patrem Thom. Sanchez torose differit Carranza suprà à numer. 18. ex ancilla concubina, natum nobilitatis paternæ participem non fieri, quod de jure communi duplice obice verius videtur.

At verò cùm prædictis statutis filio, etiam extra matrimonium nato, nobilitatis inhærentia concedatur; præcipuè apud nos. d.l. 1. titul. 11. part. 7. ubi Gregor. verbo, *Amica*, Didac. Perez in l. 1. tit. 1. libr. 4. ord. Tellus Fernandez in l. 11. Tauri numer. 2. maximè cùm non resistat jus; sed tantùm defuerit contrahendi consensus, cap. 2. & fin. de conjug. serv. an obsit tantùm servilis, aut libertina conditio filiis nobilis patris, quia partus sequitur conditionem matris: adhuc in servitute existentibus, officere utrique, subscribunt lanistæ: descendunt tamen in arenam pro quæstione, utrùm libertina conditio nobilitatis influentiæ paternæ resisteat. Attenta autem d.l. 1. partitæ, juncto cap. 2. & fin. de conjug. servor. in hac quæstione, nulla distin-
ctio est inter filios legitimos, & naturales. Si ergo subscribam Carranza, difficile erit argumenta juris communis noviori peculiari juri adæquare, adjecta decisione Modestini in l. 7. ff. unde cognati, ibi: *Is qui aliqua ratione servus factus est,*

manumissione, nulla ratione recipit cognationem, quæ etiam si concedamus Thom. Sanchez; jura nobilitatis (ut asserit) inesse cognationi, lacertosa contrarietate oppugnat: si servus (secundum Modestinum) manumissione, nulla ratione recipit cognationem, & inde nec jura nobilitatis recipiet.

Deinde ipso Modestino attestante, quia eti Cognationis substantia bifaria apud Romanos intelligitur, naturalia quidem cognatio, hoc ipso nomine appellatur, civilis autem cognatio, licet ipsa quoque per se hoc nomine vocetur, propriè tamen cognatio vocatur, videlicet que per mares contingit, l. 4. §. 2. cum seq. de gradibus & affinit. Sed apud nos qualitas nobilitatis non nisi per mares inferitur, cùm si cognationis naturalis esset, etiam *Per fæminam descenderet, quia vulgo liberos peperit*, d. §. 2. licet verum sit, quod inquit illic Modestinus: *Vt rōg. jure consistit cognatio, cùm justis nupsiis contractus copulatur*. Et ideo quia utroque jure naturali, & civili copulata est, post emancipationem inhæret cognatio, & inde etiam inhæret nobilitas, argum. text. in l. 9. ff. de Senator. ibi: *Nam quæsta dignitas*, l. 7. ff. eod. l. 34. in fin. de ritu nupt.

Ex qua Modestini ratione, cùm utroque jure sit copulata cognatio, nec deportatione amitti, fatendum est, & ex l. sunt quidam 17. §. item, ff. de pœnis, cum sim: eti nobilitas inest cognationi, neque illam extirnari videtur, semper enim remanet discrimen inter deporta-

tum, & illum, qui in opus metalli, vel in metallum datur, is semper erat plebejus, ut asserit Callistratus in l. 5. in fine, ff. de extraordinar. cog. & inde non nisi nobilem deportari, moris quiritura fuisse, consequens infertur: & quamvis consumpta videretur existimatio; maxime illa capitis minutione, hoc intelligitur quoad effectus civiles, quia civitas (etsi libertas retineatur) amissa fuisse dicitur, ita ut ea, quæ juris civilis sint, non haberent deportatus, d.l. 17. d. §. item, §. minor. instit. de capit. diminut. Unde alligatam alteri juri, scilicet naturali ratione sanguinis, nobilitatem inesse credimus, & à fortiori legitimationem quoque filiorum insitam (etsi sopitam) immobilem remanere: siquidem à jure gentium rationem ejus, & originem, imò & naturæ, prælibavimus: dum etiam quid. civile, quod tractu temporis conducitur, deportato servetur, l. cum pater. 77. §. hæreditatem, de leg. 2. d.l. 17. §. 6. ad Trebell. exornat omni eruditione, & prudentiâ excultus vir Magister, ac supremus. Consiliarius Dom. Don Joan. Chumacero, select. disputatione 11. numero 8.

30 Neque obstat text. in l. ex facto. 17. §. ex facto 5. ff. ad Treb. ubi filii in deportatione concepti ab his, qui ante deportationem legitimè, justisq[ue] nuptiis fuerant copulati, non efficiunt deficere cōditionem, *Si sine liberis*: imò quasi ab alio extraneo progeniti minimè prosunt, ubi neque etiam, tamquam natu-

rales prodesse videntur; siquidem expresa illa conditione, *Si sine liberis*, ut exprimitur in d. §. ex facto, admitti etiam naturales deberē defendi, ex d.l. 17. §. si quis rogatus, & ex d. l. 77. §. volo de leg. 2. Sed rejectâ notâ calumniaz, quâ inuit Tribonianum Anton. Faber lib. 17. conjectur. c. 20. Neque admissâ (salva pace tanti viri) præceptoris doctissimi D. Amaya intelligentiâ, qui libr. I. obs. cap. 12. num. 16. matrimonium legitimum deportatione fieri illegitimum contendit, & inde filios in deportatione suscepitos illegitimos esse: quia licet verum sit, quod non possint à deportato legitimæ contrahi nuptiæ: & ita intelligenda est sententia Senecæ, quam ibi pro se D. Amaya inducit, legitimæ tamen ab eo ante deportationem celebratae, legitimæ adhuc in deportatione remanent: licet non quoad effectus agnationis, qui pro tunc dormiunt: quoad effectus tamen cognationis, & rem, ac causam, quia utroque jure constitit, cum justis nuptiis copulata fuerit, d. l. 4. ff. de gradibus & ideo asserit Vlpianus in l. sed si mors. 13. §. 1. ff. de donat. inter. matrimonium deportatione minimè dissolvi, l. 5. §. 1. ff. de bonis damn. l. 1. C. de repudiis l. 24. vers. *Sin autem*, C. de donat. inter. verè & scitè Gotifr. in d. §. ex facto, & Anton. Faber suprà: quia etsi donatio causa mortis, & inter virum, & uxorem concepta videatur confirmari deportatione, non tamen sine dependentia mortis naturalis, quoniam ut eru-

ut eruditè docer: peritissimus , ac prudentissimus admodum Patri-
tius vir Dom. D. Joan. Chumacero
select. disput. 10. num. 5. Quoties in
jure mortis naturalis mentio fit, si-
ve actu inter vivos , sive vltimo
elogio, non sufficit mors civilis in-
ducta, ex deportatione ad purifican-
dam conditionem , casumve, indu-
cit l. cùm pater. 39. §. hæreditatem,
de leg. 2. l. in ea parte. 121. §. in in-
sulam de verb. & l. intercidit. 59. de
condit. & demonstr. juncta l. unic. §.
sin autem, C. de caduc. toll. Itaque
ex illo argumento non deducitur,
matrimonium deportatione fieri il-
legitimum , & injustum , maximè
cum ipse D. Amaya fateatur , non
nisi divortio celebrato dissolvi, tunc
matrimonium ex d.l. 5. d. §. ff. 1. de
bonis dam. non possum investigare
rationem, nec jus, quo injustum , &
illegitimum fiat, filiique ex eo ge-
niti , injusti nascantur : nam licet
verum sit, quòd non sunt sui hære-
des ; quia non sunt in potestate de-
portati , qui nullam habet: neque
etiam emancipati sunt in patria
potestare , nec sui hæredes , & ta-
men sunt filii justi, & legitimi: quia
legitimatio filiorum non pendet ex
patria potestate , & ex apicibus ju-
ris civilis , ut suitas; sed ex ratione
naturali, ut dixi ex d. Novella. 89.
cap. 1. & 9. adjectis accessoriè, tam-
quam ad probationem solemnitatibus,
ac ritibus civilibus , qui cùm
semel verè adsint, insistentia illo-
rum amplius non desideratur , ut
matrimonium legitimum perma-
neat ex omni jure, ut suprà probavi.

Unde dicendum censeò, cum
Gotifred. ibi in d. §. ex facto, filios,
etiam in deportatione conceptos
ab his , qui uuptias legitimas con-
traxerant , esse non solùm natura-
les , sed legitimos , & justos nasci.
Quare autem non efficiant defice-
re conditionem : *Si sine liberis*, sicut
ante deportationem concepti? nul-
la ratio illius decisionis (ni fal-
lor) reddi potest , nisi quòd in de-
portatione concepti, non tantùm
delicti, sed & pœnæ notâ aspersi
sunt in sanguine patris, capit is et
iam illius , & existimationis minu-
tione notati , argument. 1. 5. & in
§. 1. C. ad leg. Jul. majestat. & ibi
Gotifred. & cùm mulier filium
suum civem Romanum instituif-
set , erubescit jam talem peregrini-
num filium habere, ita notatum del-
icto , & pœnâ , & minutione exi-
stimationis : ex tali que filio geni-
tos , quasi ab alio extraneo, non in-
tellexisse sub illa conditione ; *Si si-*
ne liberis, testaticem credidit Vl-
pianus maximè cùm in his , qui
post patris damnationem conce-
pti, & nati sunt; paterni, hoc est hæ-
reditarii criminis exēpla metuan-
tur , d.l. 5. d. §. 1. ad leg. Jul. maje-
stat. Jul. Clar. libr. 5. sentent. §. læ-
ſæ majestatis , versic. *Quare:* & li-
cet in specie Vlpiani prædicta , ne-
quaquam damnatio fuisset ex cri-
mine læſæ majestatis (quod peni-
tùs negandum non est , cùm ex
facto respondisset Consultus) ex-
pediebat tamen fisco , ut illi fi-
lli, saltem in deportatione con-
cepti , non efficerent deficere
condi-

conditionem fideicommissi : quia quartæ quidem commodum ad fiscum pertineret deficiente conditione ; dodrans verò fideicommissario restitueret, idem Vlpianus ait in l. 3. in fin. ff. ad Trebellian. & ipsemet innuit in d. §. ex facto, illis verbis : *Maximè cùm esiam bona cum sua quodammodo causa fisco sint vindicanda*: nam si filii, mortuo patre, fiscus bona hæreditatis illius restitueret, integrè sine diminutione quartæ : quia hæredibus non fideicommissario restituturus erat. Justaque causa fisci videbatur ex eo, quòd filium in deportatione genitum damnationis paternæ notâ infectum, quasi ab alio, quam quem instituerat testatrix, susceptum ea non voluisse comprehendendi appellatione liberorum videretur : præcipue cùm sanguini, & ossibus hujusmodi filiorum, qui in deportatione sunt concepti, insit aliqua repugnantia honoris. Quiritumque juris, capiendæque hæreditatis, præcipue, quæ dependet à restitutione ipsius deportati.

Cùm igitur (revertar ad quæstionem inceptam) qualitas illa, sive media capitidis, seu existimatio- nis minutio inhæreat ossibus deportati, quam filii influit in generatione repugnantem juri Quiritum (cùm alias homo, & non civis Romanus reputetur) ideo & nobilitati; (quæ qualitas quiritoria est) videtur non posse retinere nobilitatē: maximè cùm sit in præjudicium fisci : quæ si cognitioni, quæ juris naturæ est, inesset, (ut existimat Tho-

mas Sanchez) minimè amittetur, d.l. 17. d. §. item, ff. de poenis: saltem tamen quoad effectus dene- gatur deportato, licet libertatem numquam amiserit, quantò magis deneganda est servo, qui nec anteà fuerat civis, nec liber: & posteà propter repugnantiam servilis qua- litatis ossibus inhærentem, in quâ conceptus, & natu^s fuit servus, quamvis manumittatur, nulla nobili- tatis ratione manumissione recipit cognationem nobilem: quia nec manumissor, nec manumissio cau- sa efficiens est, nec modus indu- cendæ nobilitatis: iniò potius ma- numissio inducit qualitatem con- trariam nobilitati, nempe libertini- tatis, quâ etiam ipsa vera cognatio videtur deficere: *Quoniam mater ef- se hujusmodi filiorum desit, idque In- lianu scripsit, & constitutum est ab Im- peratore nostro*, inquit Vlpian. in l. 2. §. 2. ff. ad Tertul. libertini enim conditio, ita juris notâ (Amaya libr. 2. cap. 5. observ.) inuritur, ut senatoribus, ejusque liberis lege Julia, & Papia prohibitum fuerit cum libertinis copulari, ac si cum infamibus personis, l. 44. l. 47. ff. de ritu nupt. cum simil. & rationem reddit Gotifred. ex l. 8. C. de digni- tat. & hanc vilem conditionem, non tantum dignitati Senatoris, sed nobilitati ex illa quæsitæ obesse Pa- pinianus docet in l. 9. de Senatori- bus, ibi: *Filiam senatoris nuprias liber- ti sequuntam, patris casus non facit uxo- rem, nam quæsita dignitas liberis pro- pter casum patris remoti à senatu au- ferenda non est*. Ubi nota quòd quan- do qua-

33 do qualitas inhaeret ossibus, etiam remota causâ, remanet cum esse cibis, arg. etiam text. in l. 43. §. 4. ibi : *Nec enim abolesar surpissido, que postea intermissa est*, ff. de ritu nupt. & sic tunc uxor justa non incipit esse, nec justi libeti, nec matrimonium legitimum, etiam remoto obice. At verò si obex non insuit effectum, sed solum inest tamquam causa remota, cesseret effectus, veluti si ipse senator duxerit uxorem libertinam, & amiserit dignitatem, amissione illâ incipit matrimonium legitimum esse, justa uxor, iustique liberi, ita Papinianum amicum offero Vlpiano in l. si quis. 27. ff. de ritu nupt. Unde non vulgari notâ induco qualitatem servilem influxam, velut effectum ossibus inhaerentem, sublatâ servitute non tolli, (quâ ratione ablato peccato originali per baptismum, non extermiantur mors, & ærumnae naturæ corruptæ) & illa qualitas nobilitatis ingenuitati repugnat, & sic manumissione illam non recipit servus.

34 Altero quoque argumento convincitur Thomas Sanchez, qui et si servi manumissione indistinctè efficiantur cives Romani sublatâ antiquâ tripartitâ libertinorū conditione, §. 3. instit. de libertin. tamen illi, qui manumissionem justâ civis Romani nomine condecorarent, non ex eo consequebantur Tribum, scilicet nobilitatis ordinem: paret ex difficulti dictorio Seevolz in l. 35. in princip. ff. de leg. 3. cuius text. ratio est, *virum clarissi-*

*mum non indigere tribu, sed estimatione pretii: libertinum autem indigere tribu, ut nobilis esset, etiam si is libertinus filius fuisset senatoris. Tertio denique juris ventilabro concutitur doctrina. Thomæ Sanchez, ex l. 1. & 2. C. de jure aureo annul. ibi: *Natus antiquos, & ius ingenuitatis, non ordo præstare decurionam, sed à nobis peti potuit, decreverunt Imperatores, & etiam aureorum usus annullorum beneficio principali tribus libertinariis quoad usum imaginem, non statum ingenuitatis præstare. Quo pacto igitur manumissionis servus nobilitatem recipiet, si etiam adhuc aureo Quiritum annullo decoratus veram ingenuitatem non recipit? & indecorum esset, & Equestri nobili ordini turpe, injuriâque plenum, ut hujusmodi manumissus nobilis, stringatus existeret, ad servitutis nexum reduceretur, ejusque filii nobiles, l. fin. C. de libertis, & eorum liberis, ibi: *Libertina conditionis homines, vel eorum filii, etiam si militantes docebuntur, ingratis ad servitutis nexum procul dubio redacensur: ita solent libertini ad nequitiam servilis ingenii redire*, Plautus, in Pers. Act. 5. & exornat Gotifred. in d. l. fin.**

At verò licet de jure Digestorum prædicta ratiocinatio sit inconcussa veritas, de jure tamen Novelle Justiniani 78. in authent. ut liberti de ceterò aureo non indigeant annullo, & ut pristinis restituantur naturalibus, collat. 6. ve-rior est sententia Thomæ Sanchez: ibi enim raditus sustulit Justi-
Y y nian,

nian, inter libertinos, & ingenuos
differentiam, illisque jus regenerationis, & Quiritum, & aurei annulli,
indistincte concessit, ibi in præfatione: *Et ipsas servorum libertates eis om-
nino puras, & infucatas, & perfectas
efficere, & ibi etiam ipsum quod perfe-
ctius darum est à majoribus existimavi-
mus oportere adjectio[n]ibus ampliare, &
in capit. 1. H[abebit] subsequens mox &
aureorum annullorum, & re generationis
jus, & non iam ex necessitate hoc à Prin-
cipib[us] postulabile, neque indigebat om-
nino vlt̄ serapulositate, sed libertatis
virtute hac omnia subsequantur, & in
capit. 2. tamquam bene nati jam facti
vivunt, &c. & non denuo libertate, &
benè natione cadant, tamquam indevo-
ti ingratique convicti, & expressè ad
nostram speciem in cap. 3. & in cap.
4. *Vt si cui etiam ex serviente muliere
præcreentur filii, &c. mox cum ipsa do-
ris inscriptione, & filiis competitis liber-
tatis, & suorum ius, non requirentibus
nobis specialem libertatem in filiis fieri,*
&c. habebit proprios filios ex hoc solo,
& liberos, & legitimos successores, & in
capit. 5. *Sic etiam nos, hoc videlicet re-
generationis, & aureorum annullorum
jus, &c. omnibus similiter subjectis ex
hac lege damus, restituimus enim natu-
re ingenuitate dignos, non per singulos
de cetero, sed omnes deinceps, qui liber-
tatem à dominis meruerint, junctā No-
vellā 18. cap. vlt. Quanta enim natu-
ra innovat, & Legislatoribus nobis pra-
bes causas, inquit Just. Novella 73.
in princip. & alibi, multa namque sic
ne prediximus, natura sunt novitates,
Novellā 74. cap. 5. Nec rationi hu-
jus legis obstant suprà dicta: quia**

lex suam vim impariebat à priori,
non à posteriore, nisi indulgendo l.
22. de legib[us]. itaque vis legis naturaliter ad præsens pertinet, & ad fu-
turum, non ad præteritum (illa
enim vis, quæ ad præteritum perti-
net, violenta est, non naturalis,)
ideoque lex hujusmodi ab origine
influit vim ingenuitatis naturæ ser-
vi; ut si liber efficiatur ingenuus re-
putetur ab origine, cum qualitatibus
generationis suz, si ex patre no-
bili, nobilis, si ex plebeio, plebeius:
quia sicut servilis natura instituit à
principio, ita etiam hæc conditio-
nalis vis ex lege à principio exstitit
impressa. Contrarium tamen esset,
si lex, vel Principis placitum in
præteritum operetur: quia cùm
tunc indulget, & violenter opere-
tur, non infert vim suam à princi-
pio, nec radicitus qualitatem con-
trariam extorquet, elegans textus
sic interpretandus in l. qui liberti-
nus 37. §. posthumus 7. ff. de operis
libert. ibi, ex lege tamen nati liberi
profunt, juncto ibi, quod proficiunt li-
beratio à liberto debet, nisi inveniret
materiam ab origine dispositam, ut
cùm liber & nobilis quis erat, ser-
vus, vel pretio, vel pœnâ effectus,
natalibus à Principe restituatur,
tunc & ingenuitate, & simul nobi-
litate frueretur, ut eruditè Carran-
za suprà numer. 35. explicat Paleot-
um de notis, & spur. ca. 62. num.
4. alioqui, si numquam liber fuisset,
privilegiariam, tantum conqueretur libertatem, si in genera-
tione non fuit aliqua vis, et si con-
ditionalis à lege insita ingenuita-
tis,

tis, ut ex d. Novellâ Justiniani, & ex nostro iure regia. Itaque in iudicando, & consulendo, sequenda est hâc mèâ ratiocinatione doctrina doctissimi Thomæ Sanchez, si-
ve liberti sint extranei manumissoriis, sive ipsius patris nobilis gene-
rantis, sive ex iustis nuptiis proge-
niti, ex cap. 2. & fin. de conjug. ser-
vorum, sive ex concubina nati, Novel-
la 89. capite 1. in fin. ibi, aut etiam
in servitute natum, si libertatem
quidem meruerit, manserit autem
naturalis, & ex d. l. 1. tit. 11. Partit.
7. Ex quâ apud nos nequaquam se-
quenda est doctrinâ Bald. consil.
203. ad medium libr. 4. Tiraquel.
de nobilit. capite 23. numer. 1. Men-
nochii præsumpt. 78. numer. 26. di-
centium in conditione positâ à no-
bili, non contineri naturalem fi-
lium ad exclusionem substituti.

36 Ad supradicta autem redeuntes,
regulam Labeonis, quod appella-
tione filiorum illegitimi, injusti, si-
ve naturales, inquam, comprehen-
duntur, non absque exceptione
Trebatii, & sectatoris Iaboleni, lac-
Vlpiani in d. l. fin. de jur. de liber-
& d. l. ex facto. 17. §. 4. ad Trebel-
lian. intelligere oportet: casu e-
nam, quo infertur verisimiliter in-
tellexisse testatorem, etiam si mi-
nus sit scriptum de filio, quem
pietas semper scriptum refert in
corde, d. l. cum avus. 102. de con-
dit. & demonstrat, cuius ratione
ambigui poterat, etiam ante deci-
sionem Justinianar. fin. d. l. generali-
ter, C. de inst. & substit. de feci-
se fideicommissi conditionem ne-

pote, vel pronepote tantum na-
turali, vel legitimo, si testator,
sive filius institutus, vel nepos fue-
rit naturalis, vel legitimatus, ar-
gument. text. in l. arenam, C. de
inoffic. testam. docet Decius in
c. in præsentia x. : de prob. numer.
125. & 136. Mant. lib. 11. conject.
cap. 9. numer. 15. Intrigliol. quæst.
64. num. 35. Menoch. præsumpt.
78. numer. 34. quia non est verisi-
mile propriam conditionem odio
habuisse, ut docet Plutarchus de
differentiâ adulatoris, & amici,
fol. 157. *Quilibet sibi simile amat.* In-
dè in praxi receptum est, in primo-
genio constituto à foeminâ, voca-
tam censeri foeminam in casu du-
bio, etiamsi verba, quæ ad masculos
referri solent, videantur exclu-
dere, Burgos de Paz in proœmio
legum Tauri num. 131. & cons. 23.
num. 10. Molina libr. 3. Hispan. pri-
mogen. cap. 5. num. 73. Petri Sur-
dus consil. 140. num. 27. tom. 1. Cæ-
phal. consil. 185. num. 26. lib. 2. &
consil. 306. num. 27. tom. 3. Roland.
consil. 63. num. 8. tom. 1. & consil. 82.
num. 16. tom. 3. Menobch. libr. 4. præ-
sumpt. 85. num. 4. & 6. Quoniam
qui à lege sunt vocati, censentur
etiam vocati à testatore, l. penult.
C. de imptuber. & aliis substit. ex
quâ id observat Anton. Fab. lib. 13.
conject. cap. 19. & latissimè Jose-
phus de rusticis in tractatu, an in
conditione positi censeantur voca-
ti, & ad l. cum avus de cond. lib.
3. capit. 1. numer. 84. Unde cùm
necessario à illegali sint admissi ad
hæreditatem parentum filius, &

Y y 2 filia,

filia , nepos , & neptis , pronepos , & proneptis , & cæteri descendentes l. in suis, ff. de liber. & posthum. §. sui instit. de hæred. qual. & differ. §. Posthumi, §. posth. de exhæredat. liberorum , §. ita demum, de hæredit. quæ ab intest. defer. ideoque pronepotes in specie d. legis cum avus. excludant substitutum , non quia sunt vocati, sed quia non sunt exclusi : & licet verum sit , quod non sint sui hæredes hi , qui concepsi , & nati sunt post mortem avi, §. planè inst. de hæred. quæ ab intest. defer. §. sui instit. de hæredit. qual. Tamen in fideicommissis , et si succedatur ex voluntate testantis, non succeditur testati, sed gravato. princip. instit. de fideicommiss. hæred. & ex l. cum ita. 32. §. in fideicommissio ff. de l. 2. docet Cœpola, cautel. 111. num. 1. Peregrin. de fideicommiss. art. 20. num. 2. & Marzar. 2. part. de fideicommiss. quæst. 35. & filius ingreditur locum patris , Cephalus plures referens, consil. 16. num. 29.

38 Ideò apud Hispanorum primogenia , linea semel occupata continuatur , & existente personâ in eâ linea, et si non expressè vocatâ, non tamen exclusâ , non admittitur ex alterâ etiam. vocatus , cap. 1. §. fin. de naturâ success. feud. capite 1. duobus fratr. in usibus feud. Ruin. consil. 142. num. 17.ca. 3. Menoch. consil. 172. num. 34. & consil. 442. num. 10. Cephal. consil. 656. num. 48. Celsus Hugo , consil. 120. num. 14. Tiraquiel. de jure primogen. qu. 10. num. 21. Molina libr. 3. de Hispan. primogen. cap. 4. num. 13. &

cap.6. numer. 31. Covaruv. practicar. capit. 38. numer. 6. Menchac. de succes. creat. §. 27. numero 10. At vero recte subdistinguit Marta, quod quando conditio , si sine liberiis , expressa à testatore est qualificata cum qualitate hæreditariâ, non deficit, nisi liberi sint hæredes, part. 6. de succes. leg. quæst. 21. artic. 5. & est textus expressus in d. l. generaliter, C. de instit. ibi: *Eis qui naturales filios habeas, & partem eius reliqueris.* ideoque appellatione filiorum tunc hi tantum comprehenduntur , qui sunt à lege vocati , & non exclusi à testatore. Sed hoc restringi oportet exceptione Labeonis, vel quando voluntatis est conjectura, ut recte docet D. Don Joan del Castillo, suprà d. cap. 82. nu. 25. cum sequent. vel quando conditio est tacite sub-intellecta ex vi naturæ simul , & legis, quæ liberos ad hæreditatem vocat. Alioqui Papianianus pietatem suam non in legem fecerit, nec posset: uti neo Galillus Aquilius novum jus introduxit, sed. formulam excogitavit subtiliter , quâ ipsum jus civile servaretur in agnatione posthuni. Quia verū est Jureconsultos non posse leges novas tollere , nec contra veteres respondere, sed de jure eis responderem licebat, §. respōsa prudentum. inst. de jure naturali, eruditè, & scitissimè D. Don Joan Chumacero, selectar. disp. 10. num. 6. & novissimè Carranza de factu, seu ventre, c. 2. §. 1. illat. 13. se&t. 2. à num. 222. & num. 248. & sic nec novam voluntatem testatoris introducere , cùm illius

illius dispositio jus sit, & lex; Pater-famil. uti legaffit super pecunia, insulae sua rei, ita jus esto, lege 12. tabul. cautum fuit, l. 53. de verb. signif. l. 1. de testam. tutel. l. 1. C. de sacros. Eccles. Inde subscribo legalem subintellectam conditionem Papiniani, si sine liberis, in d.l. cum avus. non excludere substitutum, nisi liberi sint tales, qui à lege admittantur; & ideo lex à Principe Justiniano lata in d.l. generaliter, ut naturales admitteret, decrevit, quod pars aliqua in testamento esset relicta: quia aliter in successionem legitimam vocati non erant: auth. quibus modis natur. effic. sui. in princip. & in §. palam. Unde hi, qui lege, vel statuto admittuntur ad successionem matris, eum, qui matri substitutus est, excludent conjecturâ pietatis Papiani, ex l. 23. §. 1. ff. de inoffic. test. etsi patris sui substitutum non excluderent, si ad illius successio-nem lege, vel statuto minimè ad-mitterentur.

⁴² Ex quibus infertur interpretatio ad textum in cap. fin. 17. quæst. 4. ubi veriore lumine rationem Papini-anii sectatur D. Augustin. dicens: *Quicumque vult, exharedato filio, ha-redem facere Ecclesiam, querat alterum, qui suscipiat, non Augustinum.* Et iam exharedato filio, quem adhuc nec haberet, nec habere speraret, ut exemplo Aurelii Episcopi Carthaginensis inducitur in donatione factâ Ecclesiæ. Covarruv. lib. 1. variar. cap. 19. Donel. in l. si unquam, C. de revoc. donat. ratio est, quia naturâ & lege filii vocantur ad suc-

cessionem patris, si non semper se-cundùm juris apices, semper ta-men secundùm juris, pietatisque ex-quitatem, sive præsentes tempore testamenti, sive futuri, §. planè de hæred. quæ ab intest. def. licet non sint vocati à testatore, dum tamen ab eo, neque à lege sint exclusi, l. inter cætera. 30. ff. de liber, & post-hum. Et inde infero, quod cum filii naturales sint jam admissi à d. l. ge-neraliter eos minimè indigere con-jeturâ voluntatis, nisi reluctet contrâ eos contraria, velut dignitas in-stituentis, vel instituti, vel nobilis, & inserta conditio ipsius rei, nempe majoratus.

Ex quâ observatione paret, Cle-
ricum gravatum sub conditione, si
sine liberis dececerit, nullatenus fi-
lio fideicommissarium excludere:
quoniam & turpis conditio est
contra filium, argum. text. in l. Lu-
cius Titius. 83. de condit. & demun-
strat. & contra patrem ex inhibi-
tione sacerorum Canonum, & inde
rejicitur. ut docet Barbatia in cap.
in præsentia, numer. 96. Caldas Pe-
reir, suprà, quæst. 20. num. 36. Si in
mulieribus ingenuis, & illustribus
nominari spurios satis sit injurio-
sum satisq; acerbum, & indignum,
quid in Clerico purissimo divino
cultui dicato? l. si quâ, C. ad Orfi-
cian. Et genuinâ ratione alterâ: quia
hujusmodi filii Clerici in sacris ini-
tiati exclusi sunt à lege, tamquam
sacrilegi; maximè à lege nostrâ Re-
giâ 6. tit. 8. libr. 5. Recopilar. Et ideo
nec conjecturâ Papiniani remo-
vent substitutum, nec conditione,

Y y 3 si sine

si. sinè liberis à testante expressa:
quia] nemo potest includere in suo
testamento, quæ lex excludit, l. ne-
mo potest. 55. de leg. 1. lex autem
excludit omnes, qui *ex complexibus,*
aut nefarisi, aut incestis, aut damna-
tis processeris: iste neque naturalis ne-
minatur, neque alendus est à parenti-
bus (melius tamen est à jure Cano-
nico ratiocinata æquitas alendi na-
turales, cap. cum haberet & de eo
qui duxit in matrimon. & à jure Re-
gio nostro l.9. Tauri) *neque habebit*
quoddam ad presentem legem partici-
pium, ut definivit Just. Novella 89.
cap. vlt. ne intelligatur comprehen-
sos fuisse hñjusmodi filios exten-
sione d. legis generaliter, & filii
præcipue Clerici, qui & jure Cano-
nico, motus proprii Pii V. ex ratio-
ne in cap. Syracusanæ 28. distinct.
& cap. pervenit. 1. quæst. 3. & ex
Trident. sess. 25. de reformat. cap. 1.
& ex tradit. à Navarro de spol. cler.
§. 19. num. 2. tom. 2. penitus rele-
gantur à successione paternâ, &
speciali Hispanicâ lege 6. tit. 8. lib.
5. Recopilat. & etiam à maternâ, l.
9. Tauri, quam pulchrè, & novissi-
mè exornat Carranza in quæstio-
ne, utrùm prædictis filiis debean-
tur alimenta. capit. 3. de partu, §. 4.
à num. 15. Itaque supervacanea est
quæstio: utrùm conditione, si sine
liberis expressâ, vel subintelleclâ
prædicti sacrilegi filii excludant
substitutum, vel fideicommissa-
rium: inde audiendus non est In-
trigliolus quæst. 64. numer. 67. af-
ferens, quod si testator sciret tem-
pore testamenti gravatum in sacris

constitutum habere filios natura-
les, imò sacrilegos, ipsi exclu-
drent fideicommissarium ex indu-
ctione doctrinæ Alexandri, num. 6.
Ripæ numer. 23. in d. §. si quis ro-
gatus, Minsingeri, num. 46. De-
cii, numer. 120. Parisii, num. 53.
Beroii numer. 248. in d. c. in præ-
sentia. nempè quod si quis insti-
tuisset filiam legitimam, cui fidei-
committaret, restituere, si sine li-
beris, ejus naturales non facerent
deficere conditionem contrâ pa-
ternum honorem, & pudorem.
Quæ ratio cessaret si volente patre,
& consentiente fuisse in concubi-
natu, tunc naturali filio defecisset
conditio, & excluderetur fidei-
commissarius: sed paralogismus
est, quia filii naturales matris, imò
& spurii à lege sunt admissi ad suc-
cessionem ejus, l. 29. §. 1. de inoffic.
testament. at verò penitus relegati,
& exclusi à paternâ successione,
d. auth. quibus modis naturales ef-
fic. sui, in princip. d. Novella 89.
cap. vlt. & d. 1. 6. tit. 8. lib. 5. Recopi-
lat. itaque nullatenus comprehen-
duntur conditione, si sine liberis
expressâ, vel subintelleclâ in paternâ
successione, etiam si testator
fuerit extraneus: quia cùm in fi-
deicommissis, non succedatur te-
stanti, sed gravato, ut dixi suprà ex
princip. instit. de fideicommiss. ha-
red. qualitas liberorum gravati no-
cet, aut prodest in conditione, si si-
ne liberis: ex adoptione autem non
prodest, quia conditio, quæ naturâ
suâ causalis est, redderetur potesta-
tiva, & restitutio præcepta à testa-
tore

tore penderet à voluntate gravati
contra text. in l. senatus. 45. §. le-
gatum de legat. i. text. in l. sub hac,
ff. de obligat. ex lege enim tantùm
nati liberi prosunt , argum. text. in
lege 37. §. penult. ff. de oper. li-
bert.

Ex quibus respondeo omnes fi-
lios , qui sive in concursum, sive in
defectum legitimorum admittun-
tur à lege ad successionem matris,
nempè vulgò quæfitos , & etiam
spurios, l. i. §. 2. ad Tertyl. & Orfic.
l. 2. §. itaque l. 4. l. 8. ff. unde cognati,
§. novissimè inst. ad Orfic. & re-
gula firmata , ab exceptione illu-
stris mulieris in l. si qua. §. C. ad
45 Senatuscons. Orfician. l. 11. tit. 13.
Partit. 6. excludere substitutum
conditione illâ, si sine liberis : ex-
pressâ à testante , vel subintellectâ
à l. cùm avus , de condit. Ita simili-
ter vocatos à lege 9. Tauri, in defe-
ctum legitimorum removere substi-
tutum , & fideicommissarium , ne-
que omnes promiscuè illegitimos
cum legitimis liberis ad materna
venisse bona , de jure etiam Dige-
storum, & Codicis existimo contrâ
Tellum Fernandez in d.l.9. Tauri,
sed illos tantùm vulgò quæfitos:
cæteros autem *Qui ex complexibus
nefariis, aut incestis, aut damnatis pro-
cesserint, neque naturales nominari, ne-
que ali à parentibus, neq; habere quod-
dam ad presentem legem participium,*
Novella 89. cap. vlt. & ex d.l. si qua,
C. ad Orfician. patet ibi ex licitâ
consuetudine ab homine libero ha-
bitâ, id est , ex concubinatu apud
Romanos licito. Neque obstat text.

in d.l. si spurius. 4. ff. unde cognati,
quia spurius propriè idem est quod
filius sine patre, id est, vulgò quæfi-
tus, ut in d.l. 2. §. itaq; & in d.l. 8. ff.
eod. unde cog. & d.l. 2. ff. ad Tertul.
§. pen. inst. de nuptiis : incestuosi
autem & punibili notâ concepti
non sunt vulgò quæfti, quorum pa-
trem necessario crimen demon-
strat , ob cujus detestationem ex-
clusi sunt omni jure (Novellâ d. 89.
cap. vlt. & d.l. 9. Tauri c. figens An-
glorum. 56. dist.) à paternâ , & ma-
ternâ legitimâ successione , eruditè
Gothofred. per text. ibi in Novellâ
89. cap. vlt. & his nullatenus faver
excogitata conjectura Papiniani in
d.l. cum avus , nec ex voluntate te-
stantis à Iabolenio, & Trebatio in d.
l. fin. de jure delib. & Vlpiano in d.
l. ex facto, §. si quis rogatus ad Tre-
bel. & Papiniano in d. l. 77. §. 13.
de leg. 2. quia hi conjecturam tan-
tum prælibarunt ex voluntate quo-
ad liberos naturales , d. §. si- 46
quis rogatus. qui licet non erant
vocati à lege ad successionem pa-
ternam , non tamen exclusi erant:
& tunc ingressum expedit conje-
cturalis voluntas testatoris : quæ
autem benè exclusa sunt propter
paternæ constitutionis virtutem,
non erit decens , ut in constitu-
tionem rursus introducantur, arg.
veluti nothi Novella 89: cap. 117
in fin. Et prædictâ dist. intelligenda
est doctrina afferentum spuriū
filium incapacem esse successionis
paternæ , quos congerit D. Don
Joan. del Castillo tom. 5. lib. 5. de
conject. 2. part. cap. 110. num. 26.
Et

Et distinguendum est Doctorum certamen, utrum legitimi ex illegitimis censeantur vocati; etiam in majoratibus, quando vocantur legitimi, & de legitimo matrimonio nati: quia legitimos ex his, qui etsi non sunt vocati, non autem sunt exclusi, vocatos censeri non ambigo, tanto duce Cephalo, & quos refert D. Don Joan. del Castillo d. tomo 5. d. lib. 5. 2. part. conject. c. 103. nu. 8. 9. & 10. quibus favet solidum fundamentum ex d. l. generaliter, §. nunc autem, C. de instit. & substit. ubi ex naturali patre filii, si legitimi sunt, subintelliguntur à lege, & excludunt substitutum. Sententia autem negativa D. Don Joan del Castillo, ibidem, num. 11. cum seq. & illorum, quos cumulat, accipienda est, quando descendentes legitimi sunt procreati ex patre incestuoso, sacrilego, aut aliâ punibili notâ concepto, tunc cum causa non solum admissa non sit, imò potius exclusa omni jure, nec effectus etiam legitimos admitti decet, argument. d. Novellæ. 86. cap. 11. in fine.

47 Ratio autem prædicti discriminis est: quia progeniti ex nefariis, damnatisque nuptiis, neque ipso facto, neque ipso jure possunt esse legitimi, sicut fiunt naturales, nec legitimari, nisi majori, & expressâ indulgentiâ, & beneficio Principis. inhibitio enim illius legitimationis nititur jure, & ratione naturali, quæ semper instant; & inde omne jus naturale, divinum, & humanum refragatur incestis, & nefariis conjun-

ctionibus, ex eisque genitis. text. est in l. 38. ff. ad leg. Jul. de adult. §. 2. ibi: *Cum incestum jure gentium prohibitum admisserit. imò jure naturæ divinæ insitâ creatione, l. 5. ff. de quæstionibus ibi: Violatio contra fas.* fas enim est divina lex illa, quæ naturæ indita est, cap. 2. distinct. 1. ita intellexit Justinianus, auth. de incest. & nefariis nuptiis, collat. 2. tit. 7. Novella 12. cap. 1. ibi: *Siquis illicias, & contrarias natura, quas lex incestas, & nefarias vocat, contraxerit nuptias,* & ibi, *contra leges amaverit, & confuderit quidem sobolem, nocuerit autem & generi: egerit verò, & que impia sunt, & scelerata, & talia concupicerit, qualia plurima etiam irrationabilia amoverit animalia, &c.* Et sic conjugentibus, vel contrahentibus contra fas, & legum præcepta, nona infligitur pœna in l. 6. C. de incest. nuptiis, & ex d. Novella. 89. capit. vlt. & auth. incestas, C. eod. & per totum, Jul. Clarus libr. 5. sentent. §. incestus. 9. & ex text. in l. 7. C. de naturalib. liberis, ibi: *Incesta namque libidinum desideria nulla de ceterò venia defender: nullum sublevabit novum admiculum prater anteriorum dispositionum ordinem, non ante lata sanctio, quam ex hoc die resecandam pia suggestit ratio: non arrogationum, vel adoptionum prætextu: que ulterius nimè servanda sunt: non astutia, sive divinis affectu: litteris, sive quibusdam licitis ambiande machinationibus, cum nimis sit indignum, nimis item impium flagitus praesidia querere, ut & pecculantia servire liceat, & jus, womenque patris, quod eis denegatum est ex altero*

aliero legis colore profumant. Inde tales filios legitimare contrâ fas videatur; execrat enim omnis lex, præcipue etiam text. in d. l.6. C. de incestis nupt. ibi: *Siquis incesti veritate conjugi sepe nuptiis fuisse averit, proprias, quandoq; vexerit, tenet facultaes, sed neque uxorem, neque filios ex eâ editos habere credatur, nihil prorsus predictus, neque per interpositam quidem personam, vel dones superstes, vel morisurus derelinquat, &c.* Idem l.9. Taur. auth. ex complexu, C. eod. quam mitigat Just. in Novellâ 12. cap. 2. & 3. Et etiam notâ infamia inurebantur, l.1. & l.13. §.4. ibi: *Si quis cum eâ nuptias, vel sponsalia confierat, quam uxorem ducere, vel non posset vel fas non est, erit notatus,* C. de incest. nupt. l.38. ff. ad leg. Jul. de adulter. l.5. ff. de quæstion. ibi: *Quia duplex crimen est, & incestum, qui cognitam violaverit contrâ fas: inde & pœnâ infami,* d. Novellâ 12. cap. 1. ibi: *Etsam corporis varberatio, quatenus discat castè vivere, & intrâ naturam se continere: non autem delebitari, & amare ultra terminum datum nobis à naturâ, & non solum in gradu ascendentium in infinitum, sed etiam in gradu prohibito ex latere,* l.39. l. fin. juncta l. 8. ff. de ritu nupt. ubi moribus, hoc est, jure gentium, interdictum testatur Wesembec, in par. eod. num.4. l.2. C. si nuptiæ ex rescripto petantur. ibi: *Nefandissimum scelus fratribus sororisive filiis nuppiarum, quod sacrissimis constitutio-ribus sub gravissima pena intermina-
tione damnatum est, utraro præsenti di-
cione sanctioris tenore modis omnibus*

probibemus, precande quoque ingestorum super tali conjugio (imo potius consagio) cunctis licentiam denegamus: nefariæ enim nuptiæ etiam ex collateralibus dicuntur, Levitic. capit. 22. num. 17. ibi: *Illa qua conspiceris fratris ignominiam nefarium rem, operati sunt:* sciebant enim Imperatores Zeno, & Justinianus, Deum universali aquarum naufragio, exceptis paucis inculpabilibus, genus humanum perdidisse, propter incestas, nefarias, & damnatas iure naturæ nuptias, & conjunctiones: quia *Videntes Filii Dei* (id est, descendentes Seth; qui jus naturæ inditum à Deo observabant) *filias hominum* (id est descendentium Cain, qui ab initio corruperant viam suam) *quod essent pulchre, acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant, &c.* cumque vidisset Deus terram esse corruptam: *Omnis qui pe caro corruperat viam suam super terram, id est, non solum caro filiorum Cain, sed etiam caro filiorum Seth* (Genes. cap.6.) *dixisseque Deus, non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est:* Commisi sunt (inquit Psalmifer 105.) *inter gentes, & dis-
dicerunt opera eorum.* Ratio, quare Deus omne pœnè genus humanum perdidit, fuit, nuptias jure naturæ prohibitas celebrare incestas, & nefarias, ut dixit Berossus Annianus de causâ diluvii ibi: *Commiscebantur matribus, sororibus, masculis, & bru-
tis, &c.* Ovid. Metamorph. 10. annuit, & exornat P. Bened. Perer. in Genes. d. capit.6. lib.8. in præfat. & versic. 2. ex Theodoreto, Chryso-

Z z stomo,

stomo, & aliis, & patet ex contextu-
râ sacrâ, *Videntes Filii Dei filias homi-
num, quod essent pulchra, acceperunt
fibi uxores ex omnibus, quas elegerant.*
Et hoc præcipua causa fuit diluvii,
& erit finalis cladis, ut annunciat
nobis ipsa veritas per Matth. cap.
24. numer. 37. *Sicut autem in diebus
Noë, ita erit & adventus filii homi-
nis, sicut enim erant in diebus ante di-
luvium comedentes, & bibentes, nu-
bentes, & nupsi tradentes, id est, nu-
ptui incesto, & nefario contrâ fas,
& naturam celebrato ex eo quod
congressi sunt filii Seth cum filia-
bus Caïn: licet hoc non esset contrâ
fas, & naturam, sed propter illatam
huic à Deo maledictionem, separa-
tum erat ab eo genus Seth, & non
permiscebatur cum cognatione
Caïn, timore sancto maledictionis,
ita moribus introductum. At vero
timore deposito, terminisque, quos
posuerunt patres sui, transgressis,
capti pulchritudine, quæ est ille-
cebra turpitudinis, & vesano amo-
re potiundæ voluptatis, quæ esca
omnium malorum est, non solùm
psalterio, & cytharâ, & instrumen-
tis musicis ab eis ad hoc excogita-
tis, ut inquit Theodoret. quæst. 47.
super Genes. *Contaminarunt nobili-
tatem suam: sed exinde in omnia
carnis præcipitia scelestâ, incesta,
& nefaria sunt delapsi: Non deside-
rio suscipienda proliis* (ut ait Chrysost.
hom. 22. super Genes.) *& multipli-
candi generis humani, qui est laudabi-
lis matrimonii finis carnalem conju-
ctionem honestans, & commendans, sed
ad explendam, exsaturandamque libi-**

*dinem, non unam uxorem, sed multas,
nec eas parentum consilio, aut rationis
suis, incorruptaque judicii ductu: sic
ut equus, & mulus, quibus noa est
intellectus, Ovid. 10. Metam.*

— *cœunt animalia nullo,
Cetera delectu, nec habetur turpe
juvence
Ferre patrem tergo: fit equo sua filie
conjux.*

Aristot. de natur. anim. lib. 9. cap.
47. Varro de re rust. 2. cap. 7. Plin.
S. cap. 2. Et indè non solùm, quia
transgressores moris filiorum Seth,
ut nè commiscerentur cum semine
Caïn, sed quia transgressores legis
naturæ, ut exindè cum matribus,
& sororibus coirent absque ratio-
nis delectu; quæ sola actus discer-
nit humanos (quoniam ut docet
Philosophiæ parens, omnis muta-
tio in contrarium fit è contrario, &
qui optimi sunt paulatim degene-
rantes, & ad vitia defluentes mu-
tantur in pessimos) delebit homi-
nes Deus: quia cùm concupiscentiam
nescirent, nisi lex diceret, non
concupisces, id est lex rationis scri-
pta in cordibus nostris, capit. nam
concupiscentiam de constit. jun-
cta 2. ad Roman. non nisi illius
transgressores reos excidii judica-
ret, deleretque ipsius rationis le-
gis splendor: itaque expressè posteà
decrevit, quod anteà naturæ indi-
dit, Levitici cap. 20. *Si mæchatus
quis fuerit cum uxore alterius, & adul-
terium perpetraverit cum conjugâ pro-
ximi sui, morte moriantur & mæchus,*
*& adultera, qui dormierit cum nover-
câ sua, &c. si quis dormierit cum nuru
sua,*

sua, &c. qui acceperit sororem suam filiam patru sui, vel filiam matris sue, &c. nefariam rem operari sunt, &c. & portabunt iniquitatem suam: surpitudinem materterea, & amita tua non discouperies, qui hoc fecerit ignominiam carnis sue nudavit, portabunt ambo iniquitatem suam, qui coierit cum uxore patrui, vel avunculu sui & revelavis ignominiam cognationis sue, portabunt ambo peccatum suum, absque liberis morientur (quia etsi procreaverint eos, non erunt hæredes) qui duxerit uxorem fratri sui, rem facit illicitam, surpitudinem fratri sui revelavis, absque liberis erunt. Quia libera ita progeniti, non dicuntur filii, & excluduntur ab illorum hæreditate, & successione, & sic absque liberis erunt, & infamia maculis sunt aspersi, cap. 2. 35. quæst. 2. Unde interdicta incesti conjugii, prædictaque jura ratione naturali & divinâ niti plusquam explorati juris est, capit. 1. & 2. cum sequent per totam. 35. quæst. 2. 3. 4. & 5. & ex c. quod super his. 5. ✕ de cons. & affinit. juncto cap. fin. ✕ de consuetudine: & interpretationis potius decreto, quam decisionis anteā usque ad septimum, nunc autem usque ad 4. gradum, canonum jus & civile protulisse pro rostris, cap. nullum, cum simil. d. 35. quæstione 2. & 3. d. cap. fin. de ✕ consang. & affinit. §. fratriis inst. nuptiis.

Quibus ita loricatus descendo in arenam, nec implicatus ex eo, quod multi gravissimi Doctores dixerint hujusmodi inhibitionem conjun-

gendi cum consanguineis, & affinibus, non esse à jure naturæ insitam, sed à lege positivâ inductam, nervosè, & eruditè defendit Anastasius Germonius lib. 1. animad. cap., 16. (cui familiarissimus fui) àuctoritate tamen communis omnium ferè consensus: sed non servit auctoritati prudens, nisi ratio suadeat, maximè quando supradictis juribus refragatur, & verbis Apo- stoli dicentis. I..ad Corinth. 5. Au- ditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gètes, ita ut uxorem patris sui quis habeat. Quoniam & apud gentes, jus naturale sectantes, id flagitio- sum, & nefarium erat l. 38. §. 2. ff. ad l. Jul. de adult. l. 5. ff. de quæst. cum aliis suprà relatis, & Matth. 14. Marci 6. & Luc. 3. ubi vehe- menter hoc objicitur crimen Herodi à Joan. Baptistâ: & respiciens inhibitionis rationem naturalem sacrosanct. Trident. Synodus sess. 24. cap. 5. definivit: *In contrahendis matrimonii, vel nulla omnino detur dispensatio, vel raro, idq; ex causâ, & gratis concedatur, in secundo gra- du numquam dispenseatur, nisi in- ter magnos Principes, & ob publicam, causam.*

Nec rectè Germonius inducit gentium deliria dicens, quod si matrimonium esset etiam in primo gradu prohibitum, apud omnes peræquè gentes hoc jus sacrosanctum fuisset. Miror quidem religiosissimum virum, jus appellasse, quod nefandissimum scelus dixit Zeno Imperator in l. 2. C. si nup- tiæ ex rescript. & incestus cri-

Z z 2 men

men contrà fas execravit Papianus in d.l. §. ff. de quest. Quin etiam nefas existimatur à Paulo, Gaio, & Scevolâ lumine tantum naturali perfusis in l. 52. cum seq. ff. de ritu nuptiar. & inde nefandissimum crimen, quod perpetratentes maledictos, & qui ex eis producent, appellant leges divine, & leges sæculi infames tales vocant, & ab hereditate repellunt: ut exclamat verus juris nature interpres Calixtus Papa in capit. 2. 35. quest. 2. Nec tot ac tanta supplicia unquam juris tantum positivi promeruit transgressio, nec promeruerisset universi inundationem, & perditionem; quandò nulla adhuc positiva lex sancita fuerat, nec ratione civili, sed naturali Dei excitatur indignatio.

Numquid Indorum gentes, Arabes, Perse, & Magi, Babylonii, ac Britanni, Athenienses etiam, & Aegyptii: quotum omnium quippe caro corruperat viam suam incestuose cum matribus, & sororibus, constituent mihi jus? ut inducit Anastasius Germonius: numquid ex eo quod Ovid. 10. Metamorphos.

*Gentes tamen esse feruntur,
In quibus, & nato genitrix, & matra parenti*

*Iningitur, ne pietas geminatio erescat
amore?*

Numquid ex eo, quod fabulosus Jupiter consociaret sibi Junonem: Virgil. 1. Æneid.

*Ast ego que Divum incedo regim
Iovisque,*

*Et soror, & conjux,
Horat. 1. Car. Od. 3.*

Conjuge me Iovis, & forore.

Depromere licet fas esse illorum delirium? Absit; quia verè scio excitatam fuisse indignationem divinam, & excitandam esse ex eo, quod homines sine delectu, & ductu rationis acceperunt sibi uxores ex omib[us] quas elegerant, Genes. cap. 6. & Matth. cap. 24. num. 37. eum traditis suprà. Nec est licita illatio ista, hoc omnes gentes utuntur, ergo licitum est; quia scimus omnem quippe carnem corruptisse viam suam, id est, omnes gentes & nationes incesta, & nefandissima crimina commisisse, scimusque etiam ante positivæ legis transgressionem vidisse Deum: *Quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore*, Genes. d. cap. 6. & inde genus penè humandum perdidisse.

Nec sublevat Anastasiūm, quod naturaliter observatur, & apud omnes peræquè gentes custoditur: *Quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, vocaturque ius gentium, quasi quo jure omnes gentes utantur*, s. quod verò inst. de jur. natur. recte dixit, quasi utantur, sed non utuntur. si enim jure, naturalique ratione usi fuissent, nequaquam corruptissent viam suam. Sed licet ipsi sibi sint lex, & naturaliter operantes ea, quæ legis sunt, facerent: *Non est intelligens, non est requirens Deum, omnes declinaverunt simul, vaniles facti sunt, non est qui facias bonum,*

num, non est usque ad unum, testatur ipsa veritas ad Roman. 2. & 3. Itaque non omne, quod gentes faciunt, est ratio naturalis & jus: ideo dixit Deus gradus cognitionis, & affinitatis inhibens * nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulsurus sum ante vos, omnia enim haec fecerunt, & abominatus sum eas, * licet omne, quod debent facere, ratio sit naturalis & jus, quodque secundum naturam suam rationabilem custodiunt, ratio est naturalis, naturaleque gentium jus.

50 Neque obstat, quod primi parentes, veluti Cain, Lamech, & alii cognatas suas in primo, & secundo gradu, absque crimine uxores acceperint, Genes. 4. & 5. quia studio querendæ posteritatis, & propagandi generis humani, non ardore aliquo vagè succensi libidinis, non petulantis formæ capti decore sorores uxores accipiebant: tunc enim causæ propagandæ sobolis causâ naturalis finique naturæ adæquata est, ut ratio ipsa naturalis, cum his paucissimis dispensaret: cum autem cœpissent homines multiplicari super terram, Genes. 6. cessavit prædicta causa, & inde cessavit dispensatio naturalis rationis: quia jam non propagandi generis humani: sed capti pulchritudine illecebâ turpitudinis, et si aliorum filiæ multæ essent, acceperunt sibi uxores ex sororibus, & omnibus, quas elegerant sine deleitu, & ductu rationis finem debitum naturæ aberrantes. Idem scri-

bit D. Ambros. defendens Abraham, & Jacob dicens: *Aduic post diluviam raritas erat generis humani, erat enim religio, ne quis non reddidisse debitum videretur natura, denique & Losl sancti filia, hanc causam quarenda posteritatis habuerant ne genus deficeret humanum, & ideo publici munieris gratia privatam culpam praesulxerat, cap. dixit Sarra. 32. quæst. 4. Ratio enim totam naturam conservandi (quando Nullus virorum remansit in terra, Genes. 19.) major, & magis naturalis est, quam inhibitio commiscendi cum patre, matre, & sororibus, ac fratribus. At verò non infertur ex eo, quod quandò plures alii sunt filii, & filiae hominum multiplicati super terram, cum quibus non solum conservetur: sed etiam propagetur humanum genus, non abhorreat ipsa natura, cum patribus ipsis commisceri, & sororibus. Sicuti non infertur ex eo, quod mihi liceat vi vim repellendo aggressorem occidere, hâc ratione cessante nefas à naturâ, non esse proximum occidere; est enim nefas à naturâ l. 3. ff. de justitiâ, quia actus humani tales sunt, quales ratio ipsa pro hâc, & nunc præformat, retinet, aut laxat, & remittit: ideoque Cum pratenderet Abimelech, quod uxorem alienam esse ignoraveris, quam sororem esse vir ipse suam dixerat: respondit ei Dominus, & ego cognovi, quam puro corde fecisti hoc & pepercisti ut non peccares in me, Genes. cap. 20. cap. 4. 32. qu. 4. & D. Hieronymus in Jovinianum; *Adulterer est (inquit) in suam uxorem amator ardent-**

Z z 3 110;

*tior; rege impetus voluptatis, nè præceps
feratur in coitum, nihil est fædius, quam
uxorem amare, quasi adulteram, &c.
cap. 5. ead. 32. quæst. 4. & D. Isidorus,
Non potest (ait) *corpus corruptus,*
nisi prius animus fuerit corruptus,
mundâ à contagione animâ caro non
peccat, cap. 8. cum aliis. 32. quæst. 5.
& sic non sunt nobis inducenda
prædicta exempla sanctorum Pa-
trum, in quibus præter rationem
supradictam, magnum rei abditæ
Sacramentum fuit, ut defendit D.
August. in cap. 1. 32. quæst. 4.*

51 Nè autem fallamur in præfor-
mandis actibus, ubi tanta est ille-
cebra turpitudinis, & voluptatis,
dicentes adulteria, & incesta posse
facere voluntate propagandi gene-
ris humani, & generandi regeneran-
dos, capit. sic non. 10. 32. quæst. 4. Ra-
tio ipsa naturalis litteralis præfor-
mata, vocibusque vestita, oculis, &
auribus humanis inthimata est, lex
que positiva orta: quæ à naturâ
genita est, obstetricio juris pruden-
tium munere in lucem edita, quæ,
cordibus licet scripta suffocata
erat: ad hoc enim Moyses consti-
tutus est Deus super obduratos
corde, & prohibuit incesta scelera,
& adulteria, cap. 20. Levit. fuit
èquidem verus naturæ interpres: &
illud, *Non mæchaberis* Exod. cap. 20.
explicat in d. cap. 20. Levit. non ip-
se solus, sed Dominus Deus dicens:
Custodite precepta mea, & facite ea, ego
Dominus qui sanctifico vos, &c. si mæ-
chabas quis fuerit cum uxore alterius,
&c. qui dormierit cum novercâ suâ, &c.

Si quis dormierit cum naru suâ, &c.
Qui dormierit cum masculo coitu fa-
*mineo (velut eodem jure naturæ
prohibita scelera eâdem pœnâ in
eâdem legis contexturâ puniuntur)*
Qui suprà uxorem filiam duxerit ma-
turem ejus, scelus operatus est, virus ar-
debit cum eis, nec permanebit tantum
nefas in medio vestri, &c. Qui accep-
rit sororem suam filiam patris sui, &c.
Nefariam rem operati sunt, &c. Nolite
ambulare in legitimis nationum, quas
ego expulsurus sum antè vos; omnia
enim hac fecerunt, & abominatus sum
eas. Ergò omnia illa prohibita in
d. cap. 20. Levitici, in lege scriptâ
in cordibus hominum prius prohi-
bita fuerant: alioquin gentes ex-
cusabiles essent, nec reatus tan-
tæque expulsionis, & abominationis
dignæ, sed dignus abominatus
est eas: quia ipsæ: *Sibi sunt lex, &*
ostendunt opus legis scriptum in cordi-
bus suis, testimonium reddente illis con-
scientiâ ipsorum, propter quod inexcu-
sabilis es ô homo, ad Roman. capit.
2. numero 1. & 14. Etiamsi non
in municipii tui aluo fuerit ra-
tionis lex exposita. Et ut hæc ra-
tio sit à libidine propriâ semota,
à legeque membrorum separata,
legiferis judicium cœlitus da-
tum est, ut ostendant opus le-
gis scriptum in cordibus huma-
nis, scriptum etiam in aluo pro-
rostris, ac in viam salutis, &
justitiæ dirigant subditos, inter-
pretenturque eis jus naturale ra-
tione ipsâ in abstracto puriore
syllogizante quod optimum est,
habenas,

habenas retinendo , aut remitendo actuum humanorum , pro hicque & nunc præformando. Unde Summus naturæ Legifer cœpit legem dicere his verbis : *Ego Dominus qui sanctifico vos, &c.* Levitici dicto capite 20. Summus er-

52 go Sacerdos , qui vice fungitur illius , qui sanctificat , & discernit inter causam , & causam , lepram , & lepram , poterit interpretari , & exponere jus sacrosanctum naturæ: & hæc est propriissima potestas regeneratorum Principis: remittit enim peccata , & inde proxima potestas ei tributa interpretandi jus naturale , & divinum , eoque ligandi , atque solvendi: quia ut inquit D. Bernard. 2. consider. ad Eugenium , est pri-matu Abel , gubernatu Noë , Patriarchatu Abraham , ordine Melchisedech , dignitate Aaron , judicatu Samuel , potestate Petrus , & unctione Christus : & licet non possit dispensare absolutè: ita , distingue-spodus est textus in c. litteras 13. versic. rescripto , & de restitutione liator. potest tamen dispensare cum causâ , & ratione pro hic & nunc , Trident. sess. 24. cap. 5. Inde quandoque retinet usque ad septimum , quandoque laxat usque ad quartum gradum , cap. fin. & de consanguinit. & affinit. quæ dispensatio ratione , & causâ legitimatâ , potius interpretatio est , utrum jus naturale , & divinum liget , an solvat : & hæc interpretandi concessa faculta non est nisi ei , cui ligandi , atque solvendi data potestas est , c. mul-torum , 35. qu. 6. cap. 1. & de cons-

& affinit. cap. accedentibus , & de excess. prælat. can. 12. Trid. sess. 24. Sic est in pacem conducenda hu-jus quæstionis de primo , & secun-do gradu inhibitionis propugnato-rum dissensio.

QVÆSTIO DISPEN-sationis in radice.

Nunc recto itinere pervenimus , 53 & ascendimus limen , & tangimus penetralia difficillimæ , & principaliis quæstionis , utrum summus E-piscoporum Princeps regenerato-rum , cùm dispensat in radice ma-trimonii , id est , cùm aufert obicem inhibitionis gradus , & canonizat matrimonium , ita vim legitimatio-nis inferat , ut filii antè dispensa-tionem primogeniti censeantur leg-itimi , & capaces successionis et-iā legitimæ , & temporalis , & ex-inde excludant substitutum , & fa-ciant deficere conditionem , *Si sine filio legitimus* , vel ex voluntate con-jeturatam , vel à lege subintelle-ctam? Sed conglomerato filo indi-gemus , ut ingredi liceat , & felici-ter remeare. Aggregiēs igitur lab-yrinthum solvere incipio jactis , quod hujus certaminis lanistæ , qui con-trarias familias ducunt , sunt An-tonius de Butrio in c. per vene-rabilem , nu. 10. in fine , & qui fi-lii sint legitimi , cùm relatis à Tho-ma Sanchez lib. 8. de matrim. dis-put. 7. numer. 1. qui acerrimè asse-runt filios legitimatos ab Ecclesiæ Principe in radice matrimonii , quoad

quoad bona sacerdotalia adhuc legitimos non censeri, nisi interessente Principis singularis dispensationis rescripto.

Contra verò defendit Joannes Andreas, cum populari numero Antagonistarum, in d. c. per venerabilem, n. 30. concesso, & amplexo à Thom. Sanchez, ubi suprà numer. 4. & à Nicolao Garcia de benefic. part. 7. cap. i i. numer. 14. & novissimè à D. Don Joan del Castillo (consulari quidem in omnibus viro) tom. 5. controvers. lib. 5. cap. 105. per totum, & resolvit num. 22.

55 Ego tamen, qui in numerum docentium (si ratio dissentiat) non juravi, cùm possit unius forsan, & deterioris sententia, & multos, & majores aliquā in parte superare l. i. §. neque, C. de veter. jur. enuc. Butrii sententiam sectabor, licet à tribunali jus dicentium eliminatam (nescio quo pacto) nisi quia non numerosā plebe, sicut contra-ria superbis assidet liminibus. Moveor equidem singulariter intactā, imò reverenter cultā à me sacrā supremā Romani Pontificis jurisdictione utriusque gladii (pro cuius defensione non vulgariter præcogitata offero) quia sicuti non est defectus Solis, non posse linire lutum, sicut ceram, sed repugnantia incapacitatis materiæ: ita non est defectus potestatis, & jurisdictionis

56 Ecclesiæ Solis, non posse prolem incestuosè, & illegitimè susceptam (remoto obice inter parentes per dispensationem in radice, sive ut remaneant in contracto) in herè, &

propriè legitimam revocare: sed est defectus repugnantiz talis prolis insitæ sanguini, & ossibus ejus, ex ratione naturæ, tam propter inherentem qualitatem, quam propter facti; *Cujus ut dixit Menander, non est modus remedium invenire, & Consultus Triphon. in l. in bello, §. Fati autem cause infecta nulla constitutio fieri possunt*, ff. de captiis, & postl. reuer. & Vlpian. in l. 31. de regul. jur. *Verum est, neque pacta, neque stipulationes factum posse tollere, quod enim impossibile est*, &c. unde D. Hieron. ad Eustach. in cap. si Paulus 32. quæst. 5. *Audacter dicam cùm omnia possit Deus, suscitare virginem non posset post ruinam*, l. unic. C. de raptu virg. ibi: *Castitas corrupta restitu non potest*, Aristot. 6. Eth. in fine: undè qualitas servilis semel insita ossibus non potest aboliri, etiam de potestate absolutâ Principis: nullatenus enim potest esse ingenuus, qui conceptus est, & natus in servitute: quia licet beneficio Principis plenè sit in libertatem redactus; libertinus adhuc erit, teste Vlpian. in l. fin. ff. de adopt. & ex doctrinâ Baldi in l. filius à patre, per text. ibi in §. i. ff. de liberis & posthum. ex illis verbis: *Nullo circà cum novo facto, sed ordine quodam naturali natus est potestatem*. Ita, qui conceptus est, pactoq[ue] incestuosō contrā fas, ac jus natus, nequaquam poterit verè, & propriè esse legitimus, etiam de absolutâ Principis potestate, legitimatus, quoniam jam turpitudo, & vitium, quod præcessit, aboliri nequit, argum. l. 43. §. 4. ff.

S. 4. ff. de ritu nupt. & arg. verbis D. Hieron. in d. c. si Paulus; *Vale qui dem liberare de pæna, sed non quis corronare corruptiam.* Quando enim causa influxit effectum, etiam remota causa remanet effectus: ut dixi supra exemplo illo, quod sublato peccato originali per baptismum, insunt adhuc mors, & erumnae effectus illius peccati: eodem aspectu, licet per dispensationem tollatur inhibitio matrimonii inter consanguineos, quæ fuit causa illegitimatis progenitorum antea dispensationem; tamen cum illa inhibitio ratione naturæ propter incestum decreta influxerit suum effectum illegitimationis, & iste effectus jam sit in-esse productus, & remotus à causâ; remota causâ adhuc inest inseparabilis: nam sicut quæsita dignitas liberi in generatione, postea propter casum patris auferenda non est, ut ait Papin. in l. 9. de Senat. ita indigitas quæsita in conceptione, auferenda non est propter legitimationem matrimonii parentum: quia velut remoti sunt, ut influentia notæ, & infamiae parentis eis non noceat, Alciat. consil. 467. n. 7. ita similiter remoti sunt jam geniti, ut eis legitimatio conjugii non proficit.

Neque obstat, quod Princeps, sive viva lex potens est ad sublevandum prædictos filios spurios, & efficiendum, ut legitimi prædicentur, & habeantur, & in nomine, ac in omnibus rebus effectibusque civilibus: quia adhuc veri filii legimi non erunt, qui communi jure, & sic testantium sensu appellantur le-

gitimi, ex l. fin. ff. de jure deliber. ibi: *Verum filium accipi oportet: sed erunt legitimi non ordine quoddam naturali, sed novo facto, seu speciali jure, privilegio, & indulgentiâ Principis, conditione quidem legitimationis libertini, non ingenui, sive legitimi.*

Si ergo causa efficiens hujus legitimationis est indulgentia Principis, 58

non autem vis matrimonii, non possunt accipi tamquam filii veri legitimi ex legitimo matrimonio nati: voluntas enim Principis, & indulgentia ejus est causa extrinseca, quæ sublato medio matrimonii violenter, seu facto potentia, non ordine quodam naturali legitimationem inducit: itaque legitimatos, non vero ingenuos, tamquam is, qui facto hominis libertatem consequitur, libertinus, non ingenuus est, arg. text. in l. 32. ff. de ritu nupt. ibi: *Quamvis in ejus familiâ ingenui jura sit consequuntur, ut libertinum tamen à Senatoris nuptiis repellendum esse, l. vlt. ff. de statu homin. Si autem dicimus, quod quando dispensatio operatur in radice matrimonii, tunc Princeps non est causa immediata legitimationis filiorum, sed mediante matrimonio, quod exterminatio obice, & inhibitione contrahendi, existit firmum, ratum, & legitimum. Sentio quidem matrimonium tunc non posse esse causam efficientem legitimationis eorum, qui anteâ sunt progeniti, neque instrumentum, sed tantum causa impulsiva indulgentia Principis.* Non ergo potest esse causa efficiens le-

59

A a a gitima-

gitimationis illorum, qui jam nati sunt; ad præteritum non potentia, neque vlla vis, seu potestas ad præteritum pertinet, sed ad præsens, & ad futurum, docet in naturalibus rebus Arist.lib.1.de cœlo c.10.& in civilibus etiam Consultus in l. in bello, §.facti, ff. de capt. & postl. reversis: quia jus naturam imitatur, §. minorem, instit. de adopt. indè lex, nec Princeps potest, nisi indulgere in præteritum, non autem vetare, nec præcipere, l.22.ff. de legib.l.7. C. eod. excisis ex arbore pomis, quid vitium, seu virtus radicis arboris proderit, aut nocebit: ita nec vis matrimonii, licet apta sit, poterit prodesse, jam excisis, sive anteà natis filiis: quia ut causa influat suos effectus oportet inhærere præexistenti materiae, & dispositione, & executione habili: alioqui ad separata, & distincta nulla est vis, nec participium, l. Papinianus, ff. de minor.

60 Nec ab hâc verâ ratiocinatione removet text. in d.c.tanta & qui fil. sint leg. ibi: *Tanta est vis matrimonii, ut qui anteà sunt geniti post contrahendum matrimonium legitimam habeantur.* Quia quando nullum inhibito est contrahendi, sed tantum defuit consensus, nulla extrinseca causa desideratur, sed vi internâ applicata, nullo obice impediente producit effectus, nullo circâ eos novo facto, sed ordine quodam naturali, argum. text. in d.l. filius à patre, §.i. ff. de liber. & posth.

61 At verò quando inhibito refragatur, maximè ratione, & re natu-

rali subnixâ, adhæret illegitimatio ossibus, & nervis progenitorum: ita ut cum non præcesserit ex defectu consensus contrahentium, sed ex repugnantiâ legis, etiam si jam legitimus remoto obice ahhibetur consensus non prodest: quia necesse est, ut ipsa causa, quæ inhibitionem intulit, removeat specialiter etiam vitium ex illâ insitum jam natis: alioqui etsi remoto obice fiat legitimum matrimonium, sive quod de facto præcesserat, sive contrahendum, non est vis in eo, ut qui anteà sunt geniti legitimam habeantur, textus est expressus in dict. cap. tanta ibi: *Licet post mortem uxoris eamdem duxerit* (scilicet legitimè, id est, remoto obice canonico per Principem Ecclesiarum, alioquin nulla esset ratio dubitandi.) *Nihilominus spurius erit filius, & ab hereditate repellendus.* Itaque si Summus Pontifex, cum eradicat obicem, ut legitimum sit matrimonium, vel de facto contractum, vel de novo contrahendum, non dixerit in rescripto hæc verba, *Prolem suscepitam exinde legitimam decernentes, nullatenus proles anteà suscepta legitima erit: immo ab hereditate repellenda, per text.* in d.cap.tanta, igitur matrimonium ita per remotionem inhibitionis, seu in radice legitimum effectum non est causa efficiens legitimandi filios antè genitos: quia si esset, per se solum remoto obice influeret, & imprimaret suum effectum absque novâ aliâ, & expressâ Principis benignitate prolem legitimandi.

Si ergo respondemus, quod licet 62
tum

tum non sit per se solam matrimonii influentia sufficiens legitimandi, sed adjuncta Principis potestate, qui simul insitum illegitimatio- nis obicem omnibus filiorum abstenerit; fatendum est, quod tunc non imprimitur legitimatio filiis natis ab influentiâ matrimonii, sed ex vi potestatis Principis, qui eodem patet, quo legitimum convertit matrimonium antea illegitimum, reducit filios illegitimos in legitimum jus. Igitur non per consequen- tiā, nec indirecte (ut existimant

Joannis Andreae sectatores) potes- tas suprema vim suam legitimandi imprimit filiis jam natis ex illis ver- bis, *Prolemque suscepitam exinde legiti- mam decernentes*. Sed immediate, & directe; probatur expressè ex Mar- ciani verbis in l. qui in Provinciâ. 57. §. 1. ff. de ritu nuptiar. ubi D. Marcus, & Lucius Imperatores dis- pensando in radice ita rescripserunt: *Movemur, & temporis diuturni- tate, quo ignara juris in matrimonio avunculi sui fuisti, & quod ab auidâ tua collocata es, & numero liberorum ve- strorum: idcirco quæ cum hac omnia in unum concurrunt, confirmamus statum liberorum vestrorum in matrimonio quæsitorum quod ante annos quadra- ginta contractum est, perinde atque si legitimè concepi fuissent*. Hactenus Marcianus: in quo exemplari patet Principem semper respicere, non per consequentiam, nec indi- recte, sed directe, & expressè in hu- jusmodi rescriptis, legitimationem & statum filiorum, sive tamquam • causam motivam, sive finalem (a-

lioquin enim nō eradicatur vicium illegitimitatis ex inhibitione im- preiæ per vim subsequentis legitimi- mi matrimonii, ut constat ex secun- da decisione, text. in d. cap. tanta.) nec sufficere applicationem matri- monii, etiam à Principe factam ad inducendam legitimationem: quia jam matrimonium est causa remo- ta, & inefficax legitimandi anteà genitos spurios, & illegitimos ex legis inhibitione; & sic sola Princi- pis potestas est potens si expresse, & directe in id feratur.

Tunc si non pertinet ad S. Pon- tificis potestatem, & jurisdictionem direcťe efficere legitimatos quoad ef- fectus rerum temporalium filios, qui spurii, & illegitimi nati sunt, ut contestantur omnes & contrariae opinionis asseclæ, quos refert & sequitur Thom. Sanchez d. lib. 8. disput. 7. numer. 1. Covarruvias de spons. 2. part. cap. 8. §. 18. num. 18. Peregrin. de fideicommiss. artic. 23. numer. 1. & sequent. Cardin. Thus- cul. pract. conclus. tom. 5. verbo le- gitimatio. conclus. 220. numer. 18. Molin. de Hispan. prim. lib. 2. cap. 3. num. 12. cum aliis pluribus rela- tis à Joan. Baptista Lup. de natu- ral. & illegitim. comm. 3. §. 3. num. 11. cum seq. & in num. 29. refert re- gna, civitates, & provincias, quæ excludunt legitimatos per rescri- ptum Papæ à successione rerum temporalium jure legitimorum: & apud nos est decisio expressa in l. 4. tit. 15. part. 4. ibi: *E maguer dispense con ellos para avor Ordenes, y las otras cosas sobredichas, non puede dispensar*

A a a 2 con

con ellos en quanto à las cosas temporales, fueras ende si fuesen de su temporal juridicion. Sequitur ergo, nec per consequentiam, nam qui non potest aliquid efficere directè, nec indirectè poterit, ex reg. jur. in c. cùm quid, de reg. juris in 6.l. fin. in fin. C. de usuris rei judic. l. i. C. de natur. liber. l. qui testam. ff. de probat. Paulus Castrensis ferè in specie argumentatur consil. 467. post n. 4. v. 7. Bald. consil. 326. ad finem, volum. i. & alii, quos refert Ant. Gabriel. li 1. comm. tit. de prob. conclus. 2.n. 28. Mascard. concl. 1228. n. 101. & nu. 108. & in potestate Rom. Pontificis, ex Abb. docet Decius consil. 606. n. 6. & sequent. & cujusque Principis; Petra, de potestate, c. 32. num. 40. & 50. & 51. maximè in præjudicium tertii; cuius juri etiam in spe acquirendo derogare Princeps non potest, nisi ex causâ publicâ, & legitimâ, & citatis quorum interest, & clausulâ insertâ: *Ex certâ scientiâ, & de plenitudine potestatis*, ut docent Bald. n. I. Paulus, & cæteri Glossographi in l. si testamentum. C. de testam. & in §. & quid si tantum, in l. Gallus, ff. de liber. & posth. Molinâ de primogen. lib. I. c. 8. n. 31. & lib. 3. cap. 3. n. 11. & Azeved. in l. 4. tit. 14. lib. 4. Recop. quæ clausula nisi causâ cognitâ apponi non potest, ut ex pluribus resoluit Molina suprà nu. 12. & quòd quandò causæ cognitio requiritur necessariò debet præcdere citatio illorum, quorum interest, Aretinus in d. §. & quid si tantum. col. fin. Ruin. consil. 96. nu. 10. li. 3. præcipue si jus etiam in spe de-

pendeat ex testamento, vel contratu: nec ex voluntate absoluta Principi licet illud infringere, Bald. in c. i. de natura feudi num. 1. ubi ait, quod quāvis Deus subjicerit Principi leges, non subjecit contractus, & potest facere, & faciat quod omnis lex civilis potest, Ant. Faber de error. dec. 27. error. 1. nu. 23. est tamen sub pedibus juris gentium capit. sunt quidam 25. qu. 1. undè inquit Bald. in c. i. §. notandum, nu. 2. qui, feudare pos. potentius esse jus naturale, quam Principatus, Alex. ad consil. 30. n. 2. li. 5. & quia facultas testandi, & contrahendi provenit ex jure gentium, l. i. in princ. ff. de pañis, ubi communiter Doct. l. cum te, C. de donat. ante. l. si donat. C. de revoc. donat. l. causas, C. de transact. l. ex hoc jure, ff. de justit. & jur. etiam in spe juri quærendo Princeps non poterit abrogare, & sic rescriptum, seu privilegium in quo derogatur juri tertii in re, vel ad rem nullas fortitut vires, cap. rescripta. 25. qu. 2. cap. ex tenore de foro competent. ibi: *Alii injustitiam facere non debemus*, l. quoties, C. de preib. Imperat. offer. l. 32. tit. 18. part. 3. *Es contra el derecho natural, & ibi, non consentan que sea creida, nin vala*, & ibi Greg. & in l. 31. titul. 18. part. 3. & in l. 2. 3. tit. 14. lib. 4. Recop. ibi: *Ca nuestra voluntad es, que las tales cartas no ayan efecto, aunque las nuestras cartas contengan las mayores firmencias que pudieren ser puestas, y aunque se diga, no obstante*.

Sed contrà supradicta videtur 64 fortiter obstare fundamentalis ratio

tio sententia. Joan. Andreæ, & sequentium, scilicet ex eo posse Summum Pontificem legitimos efficer filios antea conceptos, dispensatione in radice matrimonii etiam quoad temporalia, & in præjudicium substitutorum conditione illâ. *Si sine filiis legitimis: quia nullum jus naturale, vel gentium inhibitio nem illam decreverat, quâ nunc illi ante dispensationem nati sunt illegitimi: hoc enim filiorum discrimen in jure tantum canonico, sive positivo provenire docent; maximè si matrimonii contractus de facto præcesserat: sed omne, quod à jure canonico introductum est, potest Princeps Ecclesiæ in irritum revocare: (quia est suprà jus positivum dic.ca.sunt quidam 25.qu.1.) non solum in vim præsentis, & futuri, sed etiam præteriti, textus est in Clement. unic. de imman. Eccl. ubi Clemens V. Pont. Max. in irritum reducens constitutiones Bonifacii, & aliorum prædecessorum, inquit; *Et quidquid ex eis sequutum est, vel ob eas penitus revocamus, & eas habere volumus pro infectis, &c.* ubi Glossa verbo *Pro infectis*, & notat ibi, & facit ad ea, *qua scripsi, qui filii sunt legitimis, ca. per venerabilem gloss. 2.* & cum aliis rationibus corroborat Thom. Sanchez d.lib.8.disp.7.n.4. Igitur si Summ. Pontifex removere inhibitionem juris Canonici potest, quidquid ex illâ sequutum fuerit penitus revocare poterit, & per consequens illegitimationem filiorum, quæ ex solâ inhibitione fuit sequuta: si autem suo jure utitur Roman.*

Pont. & potestate, quæ ei competit, nemini injuriâ infert, juxta reg. iuris: et si per cōsequentiam inferatur.

Et fulcitur ex eo, quod quandò ex mero facto Principis aliquod jus competat alicui, & etiam effectu inhæreat, poterit Princeps contrario facto, & voluntate revocare absque causâ, & sic nec citatis illis quorum intersit, ut contestantur plures relati à Molin. li.4. de prim. c.3.n.7.cum sequent. ex l. qui fundos, C.de omni agro desert. l. i 1. & ex l. nihil tam naturale, ff. de reg. jur. unde Angelus in l. Antiochenium, ff. de privil. credit. & in l. Lucius, ff. de evict. Felin. in c. quæ in Ecclesiarum, de const. Gometius plures referens in reg. de non toll. jur. quæsto, qu.6.n.8.9.10.& 11. & apud nos est text. in l. i 1. tit.9. li. 5. ordin. sive l. i 5. tit. 10. li. 5. novæ collect. Et licet hæc doctrina limitanda sit, ita ut intelligatur quandò nullâ ratione naturali, vel gentium cognatâ Princeps edixerit, vel indulserit, sed suâ tantum voluntate, vel civili ratione. Adhuc tamen obstat, quia (etsi inhibitione inter consanguineos sit ex ratione naturali edicta, ut suprà dixi, inhibitione verò inter compatres ex sacro fonte levantes ratione solum positivâ decreta est, ita ut consuetudine abrogetur, vel derogetur, aut firmetur, text. in c. 1.& 3. cum sequ. de cogn. spirit. item inhibitione moribus introductory, sive honestate publicâ, text. in ca. unic. de cogn. legali c.7. cum sim. de eo qui cognov. consang. ux. c. 1. de conf. & ad fin. c. referente 10.

Aaa 3 qui

qui fil. sint leg.l. 39. §. 1. cum sim. ff.
de ritu nupt.l. 4.C.de nupt. text. in
§. ergo, cum seq.inst.eod. Igitur dis-
penſatione in radice Ecclesiæ Prin-
ceps penitus abſtergere poterit in-
fectionem illegitimitatis ex illa in-
hibitione iſitam filiis anteā natis.

Deinde fortiter corroboratur sen-
tentia Joannis Andreæ ex eo, quod
non videtur decens, ut bona fides
illegitimè, & incestuosè conjungen-
tium potentius operetur, quām po-
testas suprema Principis, qui vice
fungitur Dei, & qui non falsâ op-
nione, sed verè, & propriè auferre
obicem potuit: sed sic est, quod bo-
na fides reddit prolem legitimam,
aliās illegitimam, & incestuosam,c.
pervenit i i. ca.pen. ✕ qui filii sint
legit.c. quia circā 6. ✕ de confang.
& affinit. ergò & Principis potesta-
ti eandem vim concedi oportet.

Muniturque prædicta sententia
ex eo, quia non est cōcedendum ju-
dici inferiori, quod Principi dene-
gatur; imò Princeps potest judica-
re, & decernere contrā leges: quia
quod Principi placuit legis habet
vigorem, l. i. ff. de const. Princ. Ju-
dex verò minimè, c. i. ✕ de cōſt. sed
sic est, quod judex suā sententiā,
imò & facultate efficit filios legit-
mos, etiam qui re ipsā sunt illegiti-
mi, & adulterini. Igitur à fortiori
potestati principalī denegandum
non est: probatur minor ex cap.per-
latum.8. ✕ qui fili. sint l.ibi: *Ad cuius*
cōpulā auctoritate predicti Episcopi mi-
gravit, legitimos judicetis eos, hac occa-
sione ab hereditate non patientes exclu-
di, cap. quod nobis, eod.tit.

Cui sententiæ expreſſe videtur
favere decſio & argum. tex.in c. per
venerabilem, §. quod autem, ✕ qui
fi!. sint legit. quem viriliter expen-
dunt omnes Andreæ ſectatores.

Sed fixo pede immobilis adhuc 66
existo cum lanistâ meo Antonio de
Butrio. Primò enim respōdeo, quod
licet concederetur, quod inhibitio,
quaꝝ impedit, & dirimit matrimo-
nium ſit de jure positivo, & quod illā
possit Princeps, qui super matri-
monio supremū jus habet, exterminare;
non tamen poterit effectus,
qui ſemel producuntur, & remoti à
cauſâ, infectos reducere: quia facti
cauſæ infectæ nullā constitutione
fieri poſſunt ex d. l. in bello, §. facti,
ff. de captivis, & poſtl. rever. cum
aliis rationibus ſuprā adductis.

Neque vrget tex.in d.Clem.unic. 67
de imm.Ecll. quoniam effectus, qui
produci potuerunt ex inhibitione
Bonifacii Papæ VIII. erant excom-
municatio, interdictum, suspensione,
vel depositio.c.Clericis, de immun.
Eccleſ.lib.6. qui pendent ſemprex
præcepto superioris, nec absolute
iſunt personis incurſis, ſed conditionaliter ſi ſe emendaverint, & ſuperior illis indulgere voluerit: quia
haꝝ pœnæ medicinales ſunt, non
mortales, c.i.de ſent.excom.l.6. Ita-
que Clemens V. derogavit prædi-
cta constitutioni cum ſuis declarationibus, & ex illis ſecutas excōmu-
nicationes, interdicta, suspensiones,
& depositiones in irritū penitus re-
vocavit: nec noſtrā nunc interest,
quod non indigeant aliā absolutio-
ne, ut ibi docet gl. ſi vè quod adhuc
abs-

absolutione indigeant, ut contrà gl. ostendit Guill. de Cerventes in l. 12. Taur. n. 112. At verò illegitima-tio filiorū est qualitas, quæ inest na-talibus, non tamquam pœnâ: (quia filii non portabunt iniquitatem pa-tris, nec etiam hæres, qui succedit in omnia defuncti vitia, l. si pœna. 20. ff. de pœnis, ibi: *Si pœna alicus ir-rogatur, receptum est commentatio jure, nè ad heredes transeat, commentatio jure, id est, communi omnium gentium jure, ut rectè sensit Budæus ibi:) sed támquam effectus pœnæ, qui si sunt in esse producunt, remissâ pœnâ non auferuntur, nec ipso jure, nec per consequentiam: sed nè obsint, opus est expressâ vi potestatis Principis, quæ potius quos liberat notat, text. est in l. 3. C. de general. abolit. ibi: *Indulgentia, Patres conscripti, quos liberat notat, nec infamiam criminis tollit, sed pœna gra-ziat facit,* l. 5. C. Theodos. de indulg. l. 2. 3. & 4. ff. de sentent. passis, & re-stitut. & in d. l. 4. est in specie nostra text. à contrario sensu expressus: nam si ibi non nisi humanis jura cognitionis restituuntur concepto priùs, licet post damnationem ma-tris edito, si in metallum damnata conceperit, & ediderit: nullatenus restituta matre jura illi cognatio-nis restituuntur. Ratio est, quia sicut pœna non nocet jam conceptis, quoniam in remotos influere ne-quit suos effectus, l. 18. ibi: *Sed si ei, qua ex justis nuptiis concepit, aqua, & igni interdictum est, civem Romanum parit, & in potestate patris, ff. de statu hominis:* ita non prodest remissio*

pœnæ: ibi enim effectus non irro-gantur immediatè à lege, seu sen-tentiâ, sed mediátè, scilicet in pœ-nâ, quæ irrogata illos producit: alioquin innocentes injustè puni-rentur illo quodammodo genere pœnæ, sive effectu, sicque remissâ pœnâ effectus ab illâ produci non rescinduntur. Eodem paclô, & for-tiori quidem illegitimationis nota semel insita progenitis, sublatâ in-hibitione matrimonii contrahendi, non aboletur: quia illa nota fuit ir-rogata immediatè ab inhibitione illâ positivâ, sed à conjunctione ir-rationali contrà specificam natu-ram humanam, cuius maris & fœ-minæ conjunctio naturaliter abs-que matrimonio inhibetur: & indè sublato matrimonio nota irrationali-bilis conjunctionis genitis natura-liter inhæret. Undè positiva contra-hendi matrimonii inhibitio, nisi re-moveat ipsum matrimonium, mini-mè notam illegitimationis irrogat; explorati juris est quoties inhibi-tio impedit, non dirimit matrimo-nium.

Imò si vinculum matrimonii ad-sit, nullâ lege positivâ, nec inhibi-tione conjungendi carnaliter in-stante genitus potest esse illegiti-mus re ipsâ, nec etiam debet quo-ä effectus excludi civiles, ut con-sequenter decrevit sacros. Trid. Sy-nodus sessione 24. cap. 1. damnans eos, qui falsò affirment matrimo-nia à filiis familias sinè con-sensu parentum contracta irrita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere posse: & exinde damnat et iam

iam leg. 11. ff. de statu hom. cum si-
mil. Patet etiam ex text. in c. littera-
ras 14. de filiis Presbyt. ibi: *In Sacer-
dotio genitus de uxore legitima natus,
& conceptus*, ubi si consensu conjugi-
cis vir Sacerdotio fuerit initiatus, &
postea coierit cum uxore, ex tali
copulâ filius genitus legitimus est:
quoniam si non esset legitimus, in-
digeret quidem sedis Apostolicae
dispensatione, c. 1. & 2. ca. penult. &
toto tit. de filiis Presb. cum mance-
res, & spuri (Domino decernente)
visquè ad decimam generationem
in Ecclesiam non intrabunt, Deut.
c. 23. cap. per venerabilem, qui filii
sint l. in fin. Covar. in 4. 2. part. c. 8. §.
§. tamen ibi non indiget dispensatione
specialiali, sed ex generali le-
gis permissione admittitur: quia le-
gitimus est. Eodem adspectu potest
intelligi text. ex veriore dubitandi
ratione in ca. ad hæc. 12. eod. tit. de
filiis Presb. Ratio est, quia licet ca-
sus pervenit à quo incipere matri-
monium non posset, cum à princi-
pio legitimum fuerit, & ex suâ na-
turâ nequeat dissolui; necessario
producit effectus legitimos, tam-
quam causa legitimia, quæ, ratione
indissolubilitatis legitimæ, non po-
test jam fieri illegitima: itaque ex vi
matrimonii consummati; cuius vin-
culum nec professione dissolui po-
test, c. 2. de conv. conjug. c. ex publi-
co, eod. tit. extrav. antiquæ de voto,
c. scripsit c. decreta. 27. qu. 2. Sacro-
sanct. Conc. Trident. sess. 24. can. 6.
Ideò proles legitima concipitur, et
iam à parentibus, qui post matri-
monium consummatum communi-

consensu religionem fuissent pro-
fessi, licet tanti criminis rei genito-
res existant.

Ratio autem est, quia jus divi- 71
num, quod est ex gratiâ non tollit
jus humanum, quod est ex naturali
ratione: maximè cum ipsum jus na-
turale matrimonii indissoluble sit
à jure divino confirmatum, Matt. c.
19. *Quos Deus coniunxit homo non se-
paret*: est enim matrimonium con-
summatum indissoluble, & ratione
naturæ propriæ, & ratione Sacra-
menti. Probatur ratione naturæ rei
ex definitione quæ essentiam, &
naturam rei circumscribit: est enim
*Matrimonium conjunctio viri, & fa-
mina indissolubilem vitam retinens, si-
vè Consortium omnis vita*, l. 1. ff. de ri-
tu nupt. cap. illud. de præsumpt. c. 2.
27. q. 2. §. nuptiæ, inst. de patriâ po-
test. & conjugium dicitur per an-
tonomasiam: quia nulla alia so-
cietas sub jugo perpetuo initiatur.
Roboratur deinde ab origine, & in-
stitutione; nam etsi variæ sint opini-
ones, de quibus Basilus de Leon
post omnes, li. 1. de matri. c. 3. verior
est, quod in ipsâ Evæ creatione ra-
dix matrimonii existiterit, ut probat
D. Amb. 1. de Paradiso, c. 10. in text.
in capit. fin. 33. qu. 5. & agnovit ferè
Philosop. I. Polit. ubi D. Thom. ait:
*Considerandum esse, quod in homine est
aliquid, quod est proprium ejus, scilicet
ratio, secundum quam ei competit, quod
ex consilio, & electione agat, hoc est ma-
trimonium, & colligitur expresse ex
d. capite 19. Matthæi: Nonne le-
gitimus, quia qui fecit eos ab initio, mas-
culum, & feminam fecit eos?* Et c.
Neque

Neque contraria est sententia Magistri, & aliorum quos refert Basilius suprà num. 2. scilicet matrimonium fuisse institutum à Deo, mediante Adamo, hoc est declaratio-ne, & primâ celebratione, quâ prou-nuntiavit vim naturalem conju-nctionis humanae, quam specificè in-didit Creator Deus; si quidem & naturâ rationis, & creationis modo dis-tinxit, quoniam *Ædificaris Do-minus Deus costam, quam tulerat de Adam,* indè dixis Adam (id est , de-claravit naturam matrimonii cele-brans illud, & nos docens) *hoc nunc os de offibus meis, &c.* Ita decidit Sa-cros. Trident. Synodus sess. 24. cap. unic. in princip. ibi: *Matrimonii per-petuum indissolubilemq; nexum primus hu-mani generis parens divini spiritus in-sinctu pronuntiavit.* Ita est inter-pretandus text. in c. debitum de-bigamis : & ita intelligitur Deum esse auctorem matrimonii ex tripli-ciratione: Primâ quia in finem ma-trimonii *Ædificaris Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mu-bierem,* cùm posset illam ex simpli-ci limo terræ formare , sicut fecit Adamum: Secundâ, quia velut su-premus naturæ legislator scripsit legem rationis in cordibus huma-nis , quâ maris, & foeminae conju-nctio inter homines distingueretur à irrationalium coniunctione , ut de-finivit Concil. Colonicense , p. 7. c. 41. ibi: *Peculiariter autem homini erūs duo in carne una,* & indè Honorius III. Deum matrimonii auctorem, & institutorem voc. c. fin. *¶ de frig. & malef.* Tertiâ, quia licet Deus im-

mississet soporem in Adam , ita ut nec sentiret, an ex ipso costa subla-ta esset, scivit tamen divini spiritus in-sinctu, & causam, & sic prou-nuntiavit dicens: *Hoc ex nunc os de offibus meis, &c.* Sicque quos Deus illo-triplici funiculo conjunxit homo no[n] separat : undè nec professione in religione soluitur vinculum ma-trimonii consummati. Et etiam ra-tione Sacramenti indissolubile est: quia hoc magnum Sacramentum significat unionem hypostaticam verbi per incarnationis mysterium, & quia quod semel assumpsit num-quam dimisit, ita quod illud in Ec-clesiâ significat , indissolubile est, cap. debitum, ¶ de bigamis.

Nunc ergò cùm à naturâ proflu-xerit , secundùm naturam debet suos influere effectus : sed nulla vis naturalis in præteritum opera-tur, ut probavi ex Philosopho: igi-tur si causa immediata , scilicet ma-trimonium non influit per se legitima-tionem anteà natis ; quia tem-pore habili remota fuit: nec etiam poterit sera dispensationis Princi-pis applicatio.

Neque obstat text. in d.c. tanta, 73
¶ qui fil. sint. leg. ubi nihilominus matrimonium influit vim suam anteà natis, & indè in præteritum. Re-spondeo enim, quod quando nulla est inhibitio legitima repugnans matrimonio, imò potius est lex quæ conceptioni , & nativitati filiorum (saltem conditionaliter si parentes nupserint) applicat matrimonium futurum, cùm accesserit, influet ra-tione applicationis legis tempore
 BBB habili,

habili, naturali, & legitimo: quo adspectu rectè dicitur, tūm vis matrimonii non solum admissa, sed applicata à lege conditionaliter influere legitimationem nascentibus, non ut natis.

- 74 Sed si inhibitio instat, & repugnat matrimonio, & exinde applicationi: ita ut neque etiam sub conditione, & spe dispensationis generentur filii, nec nascantur (ut decrevit sacros. Trid. Synodus sess. 24. cap. 5. in princip. ibi: *Si quis intrā gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumperit, separatur, & spe dispensationis consequenda ēareat, idq; in eo magis locum habeat, qui non tantūm matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit*, c. fin. §. pen. & de clandest. def. pons. Clem. unic. de consang. & affin. d. c. tanta, §. si autem) non potuit adesse vis conditionalis matrimonii contrahendi. Si autem postea Princeps dispensem, & applicet matrimonium jam natis, ut influat vim legitimationis, sera applicatio est: quia licet quod Principi placet legis habeat vigorem; sera etiam legis applicatio foret, si tempore conceptionis, aut nativitatis lata non adesset, quoniam lex præsentibus, aut futuris, non præteritis dat formam negotiis l. 7. C. de legibus.

- 75 Illustratur nostra doctrina exemplo, si ego débeo Titio decem stipulatione vel ex alio contractu, vel quasi, etiam si illa decem pietate, & charitate motus soluam Deo, aut pauperibus ejus, vel alicui fame pereunti si illis decem non subve-

nirem, vel pro redemptione captivi alicujus alioquin fidem abnegantis, vel ut cultus divini numinis instauretur, vel pro aliâ quâvis misericordiæ, charitatis, & religionis operâ impendam, etiam si aliunde solvendo non sim, nec esse sperem, non liberor obligatione solvendi Titio creditori meo. At verò si sub fide contrahendi matrimonium, vel jam contracto adhuc rato, debitor sim, & nihilominus ingressus religionem solēnem emiserim professionem, liberor ab illâ obligatione, ca. 2. c. ex publico, & de conv. conjug. extr. antiquæ, de voto, sac. Trid. sess. 24. can. 6. Ratio autem discriminis, quæ convinci non possit, alia excogitari nequit, nisi hæc, scilicet quod quando fidem Semproniae contrahendi promitto, vel contra ho nuptias, instat lex canonica conditione illâ: *Nisi ante consummationem matrimonii religionem fuerim professus*, & cum hanc legitimam canonicanam conditionem uterq; conjux sciat, aut illius ignarus esse non debeat, in ipsomet contractu tacite illam repetunt: quia nemo potest in suo contractu facere, ut leges locum non habeant, arg. l. nemo potest. 55. ff. de leg. 1. & sic alter ingrediens religionem alteri injuriâ non infert, cum ille facultate, & jure conditionis cōtractus ipsius utatur. Sed quando Titio decem stipulator, vel ex alio contractu debitor ei existo, nulla adest lex, quæ inferat conditionem hanc: *Nisi religione pietatiq; solverim*, & sic pura est obligatio, nec Ecclesiæ, nec pietati fol vendo

vendo liberor: quia non sunt facienda furta, etiam voluntate pascendi pauperes Sanctos, c. 10. 32. q. 4. Inde poste aquam pura exstitit obligatio, nec lex, nec Princeps potest me ab illa liberare ex eo, quod religioni soluam, quoniam jam sera conditio legis, & præcepti est: debuit enim adesse tempore habili, cum obligatio conditionalis effici, & constitui posset.

- 76 Ita in d.c. tanta in principio, cum lex adsit nascentibus conditione illâ: *Si parentes contraxerint matrimonium, quod non inhibetur, decernens filios legitimos; quid mirum? quod verè legitimi sint impletâ conditio ne in ipsâ generatione, & nativitate insitâ.* At verò reclamante illâ conditione, & lege etiam positivâ tempore nativitatis; poste à ut vi, sive in radice matrimonii legitimi fiant, intempestivum auxilium erit, sive à lege, sive à Principe, nec ab injuriâ tertii remotum, si aliquod jus ex illegitimatione, & incapacitate filiorum fuerit acquisitum: quamvis inhibitio illa, removens in nativitate progenitorum legitimationem, & matrimonium, esset jure, & ratione positivâ, ut inter compatres, & adoptione conjunctos, sive ex publicâ honestate distinctos. Quoniam illa doctrina, quæ docet Principem posse revocare quidquid jure positivo fuerit introductum, limitanda est, si res adhuc sit **integra**, & tempore, & dispositione capax revocationis, & directe, & expressè revocetur, text. in c. 1. de conc. præb. lib. 6. ubi licet Rom. Pont. habeat in beneficiali-

bus plenissimam facultatem, & potestatem conferendi, possitque concedere, & reassumere cum voluerit, inquit tamen Innoc. IV. potestatem 77

illam nihil indirecte, & per consequentiam operari etiam re integrâ, ut patet per text. ibi; quod si alicui conferendi præbendam aliquam tribuatur à sede Apost. potestas; ex ipso non videtur inter dicta Episco po facultas conferendi, §. quia ibi:

Nisi suam insinuet voluntatem alicui non auferatur, &c. potestas non tollitur conferendi, nisi forsitan quod ipsam conferre non possit, exprimatur in concessione hujusmodi potestatis. Igitur à fortiori cum inhibitione canonica non sit res integra, sed jam produxerit illegitimationis effectus in filiis ante à natis, sublatâ illâ non possunt auferri per consequentiam effectus illi producti; sed producendi: neque etiam si exprimatur in rescripto dispensationis in radice clausula illa: *Prolemq. susceptram exinde legitimam decernentes*, quia licet omnes, consertis manibus, fateamur ex illis verbis prolem legitimationis jure gaudere quo ad omnes spirituales, & Ecclesiasticos effectus: tamen negatur quoad temporales, & civiles. Quoniam in dispensatione in radice matrimonii non utitur Rom. Pontifex directe & principaliter, nisi jurisdictione spirituali; ratione cuius omnes causæ matrimoniales ad ejus supremum judicium, & ab eo ad cæteros judices Ecclesiasticos pertinent, c. multorū 35. q. 6. c. 1. in fin. & de cons. & affin. c. acced. & de excess. præl. sess. 24. Concil. Trid. c. 12.

B b b 2 si

si ergo non utitur tunc jurisdictione temporali (et si ei concedatur) expressio illa *Prolem suscepam legitimam decernentes* non potest producere effectus diversos, ac distinctos à suâ causâ efficienti, scilicet jurisdictione spirituali. Si autem dicimus, quod directè producit effectus spirituales, & indirectè, ac per consequentiam temporales: responderetur quod licet nullum aliud præjudicium intersit in hujusmodi legitimatione filiorum, nisi quod potestati Principis sacerularis infertur, potestas legitimandi illi non tollitur (ex arg. text. in d. cap. 1. de conc. præb. lib. 6.) nisi forsan quod ipsam conferre non possit, exprimatur, sive Rom. Pontifex suam expressè insinuet voluntatem legitimandi, et iam quoad temporalia.

- 79 Imò nec tunc legitimatio hujusmodi utilis erit extrà patrimonium temporale Ecclesiæ. Non quidem ob defectum potestatis (ut reliqui Antonii de Butrio sectatores minùs rectè asserunt: ego enim Rom. Pontificis utrumq; gladium in universali veneror Ecclesiâ) sed ob defectum finis potestatis illius: quia sieut (acclamante omnium Philosophorum assensu) non est actio humana, quæ remoto fine hominis actionis excitatur: ita non est actio gladii Apostolicæ sedis, quæ absque suo proprio fine actitur. Cùm enim populus sanctissimus Ecclesiæ coadunatus fuerit à Domino in finem supernaturalem, Principi (id est, Petro, & successoribus ejus) ei & in eum Christus Dominus omne

imperium suum, & potestatem concessit in eūdem finem necessariam, sive spiritualem, sive temporalem, Matth. c. 10. Joan. c. 21, cap. fundamenta, de elect. in 6. cap. quamvis 21. dist. juncto arg. text. in l. 1. ff. de const. Princ. & l. 2. ff. de iurisd. omn. jud. c. 1. c. 5. ibi: *Quia ex eo, quod causa sibi committitur super omnibus, qua ad causam ipsam spectare noscuntur, plenariam recipit potestatem, & de offic. & potest. judic. de l. (post plures docuit Marta de iurisd. 1. part. c. 19. & eruditè Anguiano de legib. lib. 2. contr. 17. & hujus rei variâ indole exornatum offero peculium.) At verò Diligenter fines mandati custodiendi sunt, nam qui excessit, aliud quid facere videtur, dixit Consultus Paulus, in l. 5. ff. mandati. Ideoque remoto fine propriæ jurisdictionis, & potestatis Rom. Pontifex non legitimare videtur filios spurios, quoniam quando hi legitimantur quoad temporalia, finis tantùm temporalis movet legitimantem, & hîc finis proprius est Principi temporali, ut docet Innocentius III. in cap. sollicitæ, & de major. & obedient. ibi: *Regi tamquam præcellenti non negamus, quin præcellat Imperator in temporalibus illos dumtaxat, qui ab eo suscipiunt temporalia, sed Pontifex in spiritualibus antecellat, quia tanto sunt temporalibus digniora, quanto anima præfervit corpori, cap. tuam, & de ordin. cogn.**

Neque obstat text. imò potius decidit nostram sententiam in cap. per venerabilē, & qui filii sint nam licet Innoc. III. in principio rationes

nes inserat dubitandi. Illicò tamen decidendi rationem, limitādo quas in contrariūm dixerat, proponit, dicens : *Id autem in patrimonio Beati Petri liberè potest Apostolica sedes efficerē, in quā & Summi Pontificis auctoritatē exercet, & summi Principis exequitur potestasem, & ibi: Praesertim si praeceperat Romanos Pontifices inter homines superiorem alium non cognoscant, qui legis in iuris habeant potestatem.*

Nec ibi inserta argumenta me removent : duo nempe à simili, alterum ab exemplo. Primum enim ex eo, quod quis ad apicem Episcopalis dignitatis attollitur, eximatur à patria potestate, lege cautum est, omnium consensu, moribusque receptum : & eodem pacto, ut jugum servitutis evadat servus in presbyterium elevatus; fit enim ratione illius dignitatis res sancta, sacra, & religiosa : & inde ab omni temporali eximitur potestate, & dominio, & ita decet, & expedit fini supernaturali. At verò ex eo, quod quis legitimetur, sive in radice matrimonii, sive speciali rescripto à Sum. Pontif. impetrato quoad spiritualia, non fit res sancta, nec sacra, nec religiosa : ergo remanet adhuc profanus subjectus Regi præcellenti in omnibus, quæ respiciunt finem temporalem: ita hoc intellexit noster sapiens Hispan. Rex in l. 4. tit. 15. p. 4. ibi : *Maguer dispense con ellos para aver Crednes, è en las otras cosas no puede dispensar con ellos quanto en las cosas temporales, fueras ende si fuessen de su temporal juridicion.*

81 Nequè exemplum, quod in d.c.

per venerabilem, objicitur, scilicet Rom. Pontificem legitimasse filios adulterinos Regis Francorum, nostræ sententiaz adversatur: respondet enim ipse Innoc. III. ibi : *Insuper cùm Rex superiorem in temporalibus minimè recognoscat, sine juris alserius lessone in eo se jurisdictioni nostra subjicere potuit, in quo videretur aliquibus, quod per se ipsum (non tamquam pater cum filio, sed tamquam Princeps cum subditis) potuit dispensare: in autem nosceris alios subjacere, junctâ integrâ, ibi: Vnde sine ipsorum forsitan injuria, nisi prestarens nobis assensum, in hoc subjacere te non posset, nec ejus auctoritatis existit, ut dispensandi super his liberam habeas facultatem.*

Unde libenter subscribo, quod quando Rom. Pontifex, sive rescripto speciali, sive dispensatione in radice legitimam decernit suscepit prolem Principis supremi, qui alium superiorem in temporalibus non recognoscit, tunc proles etiam quoad temporalia legitimatione gaudeat, ratio est ex d.c. per venerabilem: quia sine alterius jurisdictionis lessone illa legitimatio facta est, & quia tunc movet Summum Pontificem finis supernaturalis, expedit enim paci, ac tranquillitati Ecclesiaz, & auctoritati capitis ejus, & inde supernaturali fini, in quem uti potest supremâ jurisdictione temporali: quia ad illum finem constitutus est super gentes, & regna, ut evellat, & dissipet, ædificet, & plantet, Hieremias cap. 1. exindeque potest deporre, aut constituere Reges, D. Thom.

lib. 3. de regim. Princip. cap. 13.

Sed quando Romanorum Pontifex dispensat cum eo, qui alteri superiori in temporalibus subjacet, nec videtur, nec vult dispensare in his, in quibus intersit illius superioris temporalis ius, & injuria: non quidem indirecte, seu per consequentiam, ut patet ex supradictis juncto text. in d. c. 1. § de concess. præbed. lib. 6. non equidem expresse, ut deciditur in d. cap. per venerabilem, ibi: *Tu autem nosceris alius subjacere, unde sine ipsorum forsan injuria, nisi praestarens nobis assensum, in hoc subjacere te non posses: maximè cùm in legitimatione filiorum, qui Principi sæculari subjiciuntur quo ad temporalia, non moveat finis supernaturalis, cuius ratione Summ. Pontifex casualiter jurisdictionem temporalem exercet, ut ipse inquit in d. cap. per venerabilem, §. rationibus. Quibus, & juribus prædictis nostra sententia nervosè ac lacertosè nititur: & contraria absque fundamento juris, & rationis dilabitur.*

82 Nec ei subvenitur inductione illâ, quâ convincitur Thom. Sanchez d. lib. 8. de matrim. disp. 7. nu. 4. dicens quod sicut jus patronatus, licet directe, & expressè non possit vendi, nec emi. & 6. & 16. § de jure patronat. potest tamen indirecte, & per consequentiam, cap. 7. eod. tit. ita similiter cùm Rom. Pontifex prolem suscepitam efficit in radice matrimonii legitimam, quamvis quo ad temporalia directe non posset, tamen per necessariam consequentiam remanet proles etiam

quoad temporalia legitima.

Quoniam non intertur necessariò nite est filius legitimus, ergo lex eum non excludit ab hereditate: deportati enim legitimi sunt, & nihilominus non sunt heredes l. i. C. de hereditib. insti. & ingrat. auth. ut cùm de appell. cog. §. aliud quoque, alii etiam professione sunt incapaces, ut mendicantes, Clement. exivi; de verbor. signific. idè docet Bart. in l. is potest, ff. de acquir. hereditat. quod potest quis esse legitimus, & simul eliminari à jure succedendi Curt. Junior consil. 136. num. 6. & ex multis Joan. Baptista Lopus de illegitim. li. comm. 3. §. 4. num. 33. text. est in c. 12. 32. quæst. 2. ibi: *Nec omnis filius est heres patris, maximè si statuto, vel conditione filius requiritur, ita legitimus, ut statim ut natus est, legitimus sit ex vi matrimonii, & cùm causâ efficiens legitimationis temporalium effectum non influxerit ex rationibus suprà traditis.*

Neque instat exemplum, cui (licet longè dissimile sit) respondeo, quod quamvis jus patronatus, nec vendi, nec emi possit: potest tamen cessione in alium transferri, ut ex pluribus docet Lambertin. de jur. patronat. lib. 1. part. 2. quæst. 5. art. 20. per tot. & nu. 9. Unde et si venditá universitate temporalium, non transferatur ex vi venditionis: transfertur ex vi clausulæ cessionis, nisi specificè sit exceptum, d. c. 7. § de jur. patronat. Deinde inest venditionibus universitatis bonorum, eâ quidem ratione nè religio privata in per-

in perniciem civium verteretur, aut jactura rerum religionem minueret, venerationemque privatam auferret, ut ex lege Papiriâ, Cicerone, & aliis dixi suprà hoc eodem lib. cap. 3. Ideò ipsa religio, & finis supernaturalis movet ad prædictum commercium, cùm sinè lœsione juris alieni fiat. Hæc autem duo non reperiuntur in eo, quod is, qui aliena potestati temporali subditus est, remaneat ex dispensatione in radice legitimatus quoad temporalia; igitur neque ex fine religionis, nec justitiæ, neque potestatis, neque necessitatis erit ad temporalia legitimus.

83 Non obstat, quod tanta sit vis matrimonii putativi bonâ fide contrahentium, ut quoad omnia filiis legitimatem influat dict. cap. 2. c. ex tenore, & qui fil. sint legitim. quoniam ita observari expedit paci, & quieti fidelium, nisi illos scientia, & mala fides detegeret spurios, scitè Thom. Sanchez lib. 3. de matrim. disput. 43. & 44. Bai. bos. in l. si cùm dotem, §. final. ff. solut. matrim. Sarmient. lib. 1. sel. cap. 6. n. 2. Mazienço l. 10. tit. 8. li. 5. Recopil. gloss. 3. & 4. Molino lib. 1. de ritu nuptiar. nullus enim alias modus connaturalis conceditur hominibus contrahendi, nisi fides bona, sive humana, quâ quidquid ea geriture ex ipsâ naturali justitiâ actitari dicitur apud Modestinum in l. scire. 13. §. 7. ff. de excusat. tutor. & ibi Bald. & consil. 249. & consil. 472. ad finem lib. 5. Castrens. consil. 58. num. 4. lib. 2. Corneus consil. 110. num. 16. lib. 1.

Et indè ubi bona fides adest, justitiâ ipsâ naturali sunt legitimi filii: etiani si bona fides conjugum originem capiet ex dispensatione intitâ, & nullâ ipso jure, vel facto, text. est in c. quia circa 6. & de consanguinit. & affinit. cuius ratio decidendi est, quia in specie illâ bona fides non solum nititur matrimonio in facie Ecclesiæ cunctacto, sed etiam dispensationis rescripto: & licet veritas suppressa fuisset, cùm non per fraudem; vel malitiam, sed simplicitate, & ignorantia, & in re quæ licet expressa esset, nihilominus impetraretur, cap. super litteris. & de rescript. Tunc (ait Innoc. III. 3. in d. cap. quia circa) *dissimulare poteris, ut remaneant in copulâ sic contractâ, cùm ex separatione (sicut afferis) grave videas scandalum imminere.*

Quoniam justitia naturalis adfuit initio illius contractus: non ergo inficiatur apicibus rescripti, si grave videatur scandalum imminere, argum. Celsi verbis in l. si cui. 9. ff. de servitut. *Verum constis, ut quâ primùm viam direxisset etâ demum ire agere debet.* Et quamvis sola bona fides non sufficiat, quandò jus commune resistit: sufficit tamen corroborata ex titulo saltem colorato, & alias insufficienti, c. I. & de præscr. in 6. cap. cùm personæ, & de privil. eod. lib. maximè, nam quamvis contrahere matrimonium in gradu prohibito sit ignorantia juris, & non excusat, text. sic intelligendi in dict. c. tua nos, & de cogn. spirit. cap. 2. & qui fil. sunt legit. cap. fin. & qui matrim. accus. pos. cum sim. sacros.

sacros. Trident. Synod. sess. 24. de refor. matrimon. cap. 5. Contrahere verò matrimonium cum dispensatione (non fraude, nec malitiā) impetratā licet insufficienti, est ignorantia facti , in quā delatoria curiositas exigitur, l. 6. ff. de jur. & facti ign. l. 57. §. 1. de ritu nuptiar. l. 4. C. de incestis, Novellā 12. cap. 1. & hāc ratione *Dissimilare poseris* (inquit Innocent.) *ut remancans in copula sic contracta*: itaque ex prædicto matrimonio sic in facie Ecclesiaz contracto , & bonā contrahentium de nati, ex fideque ipsius matrimonii ordine quodam naturaz huma-

næ verè legitimi sunt; & in paterna bona hæreditario jure succedunt,d. cap. 2. qui fil. sint legit.

Eodem denique pacto respondeo textui & argumento ex eo inducto in d. 4. perlat. 8. x qui fil. sint legitimi, quia, cùm facultas superioris contrahentes in bonā fide constituisset, filios legitimos procreasse, & in facie Ecclesiaz , & in facie patrimonii fatendum est; non enim tunc factō hominis legitimantur, sed ipso jure naturaz humanaz bonaz fidei modo quidem nobis connaturali, & humano. Et his (utinam recte) absoluitur quæstio.



CAP VT

C A P V T V I .

Imperium rationis œconomica potestatis: indeque intelligitur text. in l. unic. C. de emendat. propinq. & Novellâ 117. cap. 14.

S V M M A R I V M .

1. *Imperium œconomicum ternario genere personarum constituitur.*
2. *Text. in l. unic. C. de emendat. propinq: exornatur.*
3. *Quale effet imperium , & quale est.*
4. *Ratio quarè liceat patrifam. punire uxorem , & filios , & servos.*
5. *Text. in l. 96. ff. de verbor. obligat. & in l. 53. §. 3. ff. de legat. 1. & l. 24. in fin. ff. de pignor. act. elucidantur.*
6. *Origo patriæ potestatis , & quarè matri non concedatur.*

OMOCAPNI (teste D. hoc etiam ex jure naturæ incorruptæ, in quâ eti positus fuit homo ex Thomâ lib. 1. Polit. cap. 10. ex Epimenide Cre- in paradiso voluptatis (sive rationis tensi, & dixi suprà) di- mysticè) ut operaretur (Genes. c. 2.) cunctur hi, qui quasi u- & custodiret illum, sive rationem nius sumi sedent ad eūdem ignem, exinde exerceret, etiam virtutem & Homosyphices (ex Charondâ) cōsilii activam, & passivam, ac obe- quasi unius pulmenti, unius cibi, dientiæ, non superciliosâ fronte, sed unius mensæ, & in omnem diem ad amabili hilariique vultu; cognosceret enim fœmina secundum sexus omnesque actus conjuncti quotidianos: ternario enim genere per- naturam se deteriorem esse, & sic debere obedire masculo melius, & sonarum Societas œconomica con- sic imperantium agnoscere: inde stituitur; parentibus nempe, liberis, filius causam esse principaliorem & servis, cui unus tantum Rex, sive effectu, huncque ab illius influentiâ Rector Paterfamil. præsidet; prin- recto naturæ ordine subsistere, ideo- cipalissimum enim ubique guber- que inhærentia ipsa naturæ pater- nat, in domo autem, ut inquit Phi- nitatis, & filiationis ab influxu con- losophus d.c. 10. Polit. uxori civi- silii, & præcepti parentis nullate- liter, filius regie, servis dominicè. Et CCC nus

nūs discederet filius. Illo autem jure nulli servi, sed servi, non servi, non correctionis medicinā compulsi, nec s̄avitiā timore per territi, fed ad vitæ decora domesticæ laudis exempla provocati (l. unic. C. de emend. prop.) consitiique, & obedientiæ operandam virtutem senioribus obedirent: delegabot tibi Senecam epist. 90. ubi pulchrè differens de incorruptâ ratione, quam Philosophiam dicit, hæc doceuit, colere divina, humana dilige-re; & penes Deos imperium esse, & inter homines consortium (in his enim duobus universa lex pendet) quod aliquamdiu inviolatum mansit: antequam avaritia societatem distraxit, & paupertatis causâ, etiam his, quos fecit locupletissimos, fuit, (à corruptione enim dominia distincta, agris termini positi, bella exorta, captivitates, servitutes, quæ sunt naturali-juri contrariae) desierunt enim omnia possidere dum volunt propria: sed primi mortalium quique ex his geniti naturam incorrupti sequebantur (sequerentur quippè, aut sequuti sunt tantum sancti gratiâ superadditâ veluti Abel, & Enoch) eādem habebant ducem, & legem commissi melioris arbitrio: naturæ enim prioribus deteriora submittere: mutis quidem gregibus, aut maxima corpora præsunt, aut vehe-mentissima: non præcedit armenta degener Taurus, sed qui magnitudine, ac toris cæteros mares vicit. Elephantorum gregem excelsissimus dicit: inter homines pro-

summo est optimus: animo itaque Rector eligebat, ideoque summa felicitas erat gentium, in quibus non poterat potentior esse, nisi melior: tantum enim quantum vult potest, qui se nisi quod debet non putat posse. Illo ergo saeculo, quod aureum perhibetur penes sapientes fuisse Regnum. Possidonius judicat. Hi continebant manus, & infirmiores à validioribus tuebantur; suadebant dissuadebantque, & utilia atque inutilia monstrabant; horum prudentiâ nè quid deesse fuisse providebat fortitudo, arcebatur pericula beneficentia, augebat ornabatque subjectos; officium erat imperare, non regnum; nemo quantum posset adversus eos experiebatur, per quos cœperat posse; nec erat cuiquam, aut animus injuria, aut causa; cum bene imperanti, bene pareretur, nihilque Rex magis minari male parentibus posset, quam ut abirent è regno. Sed postquam surrepentibus vitiis in tyrannidem regna versa sunt, opus esse cœpit legibus, quas & ipsas inter initia tulere sapientes; Solon, qui Athenas a quo jure fundavit inter septem ævi sapientes notus: Lyeurgum si eadem ætas tulisset sacro illi numero accessisset octavus. Zaleuci leges, Charondæque laudantur, hi non in foro, nec in Consulorum atrio, sed in Pythagoræ tacito illo, sanctoque succelitu didicerunt jura, quæ florenti tunc Siciliæ, & per Italiam Græciæ ponerent. Haec nus Possidonio alienior, & Senecæ: opus deinde

Seindè esse cœpit legibus , l. i. ff. de his qui sunt sui , §. 2. instit. de his qui sunt sui , vel. al. Antonini , & Constantini , nè immoderatè quis suo jure utatur in domesticos , l. vn. C. de emend. fer. l. unic. C. de emend. propinqu. nè atrocitas facti in filios jus domesticæ doctrinæ excedat. Quod fuerat ordo naturalis,

3 Hierarchiæ ambitiosâ jurisdictio civilis facta est ; fuerat enim sodalitia societas eorum , qui unâ sedent , qui dapibus unâ vescuntur , & inter se suadent semper quod utille est , l. fin. ff. de collegiis , hinc D. Thom. opusc. 20. lib. 4. ait : *Necessaria esset hac societas , & est ratione anima , & corporis , sed esset ut inquit Ecclesiast. capite 6. Vt omnem narrationem Dei possis audire , & proverbia laudis non effugias à te , indè , & quam bonum , & quam jucundum habitat fratres in unum !* Et præexcellētia esset directiva , non coäctiva in primore , sive excellentiore societatis humanæ , ad utiliora , perfectioraque opera dirigendo sodales , & domesticos ordine inferiores , sexu , & ætate : illa autem suavissima præexcellētia naturalis in coäctivam civilem propter peccatum versa est , & hæc necessariò inest , cui ista innata fuerat : undè inquit Philosophus 1. Politic. cap. 1. *Societas in quam naturali propensione arripim: r principatum dedit , & Pater Molina de justit. tom. 1. tractat. 2. disputat. 22. num. 9. eo ipso quod homines ad integrandum unum corpus convenient jure naturali oriri potestatem corporis totius in*

singulas partes ad eas gubernandum , ad leges illis ferendum , jusque illis dicendum , & ad eas puniendum : & Doct. Anguianus lib. 2. de leg. cont. 2. num. 2. & 3. rectè ait , non potest dari corpus mixtum , quod non infectetur naturale corpus , & inde minimè absque vi restringente , l. proponebatur , ff. de judic. c. in apibus 7. quest. 2. Hinc ratio 4 potestatis , quarè marito licet punire uxorem , non verò contrà scripta est , etiamque occidere ob adulterii facinus , l. Grachus cum sim. C. ad l. Jul. de adult. & dicitur legitimè factum esse , & nullam poenam mereri : & filios tamquam ministros domesticæ jurisdictionis obedire teneri , Novellâ 117. cap. 14. & servos fateor , non ratione dominii jure gentium , sive naturæ corruptæ illati , sed jure naturæ incorruptæ potestatis œconomicæ innatae subjici vi patrisfamilias directivâ , & nunc coäctivâ : itaque in facinore eos deprehensos occidere patrifamilias licebat , veluti judicibus , ut rectè syllogizavit Marcellus , & Vlpianus , l. 96. ff. de verbor. obligat. l. 53. §. 3. ff. de leg. 1. l. 24. in fin. ff. de pignor. actione : sine causâ autem legibus cognitâ in seruos suos savigere Prudentum tempore rationis consultorum nec licuit , nec juri naturæ umquam consenteant fuisse , nec gentium agnosco : nam etsi apud omnes peræquæ gentes animadvertere possumus dominis in servos vitæ necisque potestatem fuisse , uti refert Consultus Gajus , & Imperator Ccc 2 Justi-

Justinian. sed hoc tyrannicâ, non rationabili, & justâ vi: quia *Ratio naturalis qua apud omnes gentes per eum custoditur*, semper firma instat, & immutabilis, §. quòd verò institut. de jure natur. & §. sed naturalia, eod. sicque illa tyrannica, & irrationabilis vis rectè fuit à rationis prudentibus coërcita, ita vt ; *Qui sine causa servum suum occideris, non minus puniri jubetur, quam qui alienum servum occideris*, l. i. ff. de his qui sunt sui, vel al. §. i. inst. eod. illic apud Romanos propria syllogizata fuit potestas in liberos , §. i. inst. de patriâ potest. & adumbrâtâ ratione apud Hebræos , Genes. capit. 33.34. & cap.42.vers.37.indè cernimus.

matri patria potestas non concessa, quia nec recto ordine naturæ præsideret filiis, & quia nulli procreati fuissent extrâ matrimonium in naturâ integrâ. Ideò in naturâ corruptâ nulli nisi ex justis nuptiis progeniti , aut justâ adoptione renati sacris paternis subjiciuntur sive sacræ illi potestati , Novellâ 12.l.10. §. i. & ibi Gothofred. C. de adopt. ita ut quos ad vitæ decora domesticæ laudis exempla non provocant, saltem correctionis medicina compellat, dictâ lege unic. C. de emend. propinq. usque ad vitæ, & necis judicium, quod nunc publici civilis judicis jurisdictioni datum cernimus.



CAP VT

C A P V T VII.

Ratio finalis juris civiliter imperandi.

S V M M A R I V M.

1. Ratio civilis imperii.
2. Ratio text. in l. qui jurisdictioni, ff. de jurisd. omn.
3. Origo civilis imperii.
4. Ratio text. in l. est receptum, ff. de jurisd. & subroganda jurisdictionis.
5. Iustitia civile quiddam est.
6. Lex vera qua, & quart.
7. Ratio text. in l. 2. §. novissimè ff. de org. jur.
8. Ratio text. in l. 1. ff. de constit. Principum.
9. Ratio Senatus, & Principatus.
10. Ratio Monarchiae.
11. Ratio & origo legis Regie.
12. Carranza impugnatur.
13. Potestas manu significatur, & undè salutationis ritus beso à v. m. suis manus, & re ipsâ Principis.
14. Lex Regia fuit antequam Romulus fuisset.

INIS igitur (inquit Philosophus lib. 3. Polit. cap. 6.) civitatis est bene vivere: illa vero gratia finis: civitas autem est generum pagorumq; societas vite perfecta, ac per se sufficientis, hoc est, ut disimus bene beatèque vivere: bene igitur agendi gratia ponendum est esse civilem societatem, non autem gratia simul vivendi. Quia sicut differentia

essentialis hominis est inter cætera animalia ratio benè, beatèque vivendi eadem differentia ratione differt societas humana à gregali animalium pastu : indè exclamat Aristoteles. * Qui primus instituit maximorum bonorum causa fuit: ut enim perfectione susceptâ optimum cunctorum animalium est homo, ita si alienus fuit à lege, & à judiciis pessimum est omnium ani-

Ccc 3 lium:

maliū: s̄ævissima enim est injustitia tenens arma: homo verò arma tenet, per innatam prudentiam, atque virtutem, quibus plurimū valet in contrarium uti. Itaque impiissimum, & immanissimum est, si ne virtute ad libidinem, cibationemque deterrium. * quia relatus est in manu consilii sui, huic ratio naturalis præcavens maximo- rum bonorum causā fuit societatem humanam instituens. * Quomodo enim (ait Seneca epist. 109.) ad rationem movendum ratione opus est: sic ut moveatur ratio perfecta, opus est ratione perfectā. Queritur enim, an deliberatus sit Sapiens, an in consilium aliquem advocaturus, quod facere illi necessarium est: cùm ad hæc civilia, & domestica venitur, & (ut ita dicam) mortalia in his, sic illi opus est alieno consilio, quomodo medico, quomodo gubernatori, quomodo advoca- to, & litis ordinatori proderit: ergo sapiens aliquando sapienti; suadet enim; sed in illis quoque magnis, ac divinis, ut diximus, communiter honesta tractando, & animos, cogitationesque miscendo utilis erit: præterea secundum naturam est, & amicos complecti, & amicorum actu, ut suo, proprioque lætari: nam si hoc non fecerimus, nè virtus quidem nobis permanebit, quæ in exercendo se usu valet, (veluti justitia, charitas, & liberalitas) virtus autem suadet præsen- tia benè collocare, in futurum consulere, deliberare, & intendere ani- mum: facilius intendet, explicabit-

que, qui aliquem sibi assumpserit: querit itaque aut perfectum virum, aut proficiētem, vicem unīque pro- fecto; proderit autē ille perfectus si consilium cōmuni prudētiā juve- rit: aīt enim homines plus in alie- no negotio videre quā in suo: hoc illis evenit quos amor sui excœcat, quibusque dispectum utilitatis ti- mor in periculis excutit, incipiet sapere securior, & extrā metum po- situs. Hinc decisio textus in l. qui jurisdictioni præst, ss. de jurisdictione omnium judicum, vide Ant. Fab. 2 ibi ad l. in privatis de judic. quia (ut ait Philosophus lib. 3. Polit. cap. 7.) separatim unusquisque imperfectus est ad judicandum: & concinit Seneca, egregium opus pari jugo ducet: nam quod dulcissimū, honestissimumque est idem nolle, atque idem velle, sapiens sapienti præstabit. * Hac doctrinā, & emula- tione sanctā vivunt cælicolæ il- lius sanctæ triumphantis civitatis Hierusalem cives: & viverent etiam homines si nequitia non surrexiisset, nec tanè latè se sparsisset. Se- neca epist. 95. Nunc autem necesse est tantò operosiora esse munimenta, quan- tò valentiora sunt, quibus petimus: * quia cùm non solùm in rebus, sed etiam in pravis actibus insignis est humani generis similitudo; (ut in- quirit Tullius lib. 1. de legibus) nam & voluptate capiuntur omnes, quæ et si est illecebra turpitudinis; ta- mè habet quiddam simile naturalis boni; lenitatis est enim, & suavitatis, id enim suavitate delectans sic ab errore mentis, aliquid ascisci- tur:

tur: tanta autem est corruptela generis humani malæ consuetudinis; ut ab eâ tamquam igniculi extinguantur à naturâ dati, exorianturque, & confirmantur vitia contraria. Unde ut ait Philosophus lib. 3. Pol. cap. 6. qui de propriis judicant, ut plurimum non recti sunt judices, maximè qui rationis imperio, & insiti juris ratione abusi sunt: ideoque *Non est bonum hominem esse solum*. Gen. cap. 2. vñ (enim) soli quia si ceciderit, non est qui sublevet eum: ô quām bonum, & quām iucundum habitare fratres in unum! Inde jurisdictionio, & potestas juris naturalis, & gentium dicendi, imperiumq; quos continet ad rationem ipsam naturaliter inveniendū; ac dirigendi ipsi societati humanæ naturaliter inest; nam partes à toto debent regi, non totum à partibus: principalissimum enim ubi que gubernat: hinc ait Aristotel. lib. 3. Pol. cap. 4. & 5.) prius est civitas, quām domus, & quām singuli nostrū: nam totum prius esse, quām partem necessarium est (non naturā, sed imperio, & potestate, excellentiā, & dignitate, unde magnum dicterium magni Pompei, ut navigemus urget necessitas, ut vivamus non urget; & Horatii lib. 1. Car.

Preferre patriam liberis regem decet.)

Hinc jus (inquit) est ordinatio civilis societatis, jus autem justi judicium; hinc jus civile à civitate dicitur: & si aliqua pars illius societatis aliena fiat à lege, & à judicio, pessima est ad libidinem ciba-

tionemque deterima. Hæc autem sociabilis naturā provenit; vim & imperium capit ab illâ juris ratione, & rationis imperio se ipsum cuiuslibet regendi, & ex eo hoc solis hominibus commune: quoniam si singulis illa potestas, & imperium privatum innatum non inhæreret, nec hæc posset civili societati inesse. Hinc ratio suboritur, quarè superior, vel æqualis subjicere se alterius jurisdictioni possit, I. est receptum, ff. de jurisd. omn. & subrogationis featurigo: quia omnes unius civitatis, uniusque regni partes, & membra sumus; & in ineundâ societate unusquisq; suum proprium, ac privatum in imperium contulit, rationemque regendi, quibus coadunatis societati constitutæ naturaliter inest suas partes regendi potestas. Hinc ait Aristoteles 1. Polit. cap. 2. *Iustitia civile quiddam est, nam jus ordinatio est civitis societatis, jus autem justi judicium.* Justitia enim est constans, & perpetua voluntas jus suum cuique tribuens; itaque respicit societatem personarum, & inde in ipsâ societate sita est, cuius finis non aliis; nisi bene, recte, justè, que vivere. Hinc lex vera illa tantum dicebatur, quam populus Romanus Senatorio Magistratu interrogante veluti consule constituebat, de cuius legis ferendæ more vide Mercer. lib. 2. opinion. cap. 13. numer. 2. Aaron. Augustinum lib. singul. de legibus capite 1. & Coranum lib. 1. capit. 13. numero 2. cæteræ autem constitutiones Principum non propriè leges, sed

sed vim & vigorem legis obtinere dicebantur : quia fons , & origo regendi , potestatisque ferendi leges est in ipsâ societate humanâ , ut dixit Julianus noster , l. de quibus , ff. de legibus : *Nam cùm ipsa leges nullâ ex aliâ causâ nos teneant , quâm quòd iudicio populi recepta sunt , merito , & ea qua sine ullo scripto populus probavit , tenebunt omnes : nam quid interest , suffragio populus voluntatem suam declareat , an rebus ipsis , & factis ?* Et altius repetendo Cicero lib. 2. de legibus , ait . * *Hæc est alia iussa , ac verita populorum vim habere ad rectè facta vocandi , & à peccatis avocandi , quæ vis non modo senior est , quâm ætas populorum , ac civitatum , sed æqualis illius cœlum , ac terram tacentis , & regentis Dei :* & iterum dixit 1. de orat . * *Senatuni servire populo , cui populus ipse moderandi , & regendi sui potestatem , quasi quasdam habenas tradidisset ** est enim respublica (ait Philosophus lib. 3. Pol. c. 4.) ordinatio civitatis , & circâ magistratus alios , & maximâ circa id , quod summam in civitate habeat autoritatem , & sic principaliſſimum omnium : nam principaliſſimum ubiq; gubernat ; quod autem gubernat respublica est . * *Hinc apud Quirites ex eo , quòd difficile plebs convenire poterat , populus verò multò difficiūs , necessitas ipsa curam reip. ad senatū deduxit , l. 2. §. novissimè ff. de orig. jur. deinde quarè senatus non perinde omnes provincias probè gerere poterat .*

8 *Igitur constituto Principe datum est ei jus , ut quod constituisset , ra-*

tum esset . Hinc lex Regia , quæ de ejus imperio lata est , quâ populus ei , & in eum omne imperiū suum , & potestatem contulit , l. i. ff. de const. Princ. l. ex imperfecto , C. de testa . & hoc idem omnes pænè gentes observasse patet ex ratione Philosophi : *Ob hoc (inquit lib. 3. Pol. c. 11.) forsan Rex ab initio repertus est , quòd difficile erat viros plures excellenti virtute reperiri : præfertim cùm tûm civitates parva fuissent , præterea ob beneficia accepta Reges creavere , quod opus est bonorum virorum :* quia ut docet Senec. epist. 109. *Animum peritè moveare nemo alius potest , nisi sapiens , sicut hominem movere rationaliter , non potest nisi homo :* nec justè , inquam , nisi justus . Indè modestè primò imperium sub nomine Principis cœperunt , ut notat Corn. Tacit. *Nomine Principiū sub imperium accepit ;* nempe Augustus , sed fideliori ductu quâm iste Romulus non regno , neque imperio , neque dictaturâ , sed Principiū nomine constituit Rempublicam , ut sub specie adulacionis corde verius , quâm ore dixit Ovidius .

Tu Domini nomen , Principiū ille senet.

Quia Princeps idem est quod primus , qui non differt à cæteris , nisi ordine Hierarchiæ , ut illos dicitio- ne , & magisterio ducat in finem so- cietas , scilicet benè , rectèq; vivendi . Hinc *Senatus* (ait Dio de Tiberio) 9 ritu prisco dicebatur Princeps , & ipse sæpè ajebat dominum se ser- vorum esse , Imperatorem militum , Principem ceterorum : refert J. Lips. lib. 1. Ann. Tac. n. 4. & Lucan. lib. 9.

Nunc

Nunc & filia perit, non jam regnare
pudabit,
Nec color imperii, nec frons eris uile
senectus.

Et quod in Graeco Principii vocabu-
lum, non tantum ordinativum, sed
& potestativum sit, & ex dictione
Hebræa Negibidim, Nasî, aut Nissa,
Princeps est, qui ducit, qui regit;
est denique caput, & Principium
societatis hominum, ut docet Ni-
colaus III. c. cupientes & de elect.
in 6. & Ioa. Andreas, lib. 1. C. de
princip. ag. & Imperator Gratian.
quoniam post peccatum omnes a-
lieno egemus auxilio, & directio-
ne, hinc inquit Cicerô lib. 3. de
leg. Quibus reges potestas non placuit, non
memini: sed non uni semper parere volue-
runt, accidens omnes gentes regibus quon-
dam paruerunt, quod genus impensis primum
ad homines justissimos deforebatur. l. 2. s.
quod ad magistrat. ff. de orig. iuris:
& quia principatus unius optimus
ad pacem beatam, rectamque vi-
tam, id est dicebant filii Jacob, ut
crederetur eis, Omnes filii universi
sunt, pacifici venimus; Genes. cap. 42.
& ita sensit Philos. 3. Pol. cap. 2.
indeoque ait Homerus Iliad. 9. 10.
quod Rex Agamemnon tamquam
Deus colebatur in populo, & in-
gens manus, & officium Regis e-
narrat, ex Sacra pagina prelibasse
videtur Paralip, & in Deuter. 1. c.
16. ibi: Vide quid facias, non enim ho-
minis exerceris judicium, sed Dei, & ibi,
quod Dei judicium est: ab initio etiam
intendi, Non hor caput esse potens in terra,
fuit enim principium regni ejus Babylon,
& Arach, & Achad, & Chalanne, Gen.

capit. 10. nam, ut inquit Salustius
de bello jugurtin. in proœm. Homi-
nes novi, qui ante a per virtutem soli or-
rant nobilitatem antevenire, furtum, & per
lastracionia, potius quam bonis artibus impe-
ria, & honores nuntiunt, hoc puster ob mi-
ra eorum, atque egregia condicores, &
fundatores imperii appellariunt, ut Tur- 10.
cas teste Pomponio Melâ lib. 1.
Sed nunc non duxi disputare, quocunq;
sint Reip. species, & gubernatio-
nis, quæ, & quot & quænam sint
differentiæ earum, docent enim
Plato l. civili, & Dial. 8. Plutarch.
lib. de tribus Reip. generibus, He-
rod. in orat. Darii, Theodoret. de
cur. Græcor. affectib. & post alios
quam plures Corserus tractatu de
excell. Regis, & noster eruditissi-
mus, qui omnes & omnia docet
Covarruv. pract. c. 1. ego autem
obmutescens scio Principi rorū ju-
dicium cœlicus datum: subditis obsequiis
gloriam relatum esse, Cornel. Tacit.
lib. 6. annal. & à meliore præcep-
tore erudior, non est potestas nisi à Deo,
quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt, A.
post. ad Rom. cap. 1. l. 1. ff. de const.
Princip. Quoniam quæ volueram
ad te perferti, jam dixi: nè ad spi-
nosum, & auribus erectis curiosisq;
juris naturæ civile simulachrum
audiendum incultus accedas, de
lege Regia, sive imperii, quæ de 11.
Principis imperio lata est, quæ po-
pulus ei, & eum omne imperium
suum, & potestatem contulit consule
D. Præsidem Covarruviam
pract. c. 1. num. 3. & Corrasium l.
7. Mischel. cap. 8: & præceptorem
meum D. Aniaya lib. 1. obs. c. 120.
D d d (in quos

(in quos juravi) cum reliquo glof-
sographorum agmine laudato,
quidquid novissimè eruditissimus
12. Alphonsus Carranza de verâ hu-
mil. par. desig. c. 2. §. 1. illat. 13.
sect. 2. vers. cum autem, velut la-
nistा in contrarium velit familiam
ducere Dionis rude; ipse enim ul-
trà omnes post undecimum, & ult-
imum consulatum Augusti ipsius,
velut latam, non verè latam legem
illam Regiam fuisse fatetur: Ul-
pianus autem simpliciter latam
subscribit; & Dio lib. 53. dixit: *Hoc*
pactio omne populi senatusq; imperium ad
Augustum reddit: non venit, sed red-
dit, quia lex illa Regia, quâ Reges
fuerunt constituti Romulus, Nu-
ma Pompilius, Tullius Hostilius,
Ancus Martius, L. Tarquinius
Priscus, Servius Tullius, L. Tar-
quinius Superbus: hoc ejecto, e-
xul à Româ, *Cum nihil deinde*, (ut ait
Paterculus lib. 2. histor.) *opere à*
Dii homines, nihil Dii hominibus praestare
possunt, nihil voto concipi, nihil felicitate
consummari, quod non Augustus post redditū
in urbem rep. populoq; Rom. terraramq; Orbi
repräsentari: inde cū eo illa rediit in
urbem: quia ut scripsit Velleius Cō-
sulatus tantummodo, usque ad undecimum,
quem cōtinuaret Cæsar, cùm sapè obmisens
repugnasset, imperari poruit: nam Dicta-
ram, quam pertinaciter ei deferebat popu-
lus, tam constanter repulit: nolebat e-
nim Dictaturam, sed Rēgnum, non
Consulatum, sed Imperium teste
Dione d. lib. 53. *Vt solus imperii sum-*
mam gereret, ut Principatum solus obtine-
ret, & hâc arte cùm se velle imperium depo-
nere simulasset, effectit, ut ei à senatu popu-

loq; confirmaretur. illud quidem im-
perium Regum Romuli, Pompilii,
Hostili, ac cæterorum, cùm ut di-
xit Lucanus de Augsti tempor-
bus d. lib. 9.

non jam regnare pudebit,
Nec color imperii, nec frons erit nulla
Senatus.

Regnare equidem, sicut initio ci-
vitatis, quo omnia manu regiā à re-
gibus gubernabantur, non Sena-
tus, nec plebis, nec populi adsen-
tatione, aut jussu: ideò pertinaci-
ter repugnabat Augustus consula-
tum, Dictaturam, & tribunitiam
potestatem: quia Democraticum
ei offerebatur imperiū, ut hâc emu-
lationis arte reddidisset sibi regna-
tivum, & simulato nomine omnia
manu regiā gubernaret: quia ma-
nus accipitur pro absolutâ po-
testate, iimo & dominicâ: sic in manu
domini esse dicitur servus, l. 4. ff. de
just. & jur. l. 1. ff. de his qui sunt
sui, Ulpian. in fragm. de his qui in
manu sunt tit. 9. & Deus tamquam
Rex, & Dominus, inquit, *Loyabo ad*
gentes manum meam, Isaías c. 49. id est,
potestatem regiam, & dominicam,
& iterum, Zach. c. 2. *Eccè ego levo*
manum meam super eos, & erunt prede
bis, qui seruebant sibi, & David Ps. 70.
dicit ei, *leva manus tuas in superbias eorum*
in fine, & Poëta simili utitur phrasí.

An nescis longas regibus esse manus.

Hinc regibus tantum licebat extra
manicas manus proferre, & exten-
dere apud Graeos, ut colligitur ex
Xenoph. lib. 2. rer. Graec. qui re-
fert Cyrum occidisse Antobilessem,
& Mitreum filios Dariz sororis
Xer-

Xergis, & Darii patris, quia sibi oecurrentes manus intrà manicam non contraxerant, P. Greg. l. 47. Sintag. 14. indè deosculare manū est subjectionem potestati, & imperio profiteri. Undè deosculandi manus mos invaluit salutationis ritu, gestu, & verbis *Bef-à v. m. sus manus;* ad quem antiquissimum monrem alludens Job c. 31. dixit: *Et oscularus sum manus meas ore meo, & exoriat Mart. de Roa l. 4. sing. cap. 3.* & mancipiationis vestigio vassalli deosculantis manum domini sui, & Principis, quod quasi adorationis simulachrum magius, & superius dominationis genus est, quam consulatus, quam Dictatura, & tribunitia potestas: nam ut inquit Gorop. Vecan. l. 5. orig. *Supplices genibus ad voluntur, olim id fecisse videntur, quo femur oscularentur, quasi confitentes se perditos esse, & frustarà natos, nisi iis quem orant, faciant ut iterum de femore ipsius nascantur.* Cui mos deosculandi manum successit insigne quidem regii imperii, supremiq; dominii, quod licet infestissimum populo R. cùm simulasset Aug. deponere, ut inquit Dio d. l. 53. effecit, ut ei à Senatu populoq; confirmaretur: alioquin enim scio (dictante Vell. l. 1. hist.) à senatu populoq; R. antè August. & Pompeium, & Cesarē, etiam præter excellentes triumphos honoresq; amplissimos, Q. Metellum Mace don. in rep. principale habuisse fastigium. Sed ego etiam antè Romul. legem illam Regiam, quæ de imperio Regis, & unius Principis supremi velut lata est, fuisse

non ambigo, licet non senatorio magistratu interrogante, nec duabus (Cic. l. 2. de leg.) tabellis datis in comitiis, quarum in alterâ V. R. in alterâ A. scriptum erat, & Quirit. ut inquit Manil. in astronomic.

Notis levibus pendentia jura.

Attamen necessitate potius humana, quam ritibus acclamāte populo, quia in apibus unus Rex, Grues unam sequuntur, c. in apib. 7.q. 1. ratione interrogante, tāquam optimo omnium magistratu, apud omnes ferè gentes est constitutum regna condere, & uni Principi omne imperium conferre, & potestatem: indè hoc cōmune gentiū decretū, velut lex, à quoque populo lata observatur, *Nam cùm ipfæ leges* (ut docet Julian. l. de quibus ff. de leg.) *nullā ex alia causā nos teneant, quam quod iudicio populi recepta sunt, merito & ea que si ne illo scripto populus probabat tenebunt omnes: nam quid interest suffragio populus voluntatem suam declarat, an rebus ipsis, & factis? & probatur elegati locutione* Imp. Grat. Val. & Theod. hâc *Sive ex iure sive ex cōsuetudine lex proficiuntur,* l. 1. ff. ne fidejuss. maximè cù primū societati populi insit imperiū & potestas regēdi: verè ipse populus eligēdo Principē & Regē dicitur ei, & in eū omne imperiū suū, & potesta te cōtulisse, l. 1. ff. de const. & in electione & professione obediētiq; verè inest lex Imperii, l. 3. C. de testam. sive lex Regia, aut ut rectè dixit Arcad. *regimenta perpetua,* l. 1. ff. de off. præfect. præt. quo enim pacto nisi hâc insitā lege omnium gētium supremi imperii apicem, adeptisunt Reges?

Ddd 2 CA-

C A P V T VIII.

Ratio quare non solum imperandi, sed & dominandi jus tribuatur Principi.

S V M M A R I V M.

1. *Ratio quare Princeps sit Dominus.*
2. *Ratio edicti Augusti de quo in sacro cap. 2. Luca.*
3. *Quare merces prostibuli in domo Domini non offerebatur.*
4. *Text. Sacer. in cap. 17. Matth. ibi: Non solvit didrachma.*
5. *Text. in l. deprecatio. ff. ad leg. R. bod.*

I.  *U& ex hostibus ca- piuntur (inquit) Gaius I. naturalem 5. 5. fin. I. 7. ff. de acquir. rer. dom. jure gentium sta- tim capientium fiunt, justo qui- dem titulo, & ratione suprà tradi- tâ, ex quâ dominia distincta, regna condita, bella orta, captivitates se- quutæ, & servitutes: sed ita, ut im- mobilia semper publicarentur Principi, populôve, cujus auspi- ciis bellum gerebatur, Publicatur e- num ille ager, qui ex hostibus capens sic, ait Consultus, l. si captivus 20. ff. de captiv. & postlim. & exinde Luca- nus lib. 9.*

Ille ubi pendebant casus dubiumque ma- nebat,

Quem mundi dominum facerent civilia bella.

2. *Et Ovidius indicans dominium Augusti valde esse à Romuli pote-*

state dissimile, ait:

Tu Domini nomen, Principis ille tenet. Romulus enim, si non imbelli, & pastorali manu adjutus, tamen le- gionibus Latianis avi sui urbem non subjecit, sed fabrorum potius in- strumentis, quam militum insigniis erexit, Velleius Patercul. lib. i. id- èo nil mirum si Princeps socio- rum, non dominus appellaretur. At verò postquam Pompeii, Crassusq[ue] potencia cito in Casarem, Lepidi, acque Antonii arma in Augustum effere, qui cuncta discordis civilibus fessa nomine Principis sub imperium accepit, Cornel. Tacit. lib. i. Annal. in princip. imò do- minium sub nomine imperii: quia, ut inquit Lucanus d. lib. 9.

*Olim vera fides Sullâ Marioque rece- ptis,
Libertatis obit Pompeio rebus adempto:
Nunc & ficta perit, non jam regnare
pudebit,*

Nec

Nec color imperii, nec frons erit alle
Sonatus;

Augustus non solum urbem, sed
& ipsam subjecit urbem, unde si
illa domina (ut extollit Martialis
Epigrammat. 8. lib. 12.)

Terram Dea gentiumq; Roma,
Caput est nihil, & nihil secundum.

Et Elogio Justinus l. 43. illustrat.
Caput mundi, domicilium Orbis, terra-
rum imperii, rerumq; domina, Princeps, &
parens urbium, gentium, terrarumq; Re-
gina, & ille quoque dominus esset,
imo ipse solus, quia cum in soli-
dum domini esse, non possent.

Nec color imperii, nec frons erit alla
Sonatus.

Hinc dictum est **Omnia Principis esse**,
I. benè à Zenone, C. de quadr. præf.
non omnia absolute, sed omnia ea,
qua lege belli, & jure gentium ca-
pra sunt, vel à se, vel ab urbe, & ci-
vitatibus, quas subjecit, ita quidem
teste Horat. lib. 3. Od. 15.

que procidie enses,
Et miseras inimicat urbes.

Hinc Theophyl in §. 7. inst. de iur.
natur. dixit, Principem Non solum
nosterorum bonorum, sed & nostrorum cor-
porum dominum esse, quæ enim civitas,
& populus absque captivitate, &
lege belli ab origine inventur in-
genius? quis (in qua) homo &
nullus, quia ut exclamat Seneca
epistol. 71. Omnes humana gena, quod
quod est, omnes dannatum est, & omnes que
usque rerum posseuntur urbes, quoque alie-
norum imperiorum magna sunt, & decora-
bi fuerant aliquando queruntur. On-
nes enim post iura belli, aureorum
annulorum juris imprestationem

sustinere videmur, & potius ima-
ginem, quam statum ingenuitatis
obtinere, Iun. C. ad leg. Visellianam,
& I. a. ff. si servus vel liber, ad decur-
& plangit Tertullianus. Agri tribu-
to onasti viliores, & hominum cupitu
pendio censa ignobiliora, nam haec sunt nota-
captiuius, in recognitionem do-
minati jure belli, acquisiti teste Ap-
piano, cum Scipio decem cum le-
gatis leges dedit Carthagini victæ:
Hos (inquit) premis afficiunt socios, nem-
pe populos, aut Reges, alii hostibus scilicet
tributum definiunt in agros, & in cap-
ta, ut exhortat Justus Lips. de ma-
gnit. Rom. lib. 2. c. 2. & 3. Augu-
stus verò avulsâ penitus urbis, &
orbis libertate, omnia bona, & ca-
pita hominum notâ captivitatis
descripsit (anno t. Nativitatis veri
Domini; Era. 39. ejusdem Cæsaris,
& Conditæ urbis anno 752. & Or-
bis 3770. proœm. partitarum, &
ex Cicer. Gilken. de præscript. c.
2. num. 17.) qui cum nihil deinde à
Dii optare homines (ut inquit Velleius
lib. 2. hist. or.) nihil Dii hominibus pra-
statu posse, nihil vero concipi, nihil fe-
licitate consumari, quod non Augustus post
reditum in urbem resp. populoq; Rom. ter-
rarumq; Orbi rephantaret, à quo ran-
to imperii tutore, dominationem
parturiente, Exiit edictum ut descri-
beretur universus Orbis (qui subiectus
erat illi) & thanc omnes, ut proficerentur
singuli in suam civitatem, Luceo c. 2.
D. Isidor. lib. 5. etymol. c. 36. non
solus censum præscripti, sed et
jam capitulatione notari: ideo fa-
ceratissima Virgo Matia Mater Dei,
& Joseph non jure, sed facte ca-

D d d 3 pita

pita sua descripserunt, non opum census, quas nullas habebant, ut ex Josepho, & Suidā exōmat Lipsi ubi sup. c. 3. adeò enim omnes nō tā captivitatis erant notati, ut parentes tributum capitū solverent pro filiis à quatuordecim annis masculis, à duodecim fēminis, ut decidit Consultus, l. 2. statēm 3. ff. de censib⁹, & firmat Lipsi. lib. 2. de mag. Rom. c. 3. ex Paneg. ad Constantium. Quid ni proh sancta libertas! si Chrysargirum à Vespasiano excogitatum censebat capita hominum pro urinā, & stercore suorum corporum, & jumentorū, & pro meretrico coitu, & lenonum nexu, ut refert Lipsi. sup. c. 6. & hujusmodi Chrysargirum apud Gr̄ecos fuisse testatur Roa lib. 3. sing. c. 13. ex elucidato testimoniō Philonis, Senecæ, & aliorum eruditè explicans Deuter. c. 23. le-

3. gem; quā cavebatur, ne merces prostibuli in domo Domini offeratur, licet pretium canis, & animalis immundi in sacrarium inferri caustum esset, Numer. c. 18. & 27. in recognitionem dominii universalis Deo debiti, quia domini est terra, & plenitudo ejus, Orbis terrarum, & universi qui habitant in eā. At verò peccati non est dominus, nec causa, quia nihil est, ideo quē creator omnium mercedem, ac tributum illius noluit. Sed peccatores quia peccati sunt causa, & domini esse voluerunt; unde Ca- ligula ex meretricio quāstu vectigal exegit, teste Sueton. c. 40. ex capturis prostitutarum, quantum

quāque uno concubitu mereret; additumq; ad caput legis, ut te- heteretur publico, & quā meretri- ciū, & quā lenocinium fecisset; idem refert Dio. lib. 59. verbis quā silentio involvo. Severus autem Imperator auctore Lampridio, lenonum vectigal, & meretricum, & exoletorum in sacrum ærarium in- ferri vevit; sed sumptibus publi- cis ad instaurationem theatri Cir- ci, & amphiteatri, & ærarii depu- tavit. Decapitatio denique etiam antequam ab Augusto describere- tur Orbis, fiebat, ut observat Lipsius, ex Appiano Plutarcho, & Dio- ne, & apud Hebræos præceptum era- rat, Exod. c. 30. *Hoc autem dabit om- nis, qui transīt ad nomen, dimidium sicli juxea mensuram templi, siclus viginti on- los habet, media pars sicli offeretur Domi- no, qui habetur in numero a viginti annis, & suprà, dabit pretium, dives non addet ad medium sicli & pauper nil minuer, quia non pro censu, sed pro capite in expiationem peccati, & recogni- tionem dominii supremi Domini Dei nostri templo ejus solvebatur: de quā capitatione videtur posse intelligi tex. sacer apud Matth. c. 17. ubi Judæi à Christo Domino 4. exegerunt didrachma, id est dimidi- um sicli, cuius pondus in eodem æquilibrio est cum quatuor Atticis drachmis, & sic dimidium duas drachmas cōtinet, seu didrachma, Levit. cap. 27. n. 3. Ezech. 45. ut ex Iosepho, Philone, D. Hieron. & aliis notat Lipsius lib. 2. c. 3. de mag. Rom. quod (licet Christus tanquam Dominus omnium, & Filius*

Filius Dei naturâ immunis, & liber erat, & ingenuus, & Petrus Vica-
rius ejus gratiâ etiam liber) solvit
dicens : *Sed nè scandalizemus eos solvite
pro me, &c. Hoc capitulationis tri-
butum eversâ Hierusalem, & tem-
plo; Vespasianus Capitolio, seu
Jovi Capitolino solvendum depu-
tavit : quia (ut inquit Lucanus)*

*cruor in templis
Numina miscebat Castrenis flamma
monere.*

Et religiosâ etiam captivitatis no-
tâ inurebantur: ut Sanctius animal
homo in servitutem redigitur ex-
clamante Pomponio in l. cum lo-
ca, ff. de religiosis, l. minimè eod.l.
4. ff. de sepulchro viol. & Agenus
5. Urbicus in lib. de limit. agr. Quid
indè mirum? quòd Theophilus di-
cat Imperatorem non solum bono-
rum, sed & nostrorum corporum
dominum esse? & quòd ipse Impe-
rator Antoninus dixerit, *Ego quidem
mundi dominus, lex autem Maris, id est,
non solum Dominus terrarum, sed*

etiam lex maris. l. deprecatio, ff. ad
leg. Rhod. de jact. quasi

*Luctantes ventos, tempestatesque sono-
riss.*

*Imperio premat, ac vincitis, & carcere
franet.*

Cujus non vulgarem, & atiorum
jurium supellectilem stipulor (si
faxit) ut iterum jucundo, atque il-
lustri spectaculo esse possim: quo-
niam meo

*Sic cum tam summi tanguntur culmina
montis,*

*Irrita Sifypbio votumque pondere col-
lo,*

Nec æternis minorem consiliis a-
nimum fatigo,

*spem rosa, & bono-
rem,*

Compositus placido fine relinquo alii.

— spes & fortuna valere.

*Nil mihi vobiscum est: ludite nunc
alios.*

Sit mihi gratia Dei Omnipoten-
tis, cui laus, honor, & gloria.

F I N I S.

2. 3. 4. 5. 6.